
3 1761 08824691 3

SOPHOCLIS
TRAGOEDIAE

AD
OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM
RECENSVIT
ET
BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT
CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT.

VOL. I.
ANTIGONA.
EDITIO TERTIA.

LIPSIAE
APUD ERNESTVM FLEISCHERVM
CIϽIϽCCCXXX.

SOPHOCLIS
ANTIGONA

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT.

EDITIO TERTIA

CVM ADNOTATIONIBVS

GODOFREDI HERMANNI.

LIPSIAE

APVD ERNESTVM FLEISCHERVM

CIↃIↃCCCXXX.

PRAEFATIO
GODOFREDI HERMANNI.

Antigonam quum repeti divenditis secundae editionis exemplis cuperet librarius, non committendum putavi, quin recognoscerem quae olim ad eam fabulam adnotaveram, allatis praesertim interea novis adiumentis quum aliorum tum P. Elmsleii industria. Itaque alia his opibus instructus, alia, quod ipsi mihi meliora succurrisse viderentur, mutavi, emendavi, explanavi. Sed quum hoc in genere finis inveniri nullus possit, diesque diem doceat, et quo plures ad unum scriptorem interpretes studia sua conferunt, eo magis nova ubique suppetat disputandi materia, ne nunc quidem deest quod addam iis, quae in adnotationibus sunt perscripta. Nam maxima iam parte fabulae impressa perlatum est ad me primum volumen

editionis Wexianae, ab ipso mihi editore comiter transmissum: paullo post autem Ed. Wunderus amice mecum communicavit Io. Zehlickii dissertationem de aliquot Antigonae locis, editam ante hoc triennium Grypisvaldiae. Ex his igitur atque aliis quibusdam scriptis depromam nonnulla, de quibus breviter exponere operae pretium videatur, partim ut corrigam, si quid in adnotationibus minus recte dixerim, partim ut quae dicta sunt defendam: tum adiiciam etiam, quae quod longioris disputationis essent, praefationi relinquere iam antea constitueram.

Statim de secundo versu docte et subtiliter Seidlero et quodammodo etiam mihi contradixit Zehlickius de coniunctis in unum duabus interrogationibus, maximeque de Platonico πῶς τί. Qui mihi quidem illa partim nimis subtiliter partim non satis subtiliter, atque aliquid etiam non sine cavillatione videtur dixisse. Coniuncta in unum πῶς τί defenderat Heindorfius ad Platonis Hipp. mai. 40. p. 166. (179. ed. sec.) ad Theaetet. 11. p. 297. ad 154. p. 500. ad Sophist. 102. p. 431. Hoc labefactare conatus est Zehlickius ita, ut distinguendum censeret, πῶς; τί λέγεις; concedens quidem,

intelligi posse πῶς τί λέγεις, id ut sit *quid quomodo dicis?* sive, *quid dicis, et quibus caussis adductus?* negans vero, ullo modo intelligi posse πῶς τί τοῦτο λέγεις, quia πῶς τοῦτο λέγεις idem plane sit quod τί τοῦτο λέγεις, id quod multis ait exemplis posse confirmari. At ea in opinione duplex error est. Nam si πῶς τοῦτο λέγεις idem est quod τί τοῦτο λέγεις, etiam πῶς λέγεις idem esse quod τί λέγεις necesse est: ut, si πῶς τί τοῦτο λέγεις intelligi nequeat, non magis intelligi possit πῶς τί λέγεις, quod tamen ipse concedit posse intelligi. Deinde si potest hoc intelligi, sensumque praebet eum quem dicit, idem cadat necesse est in πῶς τί τοῦτο λέγεις. Nam etsi saepe perinde est, utrum quis πῶς τοῦτο λέγεις, an τί τοῦτο λέγεις dicat, tamen illa reapse inter se differunt, ut, ubi utrumque significandum est, recte coniungantur πῶς τί τοῦτο λέγεις. Eiusmodi est illud in Timaeo p. 22. B. καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν, ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. ἀκούσας οὖν, πῶς τί τοῦτο λέγεις, φάναι. Nam si πῶς est *quomodo*, i. e. *quo argumento*, *quo consilio*, *quem ad finem*, quidni haec duo simul quaerat Solon, et cur ille pueros esse Graecos dixerit,

et quid sit, quod puerile appellet? Buttmannus qua caussa in secunda ed. Heindorfiana ad Hipp. mai. p. 179. quod in Timaei loco Bekkerus edidit, πῶς τι, id rectius ubique rescribi dixerit, non perspicio. Sequutus videtur Bekkerus editionem Stephani, quae id habet. In Basil. secunda est πῶς τὶ, cum accentu gravi.

Rectius illud obiicit Zehlickius, quod alibi Plato copulam inserere consueverit, ut πῶς τούτω καὶ τίνε λέγεις; Vnde quum toties habeatur apud Platonem absolute (i. e. verbo non addito) interrogans τί μήν; τί δέ; τί δαί; τί οὖν; καὶ τί; τί δ' οὔ; atque aeque nude positum πῶς; καὶ πῶς; καὶ πῶς ἄν; πῶς γὰρ ἄν; πῶς δή; πῶς δ' οὔ; (ipsius Zehlickii verba posui) etiam illa in formula distingui iubet, πῶς; τί λέγεις; πῶς; τί τοῦτο λέγεις; Hic vero desidero subtilitatem. Nam quid est, quod dicit, *verbo non addito?* Num λέγεις ad πῶς addi cogitatione voluit? At isto modo formula illa significabit, πῶς λέγεις; τί λέγεις; Quod quid est aliud quam πῶς τί λέγεις; dictum illud eodem modo, quo uni voculae interrogativae duo verba adiunxit Aeschylus: τί ῥέξω, γένωμαι; vel Euripides: τίν' αὐδὰν ἀΰσω, βοάσω; At enim vero ipse Zehlickius non videtur satis exploratam ha-

buisse huius rei rationem. Alioqui non caeteras illas interrogandi formulas commemorasset, sed πῶς dixisset soli admirationi significandae inservire. Id etiam si concedatur, non sequitur tamen distinguendum esse, πῶς; τί λέγεις; Nam potuit in hac formula, quae familiaris sermonis propria est, πῶς τί in unum coniungi, ita quidem ut non, quemadmodum si duo illa πῶς λέγεις et τί λέγεις quaererentur, eodem modo πῶς quo τί pronunciaretur, sed ut τί efferretur fortius, quippe quod ipsum illud atque unum esset de quo quaereretur. Ad eam rationem accommodatissimus est ille in Hippia maiore locus p. 297. E. ὅρα γάρ, εἰ, ὃ ἂν χαίρειν ἡμᾶς ποιῇ μήτι πάσας τὰς ἡδονάς, ἀλλ' ὃ ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς καὶ τῆς ὄψεως, τοῦτο φαῖμεν εἶναι καλόν, πῶς τί ἄρ' ἂν ἀγωνιζοίμεθα; Quod est, *quid tandem contendamus.* Quem locum Zehlickius, quoniam non habebat quomodo expediret, aut pro corrupto habendum, aut, quod durius etiam sit, πῶς τί pro simplici πῶς accipiendum esse dicit. Ergo, opinor, pro corrupto habuit. Quod permirum est, quum alium similem, qui est corruptus, non putaverit corruptum esse. Est is in principio Ionis p. 350. A. Σ. τί οὖν; ἠγωνίζου τι ἡμῖν; καὶ

πῶς τι ἠγωνίζου; *I.* τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων ἠνεγκάμεθα, ὦ Σώκρατες. Vellem vero repetitum illud τι vel uno aliquo exemplo munivisset, quod adeo ineptum et putidum est, ut aut delendum sit, quod Beckio placebat, aut alia ratione locus videatur esse emendandus. Nam quod Heindorfius ad Hippiae locum posuit, πῶς τί ἠγωνίσω, aperte alienum est. Sed quum in cod. Flor. X. legatur, τί οὖν ἠγωνίζων τε τί ἡμῖν· suspicor ego scriptorem dialogi sic dicentem fecisse Socratem: τί οὖν; ἠγωνίζου τέ τι ἡμῖν, καὶ πῶς; tum, superbius se inflante glorioso rhapsodo priusquam responderet, amplius quaerentem, τὶ ἠγωνίσω; *ecquid certavisti?*

Sed venio ad Sophoclem. Quaerit Zehlickius, quis τί ποῖον iunxerit. Quaerenti non deerunt fortasse exempla: sed exemplis non opus, ubi res ipsa loquitur. Nam si diversa sunt τί et ποῖον, apertum est quaeri utrumque posse. Ex quo patet, hoc quidem modo refutari non posse Seidlerum, qui ὅτι ὁποῖον iuncta esse censebat. Nam ὅτι ad summam malorum, ὁποῖον ad genus refertur, in quibus non magis quidquam vitiose dictum, quam si cui omnia omnis generis mala evenisse dicas. Sed satis

dictum, ut Seidlerum adversus Zehlickii obiectiones defenderem. Ipse cur *οἶσθ' ὅτι* probarem, in adnotationibus exposui.

V. 3. Nimia subtilitate cavillantis est, quod Zehlickius dicit, *νῷν ζώσαιν* ita se crediturum verum esse, si doctus fuerit, non absurdum esse hoc loco cogitare, *πάντα τὰ κακὰ οὐ θανούσαιν νῷν, ἀλλ' ἔτι ζώσαιν τελεῖ*, non esse genitivum, sed dativum: aut enim inepte additum esse *νῷν ζώσαιν*, aut contrarium *νῷν θανούσαιν* negatum cogitari certe posse. Mirum haec scribere potuisse, qui v. 511. legisset *ὁ κατθανὼν νέκυς*. Numqui enim *νέκυς οὐ κατθανὼν* cogitari potest? Quin ne opus quidem talibus. Nam recte quis sibi etiam mortuo malum evenire dicit, si fit quod eius memoriam opprobriosam reddit. Pertraxit tamen in suam sententiam Zehlickius etiam Wexium, qui Boeckhium quoque genitivos defensurum ait. Illud proprium est Wexii, non a Zehlickio, uti dicit, acceptum, Sophoclem, si dativis usus esset, scripturum fuisse *νῷν ταῖν ζώσαιν*. Nec scripsisset ita Sophocles, nec potuisset scribere.

V. 4. In hoc vexatissimo loco numquam mihi satisfeci. Quae ad eum enodandum mul-

ta permira attulit Zehlickius, eorum pleraque mittam. Sed ille quum graviter vituperat, quod ἄτην flagitium interpretatus sim, verba ei premere, quam sensum verborum spectare placuit. Nam ut ἄτη apud Sophoclem nunc mentis perturbationem atque dementiam ab diis immissam, nunc delictum mentis perturbatione commissum, nunc culpam delicto conceptam, nunc mala delictis parta, aut mala per se, ut de delictis non cogitetur, nunc summum malorum, perniciem, significet, ea tamen omnia, ubi de Oedipo agitur eiusque filiis, quid aliud sunt quam flagitia? Sed Zehlickius quomodo dicere potuerit, singulis rebus diligenter perpensis nihil reliquum esse quod vetet ne vertamus: neque enim quidquam triste, neque culpa vacans, neque turpe, neque ignominiosum est, quod inter tua et mea mala ego non viderim: id ego quidem non intelligo, vellemque docuisset, quo modo *culpa vacans* dictum putaret id quod *non vacans culpa* dicendum erat. Praeterea quae de repetita negatione praegressam negationem non tollente dixit, diversa eum confudisse, nec satis perspectas huius rei rationes habuisse ostendunt. Duobus modis iterata negatio non

tollit praegressam, uno, quum quis ita loquitur, ac si prioris negationis oblitus esset: quale est, quod Erfurdtius ex Agamemnone v. 1645. attulit: ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβουλεύσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Alter est, quum toto negato etiam pars totius negatur, eaque vel postposita, ut in Aeschyli Suppl. 897. ὁλκὴ γὰρ οὔτοι πλόκαμον οὐδάμ' ἅζεται, vel praegressa, ut in Sophoclis Trachiniis v. 1010. οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει. Tertius est, qui quod re vera non negatio, sed tota sententia iteratur, videtur magis ad hoc genus pertinere, quam vere pertinet: ut in Oedipo Rege v. 1081. οὔ, τὸν Ὄλυμπον, ἀπείρων, ὦ Κιθαίρων οὐκ ἔσει. Nam illud prius οὐ idem est ac si diceret οὐκ ἔστι τοῦτο. Nunc non est quidem dubium, quin, si coniungas, ὁποῖον οὐ τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν, id ad eum modum, quem primum posuimus, dictum videri possit. Idque quum placuerit Zehlickio, ostendere debebat quid esset ἄτης ἄτερ, ut id cum caeteris, ἀλγεινόν, αἰσχρόν, ἄτιμον, componi potuerit. Atqui id non fecit, sed satis habuit contendere, ἄτην hic mala significare Antigonae.

Aliam rationem iniit Wexius, qui Boeckhium, ut videtur, sequutus, similiter ut Seidlerus, ἄτης ἄτερ a caeteris verbis separavit, sed explicans ita, *misso infortunio, praeter infortunium*, allatis similibus locis, in quibus ἄνευ et χωρὶς ita dicuntur. Latuit ea dicendi ratio criticos in Lycurgi oratione p. 149. (144. ed. Reisk.) ubi male legitur ἄνευ τοῦ λόγου. Scribendum: ἀδύνατον γάρ ἐστιν, ἄνευ τοῦ ἀλόγου, μὴ δικαίως δεδιδαγμένους, δικαίαν θέσθαι τὴν ψῆφον· i. e. *ne commemorem, absurdum esse.* Credo ego quidem verum vidisse Wexium, interpungique debere Antigonae verba hoc modo:

οὐδὲν γὰρ οὔτ᾽ ἀλγεινόν, οὔτ᾽, ἄτης ἄτερ,
οὔτ᾽ αἰσχρὸν οὔτ᾽ ἄτιμόν ἐσθ᾽, ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ᾽ ἐγὼ κακῶν·

sed de interpretatione non ex omni parte assentior. Vertit Wexius: *nihil enim est, neque calamitosum, neque, mittam enim calamitatem, aut turpe aut ignominiosum, quin in nostris malis esse viderim.* Bona haec, quis neget? sententia est: sed tamen, si hoc voluisset Sophocles, scripsisset, credo, ἄλγους ἄτερ. Quod quum non fecerit, hanc eius mentem fuisse puto. Dolet Antigona propter duas res, pro-

pter miseriam et propter dedecus. Miseriam dicit obitum patris, matris, fratrum. Dedecus duplex est: partim enim in iis positum est, quae per errorem Oedipi fatali necessitate evenerunt, caedes patris Laii, connubium cum matre, liberi ex incestu suscepti, turpe genus mortis, quo parentes et fratres vita excesserunt: partim cernitur in iis, quae non ex illo errore Oedipi orta soli Creontis saevitiae debentur: proiectum feris corpus Polynicis, violatumque ius deorum manium. Ob haec postrema, quae ex voluntate Creontis pendent, ideoque aliter se habitura essent, si melior huic mens esset, indignatur Antigona: priora autem illa, ut per necessitatem advecta, ferenda esse videt: quare haec obiter tantum commemorat. Itaque hoc dicere putanda est: *nihil nec triste neque, ut delicta taceam, aut turpe aut ignominiosum est, quod ego non in tuis meisque malis viderim.* *Αἰσχρὸν* dicit violatum ius mortuorum; *ἄτιμον* contumeliam mortuo fratri factam. Atque hoc modo defendi posse videtur illa duplicata divisio, cuius vix aliud similiter dictum exemplum invenias, quum, quod ad alterum *οὔτε* adiiciendum erat, statim per alia duo *οὔτε* — *οὔτε* dividitur.

Nam maior divisio est, qua *ἀλγεινὸν* et *ἀπρεπὲς* sibi opponuntur; minor, qua illud *ἀπρεπὲς*, non posito hoc verbo, statim in *αἰσχρὸν* et *ἄτιμον* dividitur. Vitare hoc potuerat, si scripsisset, *οὔτ'*, *ἄτης ἄτερ*, *ἔτ' αἰσχρόν*, *οὔτ' ἄτιμόν ἐστιν*. Sed dictum esset languidius.

V. 106. Fr. Passovius in praefatione lectionum hibernarum Vniversitatis Litterarum Vratislaviensis huius anni, quod adverbia in *θεν* exeuntia ex genitivis formarentur, scripsisse Sophoclem coniecit *Ἀργεόθεν*. Memini me id iam ante aliquot annos ab nescio quo alio propositum vel legisse vel audivisse. Et potuerat Passovius, quum Apollonium in Bekkeri Anecdotis memoraverit, Tryphonis iudicio opinionem suam communire, de quo sic scribit Apollonius p. 601, 30. *καὶ ἔτι περὶ τοῦ Δεκελειόθεν· ἐν οἷς ἔλεγε μὴ παρὰ τὸ Δεκέλεια παρῆχθαι, παρὰ δὲ τὸν μετειληφότα τοῦ δήμου Δεκελέα, ὥςτε παρὰ γενικὴν τὴν Δεκελέος Δεκελεόθεν εἶναι, καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ ι Δεκελειόθεν*. Sed fallitur Trypho, quamque comminiscitur adverbii illius originem, ea prorsus barbara est. Omninoque haud satis accurate ab genitivo repetunt grammatici hoc genus adverbiorum. Rectius dixissent, addi

eam terminationem ipsi corpori nominis, non vocali, quae esset in genitivo. Vnde et ἠπειρόθεν et ἀπείρηθεν dictum. Nam quae ante θεν est vocalis vel ο vel η vel α vel ε vel ω vel diphthongus οι, alibi aliam caussam habet; nusquam eam, quod genitivi sit propria. Sed quoniam natura sua haec adverbia affinem genitivo potestatem habent, non obscurum est ad intelligendum, cur, quorum nominum genitivus non est in usu, eorum illi modo formae, cujus usurpatur genitivus, accesserit illud θεν, qualia sunt ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, Διόθεν. Nondum igitur Sophoclis versui inventa est medela, siquidem alteram suam coniecturam, Ἰασόθεν, ipse repudiavit Passovius. reiiciendam illam etiam propterea, quod Ἴασος pro regionis nomine usurpatum esse non est a quoquam traditum. Homerus enim quum Ἴασον Ἄργος dicit, adiectivi potestate posuit.

V. 108. Welckerus in Diurnis scholasticis huius anni part. II. fol. 25. fallitur, quum in comparativo minuendi vim inesse putat, Ideo praefert ὀξυτόρῳ, quod ad frena lupata spectet, a quibus dictos censet equos λυκοσπάδας. Non videtur ei cognitum fuisse, hodie quoque ex Polonicis equis in honore esse λυ-

κοσπάδας, qui scissam lupi morsu aurem habent. Et lupata frena cohibendis equis aptiora sunt, quam effusa fuga ruentibus, quorum impetum accelerari remissis frenis erat dicendum.

V. 126. Eodem loco Welckerus multa de dracone Thebanorum insigni, deque aquilarum et serpentum inimicitiis congessit, Homeri versus Iliad. XII. 20. seqq. obversatos esse Sophocli contendens, ob eamque causam *ἀμφὶ νῶτα* non solum ad exercitus, sed etiam ad aquilae dorsum pertinere putans, quam apud Homerum mordeat draco *ἰδνωθεὶς ὀπίσω*. Inde in talem incidit scripturam, *ἀντιπάλῳ δυςχείρωμα δράκων τι*, quam exemplis quidem, sed iis alienissimis firmare adnititur, si possit cuiquam persuadere. Ingeniosior Zehlickii de hoc loco sententia est, qui victoriam mutua fratrum caede Thebanis tristem significari existimat, idque poetam ipsum declarare v. 144 — 147. Non adducor tamen, ut veram esse hanc interpretationem credam. Omnis enim huius carminis ratio monstrat, ab initio solam celebrari ob victos fugatosque hostes laetitiam. In fine demum, quae Thebanis adversa acciderint, memorantur. Ex quo consequitur, alie-

nam parumque aptam hoc in loco mali istius mentionem fuisse.

V. 563. Seagerus in versione libri Vigeriani p. 9. quod ex Diarii classici fasc. LXXVI. p. 323. cognovi, veram scripturam esse coniecit, ἀλλ' ἥδε μέντοι μηδέν. Cur corrigendum putavit, quod dictum est rectissime?

V. 598. Κοπὶς defenderunt etiam Zehlickius, Wexius, Welckerus in Diurn. scholast. huius anni parte II. fol. 26. Sed de his, sicuti de multis aliis, in quibus alia mihi stat sententia, lectorum arbitrio, quid probandum censeant, relinquam.

V. 599. Nomen Ἐρινὺς hodie viri docti lapidum antiquorumque librorum fide scribunt uno ν. Videndi Brunckius, aperte ille quidem errans, quum ι natura breve esse putavit, ad Aeschyli Sept. c. Th. 490. Blomfieldius in glossar. Prometh. 53. Iacobsius ad Anthol. Pal. p. 258. et non satis considerata miscens Welckerus in Sylloge epigr. Graec. p. 15. quemque is citat, Passovius in Jahnii Annalibus a. 1828. vol. I. p. 45. Lapidum librorumque veterum in aliis rebus maxima, in aliis perexigua ac nulla potius auctoritas est. In multis pronunciandi consuetudo, in quibusdam opinio quaedam er-

rorem scripturae peperit. In Feriae quidem nomine, quod propter accentum pene ut anapaestus pronunciaretur, vel unum ν scribi pro duobus potuit propter pronunciationem istam, vel duo pro uno, quia media syllaba in metris produceretur. Ac mihi quum analogia quaedam duplicatum ν commendare videretur, hanc scribendi rationem servare, quam sequi de quo non persuasum esset malebam, seponebamque hanc quaestionem, ut de ea in praefatione dicerem. Nunc, accuratius considerata illa analogia, accedendum puto iis, qui unum ν scribunt. De qua re paucis dicam.

Grammaticos quidem, si ex originibus huius nominis quas afferunt aliquid colligi potest, veri simile est unum ν agnovisse. Vide Etym. M. p. 374, 2. Etym. Gud. p. 206, 42. Orion. Theb. p. 57, 11. Eustath. p. 763, 31. Tzetz. Chil. 817. seqq. Hic diserte de se testatur:

ὅθεν καὶ γράφεσθαι μακρὸν φησὶ καὶ τὸ ἰῶτα.

Sed veram originem indicavit Pausanias VIII. 25, 5. (4) ubi de Cerere scribit: ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐπικλήσεις τῇ θεῷ γεγόνασι, τοῦ μηνίματος μὲν εἵνεκα Ἐρινύς, ὅτι τῷ θυμῷ χρῆσθαι καλοῦσιν ἐρινύειν Ἀρκάδες. Etym. M. p. 374, 1.

ἐρινύειν κατὰ Ἀρκάδας τὸ ὀργίζεσθαι. Hoc quidem minus accurate: neque enim irasci, sed iram animo reconditam servare hoc verbum significat: ut, si non origine, saltem significatu quodammodo conveniat cum *ἐλινύειν*, quod est *morari*, *cunctari*. Quare etiam grammatici *ἐλινύειν* in iis verbis memorant, unde dicta sit *Ἐρινύς*, sed male illi rationem reddentes. Eam declarant, quae ubique de Furiis praedicantur, ut,

τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἐρινύς.

Sed illud quoque verbum *ἐλινύειν* uno fere *υ* apud grammaticos, alibi saepe duplici scriptum invenitur: quorum utrum praeferendum esset, fide librorum potius quam argumentis ex natura verbi petitis disputarunt illi, quos Schaeferus nominavit ad Greg. Cor. p. 502. quibus addendus Boeckhius in adnott. crit. ad Pind. Nem. V. 1. Redit ergo res ad quaestionem de scriptura verborum in *υνω* exeuntium. De iis in grammaticae Graecae vol. II. p. 38. seq. disseruit Buttmannus, non ille tamen plene, neque, ut mihi videtur, omnia recte exponens.

Quemadmodum multa verba bisyllaba in

υω terminantur, pleraque *υ* longum habentia, ut *βύω, δύω, θύω, κύω, λύω, ξύω, ῥύω, στύω, τρύω, φλύω, φύω, χύω*, pauca brevi *υ*, ut *κύω*, *osculor*, aut ancipite, ut *κλύω, μύω*, sic etiam augentur illa terminatione multa verba, quae ipsa quoque fere longum *υ* habent, ut *ἀχλύω, γηρύω, δακρύω, ἠμύω, ἠπύω, ἰσχύω, κωλύω, πληθύω, ὠρύω*; rarius breve, ut *ἐρύω, μεθύω*.

Ab his diversa sunt illa, quae per *νυω* vel *νυμι* augentur, in quibus *νυω*, nisi fallor, omnibus brevi *υ* est. In his sequitur Buttmannus Etymologicum M. p. 504. ubi in v. *κεραυνὺς* sic scriptum: *πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα διὰ δύο νν γράφεται, ζωννύω, σβεννύω, καὶ τὰ ὅμοια*: et p. 251, 23. *τὰ εἰς ω λήγοντα ῥήματα βαρύτονα, ποιοῦντα παράγωγα διὰ τοῦ νυω, εἰ μὲν διφθόγγῳ παραλήγεται, δι' ἑνὸς ἀμεταβόλου ἐκφέρεται· οἷον δαίω, δαινύω· εἰ δὲ φωνήεντι, διὰ δύο· οἷον ἕω, ἑννύω· σβέω, σβεννύω.* Eadem paullo aliis verbis vide in Etym. Gud. p. 131, 45. 315, 36. et in Favorini Excerptis in Aldi Hort. Adon. fol. 90. b. sive in Dindorfii Grammaticis Gr. vol. I. p. 268, 32. Neglexit Buttmannus addere, verba diphthongum habentia ab aliis grammaticis non

esse excepta. Favorinus l. c. fol. 34. a. sive apud Dindorfium p. 146, 3. δαιννύω, δαίννυμι, τὸ εὐωχοῦμαι, εἴρηται παρὰ τὸ δαίω, τὸ εὐωχοῦμαι, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν δαίνω, καὶ ἐν παραγωγῇ προςλαμβάνον ἕτερον ν, ὡς τίνω, τιννύω, γίνεται δαιννύω, δαίννυμι, ὡς ὀρέγω, ὀρεγνύω, ὀρέγνυμι. Eodemque loco et in lexico Favorini saepius sic geminata littera scriptum est hoc verbum. Atque ita Aldina Euripidis in Troad. 770. Cycl. 371. ut in Cycl. 325. δαινύμενος error esse typographi videatur. Aliud huiusmodi verbum est ἀποκτειννύναι. Nam quum Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 29, 7. scribat: ἀποκτινύναι, δι' ἑνὸς ν. οἱ δὲ διὰ δυοῖν γράφοντες ἁμαρτάνουσιν· Buttmannus p. 175. hunc coniicit ἀποκτεινύναι scribi iussisse, quae scriptura fere semper in codice Clarkiano Platonis inveniatur. Exempla non pauca sunt in Gorgia, omninoque saepe ita etiam apud alios scriptores, ut apud Demosthenem, in quo alii libri ἀποκτεινύναι, alii ἀποκτειννύναι habent: v. exempli caussa Schaeferum ad p. 631, 16. et citata in nova ed. Thesauri Steph. in v. κτείνω eiusque compositis. Quare satis veri simile est, Phrynichum ad illud ἀποκτειννύναι respexisse.

Alii tamen grammatici diserte ι in hoc verbo agnoscunt, ut Moschopulus Sched. p. 180. Poëtae locum, qui de mensura syllabae nos certiores reddat, non memini: sed puto longam esse. Cratini fragmentum apud Suidam v. ἀποκτίννυσι et in Bekkeri Anecdotis p. 429, 25. sive in Bachmanni vol. I. p. 126, 19. καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν σκιαμαχῶν ἀποκτίννυσι ταῖς ἀπειλαῖς, vix potest dubitari quin sit ex tetrametris iambicis sumptum. Scripserat fortasse Cratinus hoc modo:

καὶ πρὸς τὸν οὐρανόν γε
σκιαμαχῶν θεοῖς ἀποκτίννυσι ταῖς ἀπειλαῖς.

Conturbavit deinde Buttmannum τίννυμαι, quod Atticis τίνυμαι prima brevi esse credebat, deceptus Euripidis versu in Oreste 313.

τιννύμεναι δίκαν, τιννύμεναι φόνον,

in quo non minus quam ubique producta est ea syllaba. Scribunt hoc verbum nonnulli τίνυμαι, codicum quorumdam fide, quae qualis sit docere potest codex Photii, in cuius lexico p. 590. τιννύμενος et versu sequente τίνυται, quod iure repudiavit Porsonus, scriptum invenitur.

Iam consideranti haec verba, quae per νυω augentur, facile patet hanc eorum ratio-

nem esse, ut adiungatur illa terminatio radici in consonantem exeunti, qualia sunt *ἄγνυμι*, *ἄχνυμαι*, *δείκνυμι*, *δέχνυμαι*, *ζεύγνυμι*, *θόρνυμαι*, *μίγνυμι*, *οἴγνυμι*, *ὄμνυμι*, *ὀρέγνυμι*, *ὄρνυμι*, *πήγνυμι*, *ῥήγνυμι*, *φράγνυμι*: eoque recte refert Buttmannus *ὄλλυμι*, emollitum ex *ὄλνυμι*; sin radici in vocalem terminatae adhibeatur illud augmentum, consonans quae deest suppleatur duplicatione litterae *ν*: unde a *ζέω* *ζέννυμι*, a *ζώω* *ζώννυμι*, a *κεράω* *κεράννυμι*, a *κορέω* *κορέννυμι*, a *κρεμάω* *κρεμάννυμι*, a *σβέω* *σβέννυμι*, a *σκεδάω* *σκεδάννυμι*, a *τίω* *τίννυμι*, ab *ῥώω* *ῥώννυμι*, a *χώω* *χώννυμι* dictum, quodque luculentius etiam exemplum est a *στείρω*, *στορέω*, *στρώω*, *στόρνυμι*, *στορέννυμι*, *στρώννυμι*. Sed ea duplicatio quoniam insuavis est diphthongo praegressa, credibilius est, *δαίνυμι*, et si quae alia exstant huiuscemodi verba, probata esse, quam, quod voluerunt qui hic quoque analogiam servandam censebant, *δαίννυμι*.

Analogia quam indicavi postulat, ut, si radici in *ι* exeunti incrementum *νυω* accedat, verbum terminetur syllabis *ιννυω*. Et eiusmodi exemplum praebere videtur *τίννυμαι*, si id est ex *τίω* factum. Eadem forma ex ana-

logia ista eorum debet verborum esse, quorum radix ultimam litteram habet *ν*. Quare si ex *τίνω* per incrementum *νυω* faciendum est novum verbum, oportet id itidem esse *τίννυμαι*. At vero *κίνυμαι* constanter scribitur uno *ν*, nec quisquam, quod sciam, grammaticus duplicatae in eo verbo litterae mentionem fecit. *Ἀνύω* autem et *γάνυμαι* et *τανύω* per mensuram certum est unum *ν* habere. Et in his quidem tribus verbis Buttmannus *ν* ad radicem pertinere censet: recte quidem: ergo ob id ipsum non erant in iis numeranda quae per *νυω* augentur, sed in illis quae per *υω*. Eiusque rationis certum videtur indicium in eo esse, quod futura atque aorista habent, si quidem etiam *γανύσσεται* invenitur. Nam quae ex *νυω* incrementum capiunt, his temporibus carent. Videtur autem in iis duplex formandi modus obtinere, alter, ut vocalis quae ante *ν* est corripiatur: unde ex *ἄνω*, quod veteribus non ancipite prima, sed longa fuit, *ἀνύω*, ex *τείνω* *τανύω*, ex *γαίω*, *γαίνω*, *γάνυμαι* factum: alter, ut servetur productio, quo referam *κίνυμαι*, *αἴνυμαι*, *καίνυμαι*. Quare, si ad hoc genus etiam *δαίνυμι* et *ἀποκτείνυμι* pertinent, necessario illa uno *ν* scribi debebunt, ut non

per *νυω*, sed per *νω* aucta. Iam quum *ἐλινύειν* aoristum et futurum habeat, non poterit hoc verbum ad illa referri, quibus incrementum accessit *νυω*. Nec dubitandum videtur, quin eadem ratio sit simillimi verbi *ἐρινύω*. Itaque ex radicibus *ελι* et *ερι* eo modo quo *κρίνω, πίνω, τίνω, φθίνω* facta sunt, exstitisse *ἐλίνω* et *ἐρίνω*, etsi fortasse numquam in usu fuerunt, putabimus, ex quibus formarentur *ἐλινύω* et *ἐρινύς, ἐρινύω:* habemusque ab iisdem radicibus ducta verba *σέλινον* et *ἐρινεός, ἐρινάζειν*.

V. 671. Multum operae impendit Zehlickius, ut *ὀρθουμένους* victores dici ostenderet. Non meminerat, ex quo fonte hausisset Sophocles. Homerus Iliad. V. 531. XV. 563.

αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται.

V. 778. Non credideram quemquam adeo aut invenustum, aut dicendi usus incuriosum esse, ut ad Brunckii pecora redeundum putaret: sed tamen id fecit Welckerus l. c. De potentia et opibus dicta esse *κτήματα* concedit Zehlickius, sed is quum hoc verbo Haemonem respici, *νεάνιδος* autem de Antigona dici putat, frangit et debilitat virtutem huius loci. Langueret enim totum carmen, nisi initio universe

de vi ac potentia amoris diceret poeta: idque satis declarant etiam quae statim sequuntur. Nec probo Wexium, qui ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς νεάνιδος ἐννυχεύεις, propter Horatii illud, *pulcris excubat in genis*, et Pindari ὥραν παρθενείοις παίδων τ' ἐφίζοισαν βλεφάροις, nihil esse posse ait nisi *puellarum pulcritudine pellicis ad amorem.* Immo hoc dicit Sophocles: *Amor invicte, Amor indomite, qui et potentiam invadis, et nocturnis curis sollicitas teneram virginem, fererisque per maria, inque ruricolarum casis, neque immortalium te ullus fugit, neque caduca in aetate hominum.* Non prorsus mihi mentem poetae assequutus videtur Zehlickius, quum quae de mari et terra afferuntur, sic accepit, ut conciliari diceretur amor inter eos, qui maris fluctibus essent seiuncti, et inter eos, qui in ruris solitudine degerent. Quamquam quod suspicatur, non ignotum fuisse Sophocli Heronis et Leandri amorem, eoque eum respexisse, damnare non ausim. Sed sive obversata poetae animo haec fabula est, sive eam non habuit cognitam, vim voluit amoris declarare, qui nec maris terreretur periculis, et in tenues ruricolarum penetraret casas.

V. 895. seqq. L. Guil. Iacobus in Quaestionibus Sophocleis magnam partem huius orationis ut Sophocle prorsus indigam in interpolationis suspicionem adducere est conatus. Eum refutare studuit peculiari programmate Germanice scripto Car. Schoenbornius, quod editum est Vratislaviae a. 1827. Nuper Sophoclem etiam Wexius defendit. Pertinent reprehensiones Iacobi, argutius illae quidem magnam partem conquisitae, exornataeque cupidius, ad versus 895—903. negarique non potest, si abessent hi versus, reliqua autem hoc modo cohaererent:

νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα·

nihil fuisse, quod quis vituperaret. Sed tamen quos versus damnat Iacobus, non solum a Clemente Alexandrino et Scholiasta ad Oed. R. 968. verum ab ipso Aristotele pro genuinis habitos esse constat: quare de interpolatione quidem, nisi forte ab histrionibus facta, non potest moveri suspicio. Quae vituperat autem Iacobus, missis, quae aperte argutius atque iniquius dicta sunt, ad haec quattuor redeunt capita: primo, quod sibi repugnet Antigona, ge-

nerositatemque suam exuat, quae sepeliverit fratrem, quod id antiquae deorum leges iuberent, nunc autem se dicat non idem in filio maritove, si civitas vetuisset, fuisse facturam: secundo, quod ab natura feminarum abhorreat, fratres cariores quam maritos aut filios habere; tertio, quod se ex alio marito filium, si filius ereptus sit, parituram tam inepte dicat, quam idem apte dicere potuerit uxor Intaphernis; quarto denique, quod quo se animo erga maritum fore praedicet, non deceat sponsam Haemonis, amantis ipsam ardentissime. Sunt hae reprehensiones profecto minime leves. Sed etsi laudandi sunt, qui defendere adversus tantas criminationes Sophoclem student, tamen quaerere, opinor, licebit, sitne defendendus. Quid enim, si peccavit aliquid? Peccarunt multi, peccantque hodie quoque, et quidem etiam summi poetae. Quare etsi non sunt temere vituperandi, tamen etiam in defendendo tenendus est modus, praestatque iudicis, quam caussidici partes agere. Nam iniusti sunt illi quoque, qui admiratione antiquorum capti, omnia ab iis recte praeclareque instituta esse et ipsi credunt, et aliis ut persuadeant officium putant esse suum.

Et Schoenbornius quidem primum illud potissimum eorum, quae vituperavit Iacobus, sibi refellendum sumpsit, repugnare sibi Antigonam. Quod ut efficeret, distingui iubet, quae dicit illa, βίᾳ πολιτῶν se non idem ausuram in filio maritove fuisse, quod in fratre quum fecisset, Creonti visam esse peccare. At vero haec argutior quam verior est ratio. Nam hoc si voluisset Sophocles, diserte dicentem fecisset Antigonam, aliud esse, si quid universa civitas, aliud, si tyrannus vetaret. Nunc illud βίᾳ πολιτῶν aperte nihil nisi *contra publice propositum edictum* significat.

Secundum, quod attulit Iacobus, ab ingenio naturaque mulierum abhorrere, ut fratres magis quam maritos et liberos ament, id Wexius ut refutaret, Hegelium eiusque cohortem advocavit. Frustra: nam et Antigonae illa et Intaphernis uxoris disputatio quid aliud, quam etiam veteribus id mirum ac pene inauditum visum esse ostendit, si mulier marito filiisque potiorem haberet fratrem. Dissentiant igitur, si iis placet, a caeteris hominibus Hegeliani.

Tertium est, quod inepte dicat παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, quum, filio mortuo, ex eodem ex quo illum conceperat marito alium possit

concipere. Quod quidem propterea dictum esse, quoniam poeta Persicae istius mulieris exemplum in mente habuerit, recte animadvertit Wexius. Quamquam hoc non multum confert ad defendendum Sophoclem: nam id ipsum vituperabatur, quod quae illi mulieri, non quae Antigonae convenirent, scripsisset. At vero, nisi fallor, illud hic potius quaerendum erat, rectene intellecti essent versus illi. Videntur enim, qui de hoc loco disputarunt, quod scriptum est,

πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον,

sic accepisse, ac si τοῦδε esset ad παῖς referendum. Quod quum per se non possit commode fieri, quia de filio vel αὐτοῦ vel τούτου vel κείνου dici debebat, tum eo minus credibile est, quod praegressum ἀπ' ἄλλου φωτὸς per ipsam horum verborum naturam τοῦδε φωτὸς intelligi postulat, hoc sensu, *maritum, si mortuus esset, alium invenirem, et filium ab alio viro, si hoc viro essem privata.* Quod si sic loquutus est Sophocles, haec ipsa verba ostendunt, aliunde eum quam ab Herodoto illam Persicae mulieris sententiam accepisse. Nam apud Herodotum III. 119. sic illa dicit: ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ

μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μεὺ ζώντων, ἀδελφὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρεωμένη ἔλεξα ταῦτα. Integram posui eius orationem, quoniam prope singulis verbis cum iis, quae Sophocles scripsit, atque adeo etiam cum illis conspirat,

τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;

in uno autem illo discrepat, quod apud Herodotum τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι, apud Sophoclem παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον legitur. Cur igitur sic haec scripsit Sophocles, nisi quod isto modo loquutam accepisset mulierem? idque eo probabilius est, quod id non quadrat in Antigonam, quadrat autem in mulierem Persicam, cuius simul et maritus et filii erant perituri. Sed num propterea existimandus est inepte scripsisse Sophocles? Non crediderim. Nihil ille, nisi liberius conformata oratione utitur: atque ut modo dixerat,

οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,

in quibus apertum est κατθανὼν ἐτήκετο etiam

ad liberos referendum esse, sic idem facit etiam quum dicit,

πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον.

Fingit se et maritum et filium habere: itaque hi, inquit, si mihi eriperentur, et maritum invenire possem alium, et ab eo filium.

Quartum denique, quod attulit Iacobus, non decere Antigonam, quae desponsata sit Haemoni, ardentissimeque ab illo ametur, tam parvi facere maritum, ut pro eo non idem quod pro fratre facere audeat: id vero Iacobus non modo ex nostris moribus aestimavit, sed ne ingenium quidem respexit Antigonae. Amoris teneros sensus poeta neque in Haemonis dictis conspiciendos exhibuit, neque in Antigona. Et quanta vehementia amet Antigonam Haemon, nisi se ille interimeret, plane ignoraremus. Antigona autem, cuius ferox et generosus animus totus in iram ob indignum Creontis edictum effusus est, eo ipso, quod tali in caussa amoris sui prorsus obliviscitur, maxime facit quod eius ingenio est consentaneum.

Quod si ex iis, quae praecipue vituperavit Iacobus, haec postrema duo nihil ad re-

prehendendum poetam valere patet, reliquum est, ut de primis duobus dicatur, quae continentur eo, quod repugnet sibi Antigona, dehonestetque quem ostenderat generosum spiritum, si se iam non, ut sanctum ius manium tueretur, sed quod fratrem praeferat caeteris omnibus, edicto immorigeram fuisse dicat; deinde, quod naturam exuat sexus sui, quum fratri posthabeat maritum et liberos. Mea quidem sententia excusari Sophocles, non liberari a reprehensione potest, quae est iustissima. Nam ne illud quidem accipio, quod Boeckhius p. 37. dicit, de industria poetam non voluisse in Antigona perfectissimum magnanimae virginis exemplum proponere. Etenim etsi concedo, hanc omnem tragoediam eo spectare, ut, qui se nimiae cupiditati permittant, ipsos sibi perniciem parere ostendatur: tamen nihil ad eum finem hic locus confert. Modum enim excedit Antigona non eo, quod fratrem marito et liberis potiorem habendum putat, sed quod quamvis iusta in caussa obstinatius et pervicacius, quam decet virginem, sola ex civibus omnibus edicto non paret eius, penes quem summa potestas est. Facit id illa propter pietatem erga fratrem, ut ex tota fabula apparet, non

propter praecipuum quemdam amorem. Quare si isto loco, de quo disputamus, ita loquitur, ut et quam aliis eamdem debet pietatem, et naturalis mulierum in maritos et liberos propensionis oblivisci videatur, non dubium est, quin id neque cum ipsius ingenio, neque omnino cum feminarum moribus congruat. Itaque defendi quidem non potest. At hinc non sequitur, excusari non posse. Fecit enim Sophocles, quod saepe fecerunt tragici Graeci, ut etiam minus apto loco quod populo argutis disceptationibus delectari solito acceptum fore intelligeret, eius afferendi arriperet opportunitatem. Quare quum Persicae illius mulieris dictum celebratum esse sciret, utendum eo putavit, idque haud sane inscite fecit. Nam ubi ad crudelissimam mortem abducitur Antigona, conquerentem facit hoc modo: *quid tandem deliqui? amavi fratrem: quo quid mihi potest carius esse?* Non est autem alienum a vehementiore animi commotione, ut bene observavit Solgerus, exaggerare caussam doloris atque indignationis. Quod Antigonam si ita facientem exhibuit Sophocles, ut paullum et ingenii muliebris et pietatis propinquis peraeque omnibus debitae immemor esse videatur, at

statim ut pristinam animi magnitudinem ostenderet curavit, quum illa dicentem fecit:

ἐπεί γε δὴ
τὴν δυςσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
ἀλλ', εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά,
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν, ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.

Quibus verbis, si propter violatum edictum iure puniri videatur, at diis arbitris, quod pie egerit, culpa se vacare indicat, simulque cum praesagitione quadam futuri, ne graviores quam ipsa poenas dent, qui se iniusto supplicio afficiant, precatur.

Supra p. XVI. non succurrebat mihi, quis esset, qui ante Passovium v. 106. *Ἀργεόθεν* scribendum coniecisset. Est is Doederlinus in Symbolis philologicis ex Helvetia vol. I. p. 245. notatus propterea a me ipso in censura eius libri, edita in Diariis litterariis Lipsiensibus a. 1819. fol. 248. p. 1983.

PRAEFATIO
C. G. A. ERFVRDTII.

Parvo parabilem nec tamen externo quodam cultu destitutam Sophoclis tragoediarum editionem et studiosae iuventutis caussa et si qui doctorum hominum talem desideraverint, adornare propositum mihi est. Cuius quidem consilii quam rationem ut in Antigona, sic in reliquis dramatibus esse voluerim, paucis iam exponendum videtur. In textu igitur constituendo ita versatus sum, ut codicum lectionibus, quarum notabiliores tantum attuli, denuo examinatis vel pristinam scripturam ab aliis, passim etiam a me ipso temere sollicitatam saepissime restituerem, vel, si quam Brunckiana meliorem codex aliquis exhibuisset, eam haud cunctanter reciperem. Coniecturis parcius eum honorem habui, fastidiosum vulgatae lectionis neglectum pariter ac servilem eius assecta-

tionem Criticum dedecere arbitratus. Notae tum aliorum sunt tum meae. Ac Brunckianas quidem, editionem a. 1788. sequutus, plerasque integras repetii, exceptis paucis, quae quum partim falsa et inutilia, partim asperius et iniquius in alios, maxime Vauvillerium, dicta continerent, faciundum putavi, ut, quae hoc nomine displicerent, aut in compendium redacta proponerem, aut plane resecarem. Musgravii notarum severior fuit delectus habendus. In meis ea potissimum contuli, quae propius cum defendendae illius, quam optaveram, scripturae vel explicandi Graecorum, inprimisque Tragicorum usus, vel sensus declarandi necessitate coniuncta essent.

Restat, ut unum adiiciam, quod scire lectorum interest. In ea, quae nunc editur, fabula meum versuum numerum in meis et Musgravii notis sequutus sum, idque etiam in ceteris fabulis faciam. Brunckianos numeros, quos, ut commodior esset huius editionis usus, et ipsos textui apponere placuit, quum in Brunckii adnotationibus retinui, tum iisdem citationes omnes ex fabulis deinceps edendis accommodabo. Scr. Merseburgi ipsis Calendis Maiis MDCCCIX.

SYLLABVS

CODICVM ET COLLATIONVM,

QVIBVS

ET ALII ET NOS VSI SVMVS.

I. Varietas lectionis Turnebiana. In Turnebi editione ad marginem adnotatae sunt variae quaedam lectiones per omnes tragoedias. In fine post Scholia, ante indicem, reperiuntur *αἱ διάφοροι γραφαὶ καὶ σφαλμάτων τινῶν ἐπανορθώσεις ἐν τοῖς τοῦ Σοφοκλέους δράμασι.* Hae quoque pertinent ad omnes fabulas, et, ut videtur, sic, ut, ubi *γρ.* praefixum, error typothetae corrigatur, ubi omissum illud *γρ.*, varia lectio existimanda sit. In praefatione Turnebus unum modo commemorat codicem, cum notis Triclinii, quem ei Aemarus Ranconetus utendum dederat.

Not. In Stephani editione nullae adnotatae sunt variae lectiones, et, quantum ex praefatione Stephani intelligitur, nullo is omnino usus est scripto codice. Idque ex eius annotationibus etiam apparere putat Hermannus, in quibus quum scribat, in variis lectionibus adnotatum aliquid reperiri, Turnebi editionem videatur innuere.

II. Codd. Iohnsoniani. Iohnsoni editio tragoediarum Sophoclis (usus sum Londinensi a. 1758.) continet varias lectiones in Aiacem et Electram, excerptas e 4. Codd. Mss. in Bibliotheca Bodleiana,

sc. duobus Baroccianis No. 61. et 66. uno Bodleiano No. 731. uno itidem Laudiano No. 2929.

III. Codd. ab editore Pentalogiae adhibiti.

a) Trin. Cod. MS. Coll. SS. Trin. Cantabr.
b) Bar. 1. Cod. Barocc. in Bibl. Bodleiana 66.
c) Laud. Cod. Laudianus in eadem bibliotheca.
d) Bodl. Cod. Bodleianus 2929.

Horum codicum secundus et quartus a Barocc. 66. et Laudiano 2929. apud Iohnsonum nihil differre videntur. Varietatem ad Oedipum Regem ab editore Pentalogiae s. tragoediarum Graecar. delectus ex illis cogestam adeo neglexit Brunckius, eam ut semel tantum, si bene memini, respexerit. Memorantur etiam in Pentalogia variae lectiones Barocc. 2. 3. 4. ac Seldeniani, sed admodum raro.

IV. Codd. Brunckiani, quorum hanc descriptionem dedit Vir Celeberrimus:

„A. Membranae vetustissimae Bibliothecae Regiae, quo ex Memmiana illatae fuerunt. Iis continentur Sophoclis Tragoediae VII eodem ordine quo in Aldi editione se subsequuntur: Euripidis Hecuba, Orestes, Phoenissae, Andromacha, Medea, et Hippolytus, quas omnes edidimus: Aristophanis Fabulae VII a nobis etiam editae: ita ut varietas lectionis praestantissimi illius codicis iam omnis opera nostra innotuerit. In catalogo Mss. codd. Graecorum Bibliothecae Regiae est 2712.

B. Codex regius chartaceus, catalogi 2787. quo praeter alia continentur Oedipus prior, Trachiniae, Philoctetes et Oedipus in Colono.

C. Codex Regius bombycinus, catalogi 2794. continens Aiacem, Electram et Oedipum priorem.

D. Codex regius chartaceus, catalogi 2820. praeter alia continens Aiacem, Electram et Oedipum priorem.

E. Codex Regius bombycinus, catalogi 2884. praeter alia continens Aiacem, Electram, Oedipum priorem et Antigonam.

AVGVSTANVS *), e bibliotheca Senatus liberae civitatis Augustae Vindelicorum, chartaceus, praeter alia continens Aiacem, Antigonam, Oedipum priorem et Electram. Codicem hunc, ut et Regium E. diligentissime contulit ad Iohnsoni editionem Ioannes Schweighaeuser, Graecae linguae in huius civitatis Academia publicus doctor, cuius multiplicem eruditionem nobilitavit Appiani Alexandrini quae nuper prodiit editio elaboratissima, quod ad exemplum alios Romanae historiae graecos scriptores eiusdem viri solertia in integrum restitutum iri et optamus et ominamur.

MEVS, bombycinus, bonae notae, continens praeter alia Aiacem et Electram.

T. Codex Regius chartaceus, catalogi 2711. nitidissime scriptus, quo continentur septem tragoediae iuxta Demetrii Triclinii recensionem, cum eiusdem scholiis metricis in omnes, exegeticis vero partim Triclinii, partim veterum enarratorum in Antigonam, Oedipos duos, Trachinias et Philoctetam. Longe melior et emendatior est is codex eo, quo Turnebus usus est, aliquotque lectiones exhibet e vetustissimis exemplaribus ductas, quae nuspiam alibi reperiuntur."

V. Ien. Codex Bibliothecae Ienensis Academicae, ubi numero signatus est B. 7. In charta bombycina Saec. XIV. ut Viri Docti putant, nitide exaratus Aiacem continet Electramque cum scholiis margini appositis et glossis miniatis interlinearibus. Ex Bibliotheca Iacobi Schmugk transiit ad huius fratrem Guilielmum, deinde ad Io. Andr. Bosium, Professorem Ienensem, denique in Bibliothecam Academicam. Cum Triclinii recensione nihil commune habet, quo magis notandum est, septem in eo lectiones, quas Brunckius Triclinio deberi existimaverat, (Ai. 80. 82.

---

*) Hunc librum, cuius accuratiorem collationem Hermanni mei liberalitate accepi, addita litera b. distinxi ab Augustano c, qui mox commemorabitur. Erf.

193. El. 226. 528. 1365.) accurate distincteque legi. Plura de hoc libro si quis cognoscere cupiat, reperiet in Purgoldi Observv. critt., ubi varietas lectionis et Scholia exsignata sunt, p. 3. seqq. iisdemque subiecto Eichstadii Auctario p. 366. seqq. ubi repetuntur etiam, quae de codicis aetate et indole Heusingerus iudicavit.

VI. Codd. et collationes a me adhibitae.

a) August. c. Huius pariter atque Augustani b. collationem ultro mihi obtulit Hermannus, quem de utroque vide ad Euripidis Hecubam p. VI.

c) Dresd. a. Codex chartaceus Bibliothecae Regiae Dresdensis, cui a C. F. Matthaei, Professore tunc temporis Vitembergensi, insertus est. Signum iam habet D. 183. Dassdorfio, Viro Illustri, qui et huius libri usum et reliquorum Dresdensium benevole mihi concessit, scriptus videtur Saec. XIV. Continet autem CXL. plagulis Aiacem, Electram, Oedipum priorem et Antigonam cum Scholiis Triclinianis margini adspersis et glossis interlinearibus, textumque fere Triclinianum sequitur, quamquam hic ibi veram lectionem vel solus servavit, ut Antig. 833. et 1095, vel suffragio suo liquide confirmat.

c) Dresd. b. Codex eiusdem Bibliothecae praestantissimus, qui foliis CCXLVI. continet Euripidis Hecubam, Orestem et Phoenissas, Sophoclisque Aiacem, Electram et Oedipum priorem in fine mutilum (desinit enim v. 1355. Brunck.) cum glossis interlinearibus et scholiis ad marginem appositis, quae vulgatis et pauciora sunt et breviora. In charta bombycina scriptus est Saec. XV. exeunte. Fuit olim, ut Dresd. a., in bibliotheca Coenobii Iberorum montis Athus, postea in bibliotheca C. F. Matthaei, unde in Regiam Dresdensem migravit. Ibi servatur in armario D. notatus numero 181. Euripideas fabulas ex hoc codice contulit Be-

ckius, Vir Illustris, a quo litera D. designatur. Vide Beckiani Euripidis Tom. III. p. 1019.

d) Mosq. a. i. e. variae lectiones codicis SS. Synodi Mosq. num. 357. in Iohnsonianae editionis Londini 1758. vulgatae exemplo, quod Bibliotheca Regia Dresdensis paravit, a C. F. Matthaei consignatae. Is in Accurata codicum gr. Mss. bibliothecarum Mosquensium sanctissimae synodi notitia et recensione p. 238. hanc libri descriptionem dedit: „Codex chartaceus saec. XIV. foliorum 134. Continet Sophoclis Aiacem, Electram et Oedipum Tyrannum cum schol. brevioribus. Ab initio legitur vita Sophoclis: *σοφοκλῆς τὸ μὲν γένος ἦν ἀθηναῖος.* Priora octo folia huius Codicis vulgaris chartae sunt, reliqua ad finem bombycina. Quatuor huius possessorum nomina, antequam Mosquam translatus est, haec nominantur: 1) Rasarius medicus. 2) Maximus Margunius. 3) *ἐμοῦ βαλτάσαρος τοῦ μελιαβάκκου* et latine: mei Baltasaris Meliavaccae. 4) *τῶν ἰβήρων*, id est, monasterii Iberorum montis Athus."

e) Mosq. b. i. e. variae lectiones codicis SS. Synodi Mosq. num. 392. Dresdensi Iohnsonianae editionis exemplo et ipsae a C. F. Matthaei insertae cum hac libri descriptione: „Continet Aiacem et Electram cum duabus tragoediis Aeschyli, Prometheo vincto et Persis. Scriptus est Saeculo, ut videtur, XV. a tribus scribis iisque paullo negligentioribus." Pro his in Accurata notitia p. 248. sic legitur: „Codex chartaceus sec. XVI. foliorum 210. Fuit quondam in monasterio Iberorum. Continet

1) fol. 1. Sophoclis Aiacem.
2) fol. 58. Eiusd. Electram.
3) fol. 126. Aeschyli vitam.
4) fol. 127. Eiusd. Prometheum vinctum.
5) fol. 171. Eiusd. Septem ad Thebas.

Hic subinde et in margine et inter versus leguntur scholia. ERFURDT.

Accedunt his variae lectiones e duobus codd. ab Io. Livineio cum ed. Ald. collatis, quae editae sunt in Diar. Class. fasc. XIV. p. 428. Eorum codicum, qui Romae collati putantur, alter littera v. alter littera p. notatus. Tum collatio codicis Veneti, quam Parisiis fecit Imm. Bekkerus, cuius eam liberalitati debeo. Is codex numero 616. notatus erat. Saepius manum prodit correctoris. Denique codices a P. Elmsleio collati, tres Laurentiani, quorum primus, litteris La. notatus, optimus et antiquissimus est: item Riccardianus, et Vaticanus: de quibus videnda Elmsleii praefatio ad Oedipum Coloneum.

AVGVSTI SEIDLERI
DISSERTATIO
DE TEMPORE QVO PRIMVM ACTA EST ANTIGONA.

Quo tempore Antigona primum in scenam producta sit, etsi veterum scriptorum nullus memoriae prodidit, coniecturae tamen locum aperit Aristophanes Grammaticus, qui in fabulae argumento, *φασὶ δὲ*, inquit, *τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης.* Nam si Sophocles propter insignem, quam data Antigona sibi peperit, nominis celebritatem praetor adversus Samios creatus est, Antigonam non multo ante Samium bellum actam esse probabiliter colligimus. Itaque, quum Diodorus Siculus lib. XII. c. 27. bellum Samium conflatum esse tradat quarto Olympiadis LXXXIV. anno, archonte

Athenis Timocle, Musgravius in Chronologia Scenica et Boeckhius de Graecae Tragoediae Principibus pag. 107. Antigonam tertio Olymp. LXXXIV. anno, archonte Diphilo, editam esse coniiciunt. At quamvis certissimum sit, Sophoclem cum novem collegis, quorum princeps Pericles erat, classem adversus Samios duxisse, quod praeter Aristophanem, quem diximus, Plutarchus, Strabo, Athenaeus, Cicero, Iustinus, aliique testantur, de anno tamen, quo facta sit illa expeditio, nonnihil dubitationis relinquitur. Nam Diodori testimonio vel illud adversatur, quod incertus vitae Sophocleae auctor poetam septem ante bellum Peloponnesiacum annis praetorem electum esse refert his verbis: *καὶ Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὸν ξθ* (in aliis libris est *ξε*) *ἐτῶν ὄντα στρατηγὸν εἵλοντο πρὸ τῶν Πελοποννησιακῶν ἔτεσιν ἑπτὰ, ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν* (libri vel *Ἀνανίους* vel *Ἀνανίαν*) *πολέμῳ*. Bellum enim Peloponnesiacum teste Thucydide lib. II. c. 2. exarsit Pythodoro adhuc archonte, anno Olympiadis LXXXVII. primo, unde apparet, quartum Ol. LXXXIV. annum non septimum esse ante bellum Peloponnesiacum, sed nonum, et si Diodorum aliosque sequare, qui belli Peloponnesiaci initium ad annum Ol. LXXXVII. secundum referunt, erit adeo decimus. Errasse igitur aut Diodorum aut vitae scriptorem apertum est.

Praeterea ipse Thucydides, quem tamen manifesto ante oculos habuit Diodorus, ex aliqua parte videtur ab Diodoro discrepare. Sed exponamus ordine singula.

Ac duas quidem Atheniensium adversus Samum deinceps factas esse expeditiones cum Thucydides aliique narrant, tum ipsa Diodori verba l. c. *οἱ δὲ πάλιν Περικλέα προχειρισάμενοι στρατηγὸν* satis declarant. Hinc statim oritur quaestio, quam nemo dum, quod sciam, tetigit, utrum priori an posteriori expeditioni praetor Sophocles interfuerit. Quam dubitationem vel sola dirimit Thucydidis cum Strabone comparatio. Thucydides enim, qui poetae quidem nullam mentionem facit, fortasse, quod nullum eius in hoc bello egregium facinus exstitit, ut quem teste Ione poetâ apud Athen. libr. VIII. p. 604. d. Pericles versus quidem facere nosse, artem imperatoriam ignorare dixerit, Thucydides, inquam, auctor est libr. I. c. 117., postquam alteram Athenienses adversus Samios expeditionem suscepissent, urbem illorum in nonum usque mensem a Pericle esse obsessam. Strabo autem ipso asperae obsidionis tempore Sophoclem praetorem fuisse perhibet lib. XIV. p. 446. Ita enim ille: *Ἀθηναῖοι — πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν, πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπει-*

θοῦντας τοὺς Σαμίους. Ex quo intelligitur, non primam, sed alteram adversus Samum expeditionem praetorem habuisse Sophoclem. Confirmat hoc Vitae scriptor, qui praeter Periclem collegam Sophocli tribuit Thucydidem. Atqui Thucydidem hunc, Melesiae filium, pariter secundae adversus Samios expeditioni interfuisse, patet ex cognomine eius historico l. c., qui Thucydidem cum duobus collegis obsidenti Samum Pericli quadraginta navibus auxilio venisse narrat. Idem demonstrat etiam Athenaei, quem supra adhibuimus, locus p. 603. f. quo loco Ion poeta cum praetore Sophocle Lesbum navigaturo congressus esse dicitur in insula Chio. Hanc autem utramque in insulam altero bello Samio commoto naves aliquot auxilii petendi causa missas esse, discimus ex Thucyd. libr. I. c. 116. Vnde coniicere licet, Sophocli hoc munus obtigisse, ut Chios et Lesbios in belli societatem vocaret. Nullus igitur dubitationi locus relinquitur, quin ad alterum Samium bellum Sophoclis militia pertinuerit.

Investigandum iam est, quemnam in annum altera haec adversus Samios expeditio cadat. Ac Diodorus quidem utrumque bellum Samium uno eodemque anno, Olympiadis LXXXIV. quarto, et ortum et absolutum esse scribit. Verum qui Thucydidem, easdem res ordine multoque accuratius exponentem,

attente legerit, ei vel ipsa rerum ratio et nexus Diodori fidem valde suspectam reddet. Nam quum una illa Samiorum obsidio in nonum mensem extracta sit, reliquos tantum habemus ad integrum annum tres menses, si vel ineunte statim anno, quod dubitare licet, certamina haec concitata esse statuamus. At longam illam rerum, quas ut ante obsidionem gestas Thucydides c. 115. et 116. recenset, seriem trimestre spatium capere vix potuit. Namque secundum Thucydidem sexto induciarum trecennalium inter Athenienses et Lacedaemonios factarum anno, i. e. ipso illo quarto Ol. LXXXIV. anno, bellum oritur de Priene oppido inter Samios et Milesios, quorum Milesii, quum inferiores essent, Atheniensium auxilium implorant. Illi missis quadraginta navibus Samo potiti paucorum ibi potestate abrogata civitatis imperium tribuunt populo, relictoque praesidio captisque et in insulam Lemnum missis obsidibus domum discedunt. Haec dum geruntur, fugiunt Samiorum aliquot ad Pissuthnem, Persarum regis satrapam, Sardibus commorantem, ictoque cum hoc foedere septingentos colligunt milites auxiliarios, cum quibus Samum reversi urbem patriam noctu recipiunt. Quo facto Samii surreptis ex insula Lemno obsidibus praesidioque Atheniensium Pissuthni tradito, novum adversus Milesios movent bellum. His

auditis alteram Athenienses adversus Samios expeditionem parant, et sexaginta iterum navibus missis duce cum novem collegis Pericle, primum navali proelio, tum, postquam plures Athenis sociisque ab insulis naves in supplementum venerant, etiam pedestri pugna Samios vincunt, urbemque triplici vallo circumdant. Sed ab hac quidem obsidione Samii absente Pericle, qui relicta copiarum parte Phoenissis navibus, quarum adventus nuntiabatur, obviam ierat, liberantur, oppressis eruptione facta Atheniensibus, et per quatuordecim fere dies recuperatum maris vicini imperium exercent. Reverso demum Pericle iterum includuntur et continuata in nonum mensem obsidione urbs expugnatur. Quisnam sibi persuadebit, ista omnia, quae ante obsidionem facta sunt, tribus absolvi potuisse mensibus, praesertim si quis locorum intervalla coelique et tempestatum permutationes aliaque huiuscemodi, quae moras afferunt, obstacula secum perpendat. Et, ne hoc praetereamus, ipsum quoque princeps Samiorum et Milesiorum bellum una his tribus mensibus continetur. Verum apud Thucydidem quidem tantum abest, ut utrumque Samium bellum unius anni finibus terminetur, ut nihil impediat, quo minus vel per biennium vel amplius etiam ductum illud esse statuamus. Quae quum ita sint, dudum ego Diodorum in errore

versari putaveram, fraudemque ei fecisse brevem Thucydidis et adumbratam harum rerum narrationem. Nam quum Thucydides, postquam annum enuntiavit, quo omnes hae turbae initium ceperunt, singulas res deinceps factas nulla temporis nota distinguat, opinatus esse mihi videbatur Diodorus, cuncta, quae isto loco a Thucydide narrantur, ad eundem illum annum esse referenda, idque eo magis quum, quid proximo biennio Athenis gestum sit, historicos fere tacere viderem. Quam meam sententiam confirmatam nunc video scholiasta Aristophanis Veneto manu scripto, cuius collationem, ut multa alia, Immanuelis Bekkeri benevolentiae debeo. Ille enim ad Vesparum v. 283. hoc scholium adscripsit: *τὰ περὶ Σάμον ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει πρότερον ἐπὶ Τιμοκλέους γέγονε, καὶ ἐπὶ τοῦ ἑξῆς Δορυχίδου.* Postrema vox mutanda in *Μορυχίδου* *), quemadmodum hic archon, quem alias Myrichidem scribunt, vocatur ab Aristoph. scholiasta ad Acharn. v. 67 et a Suida v. *Εὐθυμένης*, qui posterior suo quoque loco nomen hoc proprium commemorat. Hic igitur

*) Apud Diodorum XII. 29. ubi nunc L. Dindorfius *Μοριχίδου* edidit, quam scripturam, repertam in marmore, falsam esse pronunciat Boeckhius in Corp. inscr. vol. I. p. 352. b. Notissimum est nomen *Μόρυχος*, de quo V. Ruhnk. ad Tim. p. 183. HERMANNVS.

aperte erroris convinci videmus Diodorum, Samias res archonte Timocle confectas esse referentem. Quo scholiastae testimonio cum illis, quae supra ex Thucydide adscripsimus, comparato, vix quisquam, opinor, dubitabit, quin alterum bellum Samium, quod praetorem Sophoclem habuit, gestum sit non Timocle, sed Morychide archonte, i. e. primo anno Olymp. LXXXV.

Itaque, ut ad Antigonam revertar, quum propter partam hac tragoedia gloriam praetoris munus poetae tributum esse ferant, fabulam illam eodem anno non multo ante datam esse censeo. Nihil enim causae esse video, cur, quod Musgravius et Boeckhius fecerunt, in antecedentem illa annum reiiciatur. Imo magis consentaneum est, Sophoclem, quum recenti adhuc floreret laude, isto honore ornatum esse, quam anno post, quum, ut fit, populi studium deferbuisset. Quod autem Antigona tantum Sophocli conciliavit populi favorem, ut tali eum muneri praeficiendum putarent, ea in re fortasse id quoque aliquid momenti habuit, quod saepius in hac fabula poeta ostendit, pulcre se imperantis officia perspecta habere.

Superest, ut videamus, an illud, quod Vitae scriptor dixit, Sophoclem septem ante bellum Peloponnesiacum annis praetorem creatum esse, ad nostram sententiam accommodari possit. Nos factum

hoc esse diximus Morychide archonte, anno Olymp. LXXXV. primo. At, inquiet aliquis, hic annus ante bellum Peloponnesiacum octavus est, non septimus. Recte. Sed nihilo minus persuasum mihi est, eundem quem nos posuimus annum Vitae scriptorem in animo habuisse, qui quum non dicat ἑβδόμῳ ἔτει, sed paulo laxius ἔτεσιν ἑπτά, hoc ita, opinor, intelligi voluit, ut factum illud esse putetur septem integris annis ante bellum Peloponnesiacum, hoc est, ipso illo, quem nos reperimus, anno octavo. Videtur enim ille archontum numerum ante oculos habuisse, quorum a Morychide ad Pythodorum fuerunt septem. Nam illud quidem nihil moror, quod Apseudes in his fuit, quem recentiores nonnulli in octavum decimum usque mensem magistratum gesisse existimant. Quod autem additum apud Vitae scriptorem legimus, Sophoclem, quum praetor fuerit, sexaginta novem, vel, ut in aliis Codicibus est, sexaginta quinque annos habuisse, id aut falsum esse aut corruptum, iam ab aliis animadversum est. Brunckius tamen, quum Vitae auctorem, si constare sibi voluerit, scribere debuisse ait πεντήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν, magnopere fallitur. Nam, quamvis meo iudicio poeta vere tum temporis quinquaginta septem annos natus fuerit, i. e. annum egerit quinquagesimum octavum, Vitae tamen scriptor, qui Sophoclem

anno secundo Olymp. LXXI. natum esse dixerat, si constare sibi voluit, scribere debuit *πεντήκοντα πέντε ἐτῶν*. Et hoc prope abest ab altera librorum lectione, in qua numerus tantum *πεντήκοντα* librariorum negligentia mutatus est in *ἑξήκοντα*. Male etiam paulo inferius in editionibus legitur *ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ*. Nam quum meliores libri habeant *ἐν τῷ πρὸς Ἀνανίους πολέμῳ*, nemo non videt corrigendum esse *ἐν τῷ πρὸς Σαμίους πολέμῳ*.

EIVSDEM AD PRAEGRESSAM DISSERTATIONEM ADDITAMENTA *).

Scholae Academicae, in quibus Antigonam Sophoclis interpretabar, ansam mihi dederant quaerendi, quo tempore primum acta esset ea fabula. Quumque non nihil a communi opinione discedendum putassem, G. Hermannus, quocum sententiam meam communicabam, assensus mihi est, suasitque ut dissertatiunculam conscriberem illam, quae editioni eius Antigonae est adiecta. Nuper vero in Academia doctrinarum Berolinensi duae recitatae sunt commentationes, in quibus denuo in illas temporis rationes est inquisitum, una Süvernii de quibusdam veteris tragoediae dictis ad res illo aevo gestas

*) Haec additamenta, quae Germanice scripta edita sunt in diariis litterariis Halensibus a. 1825. mense Ianuario fol. 26. ut Latine versa novae editioni Antigonae adiicerentur, roganti mihi permisit Seidlerus.

statumque rei publicae spectantibus, altera Boeckhii de Sophoclis Antigona. Priorem illam qui scripsit V. D. consentit mecum, una tantummodo de re atque de emendatione quadam, quam proposueram, aliter statuens, profiteturque p. 37. se iam ante aliquot annos propemodum eadem via in idem mecum incidisse. Boeckhius vero eam sententiam impugnat, veterem opinionem, quam olim in libro de Graecae tragoediae principibus probaverat, tueri studens. Qui quum mihi quidem neque iis argumentis, quibus ad refutandum quod ego verum puto usus est, neque illis quae pro sua sententia attulit, id quod volebat effecisse videatur, volo nunc tum quae contra eum dicenda habeo exponere, tum cur aliter statuam explicare uberius atque dilucidius. Id eo minus inutile fuerit, quod de rebus dicendum erit, quas maioris momenti, quam ipsa quaestio illa est, ampliorisque fructus esse intelligetur.

Contenderam ego, si verum esset, quod accepissemus, Sophoclem propterea, quod Antigona valde probata fuisset, praetorem in bello Samio esse electum, vix dubitari posse quin acta esset fabula ista anno primo Olympiadis LXXXV. archonte Morychide. Nam brevi post commissionem Antigonae, recente adhuc memoria, praetorem creari debuisse poetam; certum esse autem, praeturam illam refe-

rendam esse ad alterum bellum Samium, quod gestum isto anno esse idoneis argumentis evinci. Diodorum enim, qui utrumque bellum Samium uno anno, et quidem eo, qui illum quem dixi praegressus est, profligatum esse referret, erroris coargui, primo, quia vel quae finem bello fecit obsidio Sami prope novem menses durasset *), quaeque secundum Thucydidem ante quam obsideretur Samus acta essent, longiore indiguissent quam trium mensium spatio; secundo, quod Vitae Sophoclis scriptor poetam septimo ante bellum Peloponnesiacum anno praetorem factum esse prodidisset; tertio, quod scholiastes ineditus ad Aristophanis Vespas v. 283. diserte traderet, res Samias gestas esse archonte Timocle et successore eius Morychide.

Boeckhius vero in ea perseveravit sententia, quae olim ab eo probata est, actam esse Antigonam anno tertio Olympiadis LXXXIV. archonte Diphilo: cuius

---

*) Vbique sic statuere video Seidlerum, obsidionem qua finitum est bellum durasse novem menses. Non id diserte apud auctores traditum reperio, sed loquuntur illi ita, ut omnia, quae adversus Samum gessit Pericles, eo spatio confecta dicere videantur. Idque cum Boeckhio defendit Wexius in prolegomenis p. 14. Diuturnam tamen fuisse postremam illam obsidionem Sami, ex iis apparet, quae Plutarchus in Pericle cap. 27. et Athenaeus XIII. p. 572. F. referunt. HERMANNVS.

sententiae fons denique in illo ipso est testimonio Diodori, quod propter tres illas quae commemoratae sunt caussas repudiavimus. Ea igitur argumenta vel infirmare, vel saltem sic ut ipsi minus incommodent flectere studet. Ad eorum primum, quod ego a temporis tanta brevitate repetieram, quae non caperet res ante illam novem mensium obsidionem actas, praesertim si quis locorum intervalla, tempestatum vicissitudines, caetera quae moras obiicere solerent impedimenta consideraret, ad hoc igitur argumentum respondet Boeckhius p. 11. non posse se concedere, tres menses illis rebus non sufficere: nam nec locos longe dissitos esse, tempestatem autem certis conditionibus opportunam vel maxime fuisse; praeterea scriptores omnia brevi consequuta dicere. — Hic quidem oblitus videtur Boeckhius, se ipsum in praegressis proxime duabus paginis, conditionibus caeteroqui paribus, quas res ego tribus mensibus peragi potuisse negaveram, iis spatium prope sex mensium concessisse. Porro conditiones illas, quibus nunc tempestatem secundam esse, et proinde adversari meae sententiae sumit, eas infra ipse reiicit, resque istas p. 12. maximam partem hieme gestas esse censet. Verum intervalla locorum, si ratio habeatur rerum gestarum trimestrisque spatii, quo pacto non magna esse

dicantur, ne nunc quidem intelligo. Sunt illa loca maxime Athenae, Samus, Miletus, Sardes, Lemnus, et quodammodo etiam Byzantium. Quare vellem ostendisset Boeckhius, quomodo, quae ab initio belli Prienensis usque ad coeptam novem mensium obsidionem illis in locis acta sunt, commode et cum quadam specie veri distribui per illos tres menses possent: nam ego quidem frustra studui eiusmodi rationem invenire, praesertim quum Plutarcho teste aliquid etiam per internuncios sit actum. Denique quale sit illud, quod celeriter se res excepisse a scriptoribus traditum sit, infra apparebit.

Secundo argumento, quo ego quae Diodorus refert reiiciebam, quia Vitae Sophoclis scriptor poetam septem annis, i. e. ut ego interpretabar, octavo ante bellum Peloponnesiacum anno praetorem factum esse narrat, haec opponit Boeckhius p. 17. „certo illud non accurate dictum: quamvis enim Seidlerus observet, inter Morychidem, quo archonte praetorem fuisse Sophoclem censet, et Pythodorum, cuius anno coeptum est bellum Peloponnesiacum, septem archontes medios esse: tamen scriptor iste *novem* annos dicere debebat, quia Morychidis atque etiam Pythodori annus numero adiiciendi erant: nam Pythodorus iam decem menses functus erat eo munere, quum ortum est bellum. Ex tam negligenter scripto

testimonio apertum est nihil in tam subtili quaestione consequi." At falsum est, *novem* illum annos dicere debuisse. Nam etiam si scriptor ille ipsum diem, quo Sophocles praetor esset factus, in mente habuisset, eumque diem tribuisset uni duorum postremorum mensium eius anni, quo Timocles, qui praegressus est, archon fuit, vel sic eum oportebat *octo annis* vel *nono* anno ante bellum Peloponnesiacum dicere. Vt confundant quidam scriptores illas locutiones, *novem annis ante* et *nono anno*, apertum est tamen diversa eos indicare: distinguique eas, uti decet, ab accuratis scriptoribus, Thucydidis exemplum docebit. Is dicit II. 2. bellum Peloponnesiacum coeptum esse anno quinto decimo, *τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει*, postquam factae sint devicta Euboea triginta annorum indutiae: et tamen idem cap. 21. eiusdem libri rem quamdam, quae etiam ante factas illas triginta annorum indutias gesta est, accidisse scribit *quattuordecim annis* ante bellum Peloponnesiacum, *πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου τέσσαρσι καὶ δέκα ἔτεσιν. Quattuordecim annis ante* ergo et *quinto decimo anno* idem ei significant. Quod si Dodwellus ad discrimen quod inter has locutiones est attendisset, ne speciem quidem repugnantiae in illis locis invenisset, neque incidisset in illam parum sufficientem interpretationem, qua in Apparatu ad

Annales Thucyd. sect. XV. removere istam repugnantiam studuit: quam interpretationem ne Boeckhius quidem probare potest, quum, ut infra videbimus, indutias illas triginta annorum aliquot mensibus prius, quam Dodwello visum est, factas esse censeat: id quod non potest cum interpretatione illa conciliari. Itaque satius erit, non vituperare Vitae Sophoclis scriptorem: qui si, ut ego statuebam, octavum annum ante bellum Peloponnesiacum, qui usque ad decimum retro mensem archontis Morychidis pertingit, in mente habuit, rectissime est atuqe accuratissime loquutus.

Contra tertium eorum quae supra dicta sunt argumentorum, quod positum est in diserto inediti scholiastae testimonio, nihil monet Boeckhius, sed excusat Diodorum eo, quod ille hic quoque, sicut alibi, quoniam archontes aestate, quod est medio anno, munus inierint, uni archonti tribuat, quod inter duos fuerit dispertiendum. Accipiamus interim hanc excusationem, et quaeramus possitne omnino probari Boeckhiana temporum in rebus Samiis descriptio.

Quo accuratius computet, primo Boeckhius p. 7. de tempore dicit, quo munus susceperint archontes ante Olympiadem LXXXVII. censetque, et a Dodwello et a Corsino dissentiens, iamdiu ante illam

Olympiadem archontes mense Hecatombaeone munus suum esse ingressos. Eam rationem ego quoque sum sequutus, quamquam non easdem ob caussas. Non vidi enim Catalogum lectionum aestivarum Academiae Berolinensis a. MDCCCXVI. in quo se Boeckhius hanc rem inscium ad liquidum perduxisse ait. Iam igitur mensem, quo exorta sint Samiaca discidia, designare studet Boeckhius. Thucydides eorum initium posuit anno sexto post factas quas memoravimus indutias. Itaque quaerit Boeckhius, illae triginta annorum indutiae quo mense sint factae. Iam quum Thucydides II. 2. scribat, duravisse eas indutias annos quattuordecim, quinto decimo autem ortum esse bellum Peloponnesiacum, et quidem tempore verno, quum archonti Pythodoro duo superessent muneris menses, Dodwellus factas esse iudicavit Olympiadis LXXXIII. anno tertio, et quidem circa decimum mensem Olympiacum. Id reprehendit Boeckhius, quia nesciamus, quot menses quinti decimi anni, quum bellum coeptum est, effluxissent: eodemque iure sumi posse, indutias illas iam semestri spatio prius factas esse quarto mense Olympiaco. Quin eo inclinare videtur, ut eas vel hoc tempore aliquot mensibus priores fuisse non incredibile putet: sed tamen, ne, ut ait, nimis multa coniectando agantur, illam alteram rationem tenet,

eamque p. 12. pro fundamento ponit computationis suae. Factas igitur existimat indutias mense quarto Olympiadis LXXXIII. anni tertii, i. e. auctumno: et proinde etiam motuum Samiacorum initium auctumno assignat sexti post illud tempus anni, qui est quartus Olympiadis LXXXIV. Quod ad horum postremum attinet, primo quaerere licebit eodem modo, quo Boeckhius adversus Dodwellum disputavit, qua tandem fide constet, Thucydidem verbis illis ἕκτῳ ἔτει ipsum initium sexti anni significasse. Quid enim si iam aliquot menses praeterierant? Manebat ille tamen sextus annus. Apertum est, Boeckhium non nisi tuendae suae sententiae caussa adniti, ut quam possit longissime res illas retrudat. Deinde vero etiam verba Thucydidis magis Dodwelli quam Boeckhii sententiae favent. Nam cur praemisisset Thucydides illud, *τέσσαρα μὲν καὶ δέκα ἔτη ἐνέμειναν αἱ τριακοντούτεις σπονδαί*, nisi ut indicaret, indutias vel ipsos quattordecim annos, vel saltem non multo longius esse servatas? Aliter enim satis fuisset quod sequitur, *πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ ἔτει*. Vnum quidem alterumve mensem quis numeret? Sed discrimen si, ut Boeckhio placet, dimidiati anni vel amplius esset, prorsus ego vereor ut Thucydides sic esset loquutus. Sed mittam has obiectiones: nam alio modo ex ipso demonstrari

Thucydide potest, non pro arbitrio sex aut plurium mensium spatio a Dodwelli computatione posse discedi. Prima belli Peloponnesiaci hostilis concursio, quam Thucydides II. 2. circa finem mensis decimi Olympiadis LXXXVII. anni primi posuit, accidit, ut ipse testatur, sexto mense post pugnam ad Potidaeam. Pugna ad Potidaeam ergo necesse est pugnata fuerit inter finem quarti et finem quinti mensis eiusdem anni Olympiaci. Si eam prius et vel medio quarto mense factam putamus, est is iam septimus mensis ante belli initium. Post eam pugnam autem obsident Potidaeam Athenienses, nuncioque eius obsidionis accepto (*πολιορκουμένης τῆς Ποτιδαίας* Thuc. I. 67.) socii a Corinthiis Lacedaemonem convocantur. Conveniunt eo, consentiuntque de bello parando. Ea congressio, ut quae facta sit propter pugnam ad Potidaeam, quae, ut multum largiamur, non ante finem quarti mensis pugnata est, non potest ullo modo prius facta esse, quam mense quinto. Nam ut vel exeunte mense quarto pugnatum fuerit, tamen oportebat nuncium eius rei Potidaea Corinthum venire, Corintho autem mitti qui hinc illinc socios convocarent, convocatos vero illos etiam Lacedaemonem convenire. Ac scholiastes Thucydidis eum congressum plenilunio factum refert. Iam hunc congressum Thucy-

dides I. 87. diserte habitum scribit anno quarto decimo post factas triginta annorum indutias. Ex quo consequitur, indutias illas non posse factas esse ante mensem quintum Olympiadis LXXXIII. anni tertii. Non potest ergo admitti, quod Boeckhio placet, factas esse iam quarto illius anni mense, nedum ut etiam in remotius tempus reiicere eas liceat. Nam si iam quarto mense factae essent, congressio illa sociorum Lacedaemone incideret in quintum decimum annum post factas indutias, non, quod tamen affirmat Thucydides, in quartum decimum. Contra nihil obstat, quin serius, i. e. uno insequutorum quattuor mensium, factae sint indutiae. Haec si transferimus ad motus Samios, quorum initium sexto post factas indutias illas anno ponit Thucydides, non possunt illi prius quam circa sextum mensem Olympiacum anni quarti Olympiadis LXXXIV. esse orti. Quod si de die constaret, quo Lenaea Athenis agebantur, comparato Thucydide cum scholiasta Aristophanis ad Vespas v. 283. si hic, quod tamen non omni dubitatione vacat, accurate scripsit et scribere voluit, etiam paullo exactius definiri posset, quo tempore exorti essent illi motus. Nam secundum scholiastam usque in undevicesimum ante actas Vespas annum retro computantur. Quae fabula quum acta sit Olymp.

LXXXIX. 2. archonte Aminia Lenaeis, motus Samii, si quid eorum in annum ante commissionem Vesparum undevicesimum incidit, coepti esse debuissent ante Lenaea Olymp. LXXXIX. 4. Vt Boeckhius existimat, in dissertatione de Dionysiis, Lenaea agebantur die fere vicesimo Gamelionis, sive septimi mensis Atheniensium. Quod si quis huic sententiae, quae tamen dubitationibus haud paucis obnoxia est, adstipulari, simulque a scholiasta tempus accurate indicatum credere voluerit, eum oportebit initium motuum Samiorum inter finem quarti et finem septimi mensis anni quarti Olympiadis LXXXIV. ponere.

Sed revertimur ad computationem Boeckhii. Is igitur postquam primum inter Samios et Milesios bellum auctumno Olympiadis LXXXIV. anni quarti assignavit, Periclis primam adversus Samum expeditionem tribuit insequutae hiemi, alteramque exeunti hiemi vel initio veris eiusdem anni. Ita, praesertim quum, ut vidimus, primordia non serius quam circa sextum mensem poni possint, omnia, quae ante obsidionem novem mensium acta sunt, trium circiter mensium spatio, et quidem tempestate adversissima peracta esse necesse est. Eo igitur spatio necesse est totum bellum inter Samum et Miletum, quod finitum est devincendis Milesiis, intercessiones Athe-

niensium apud Samios pro supplicantibus Milesiis, (secundum Plutarchum Pericl. p. 166. A.), primam expeditionem Periclis adversus Samum, reditumque, postquam Samum devicerat, rem publicam ordinarat, conditiones a Pissuthne, qui eum corrumpere tentabat, repudiarat; tum motus inde Sami ortos, natamque inde fugam optimatium Sardes ad Pissuthnem se conferentium, ubi exercitum septingentorum militum conscribunt, conventionem eorum cum Byzantiis, qui Thucydide teste simul deficiunt, expugnationem Sami per reversos optimates, reductionem deinde obsidum a Pericle in Lemnum deportatorum, apparationem Samiorum novi belli adversus Miletum, expeditionem ipsam classe LXX. navium contra eam urbem, denique secundám Periclis ad Samum magna cum classe profectionem, haec igitur omnia secundum Boeckhium necesse est tribus mensibus hiemalibus facta et profligata esse. Quis tandem id credat? Congruere quidem cum sua computatione putat Boeckhius, quod classis Phoenicia adversa anni tempestate retardata est; item quod praesente in secunda expeditione Samiaca Sophocle in Chio insula puer vinum ministrans igni adstat, quem ignem propter frigus vernarum noctium accensum esse veri simile sit: sed huiuscemodi argumentis vereor ut multum proficiat, vel si ignem istum in brumae frigus

posset coniicere. Praeterea Boeckhium, hac posita sententia, atque ut eam cum caeteris rebus quas sumpsit conciliet, etiam alia pro arbitrio sumere oportet. Inde Sophocles, qua de re nemo quidquam retulit, etiam in prima expeditione Samiaca praetor fit, secundae expeditionis autem parti tantum interesse, atque durante adhuc obsidione redire, quia scilicet nusquam scriptum sit non fuisse eum praetorem in prima, fingitur. E verbis Strabonis, *Ἀθηναῖοι — πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητὴν, πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους*, nihil amplius consequi putat, quam Sophoclem *aliquamdiu* Periclis collegam fuisse. At, quaerat quis, quid est tandem in verbis Strabonis, quo significetur illud *aliquamdiu?* Diodorus autem si his verbis, *οἱ δὲ πάλιν Περικλέα προχειρισάμενοι στρατηγόν*, Periclem iterum secundae expeditionis Samiacae ducem factum esse dicit, id Boeckhio interprete non nova suffragatione factum est, sed nihil aliud dicit Diodorus, quam Pericli, qui iam esset praetor, hanc quoque expeditionem esse commissam: quae interpretatio ut possit vera esse, certe non est ea, in quam primam quis incidat. Denique etiam Thucydides Melesiae f. quem vitae Sophoclis scriptor collegam Sophoclis facit, aut, quod ipsum quoque

omnibus ignotum est, continuum biennium praetor fuit, aut tota scriptoris illius narratio falsa est atque ex errore aliquo nata. Haec omnia nihil dubitat Boeckhius suae sententiae caussa comminisci.

Quod si quaerimus, qua caussa res illae tam arctis sint finibus includendae, hoc ut potissimum quo permotus sit argumentum Boeckhius p. 11. seq. affert, quod aliter Diodorus perinepte scripturus fuisset. Nam si praecipuae res Morychide demum archonte essent gestae, debuisse Diodorum bella Samia in huius potius anno referre, vel certe non omnia in Timoclis exponere magistratu: secundum illam vero computationem aptissime narrasse Diodorum. Non quaeramus, quanto aptior fiat Diodori, si Boeckhium ducem sequamur, narratio, sed illud merito mirandum est, quomodo tali argumento potuerit Boeckhius moveri, ut probaret quae non una ex parte veri sint dissimillima. Non ignorat profecto Diodori in temporum notatione negligentiam, nec nescit, si vel dimidia pars errorum, quos in hoc genere ab eo admissos esse viri docti monstrarunt, excusari vel in dubitationem vocari possit, tamen quae reliqua est dimidia pars, per se satis magnam esse, ut fidem huius scriptoris in temporibus indicandis in summam debeat suspicionem adducere. Immo dubitatione suborta multo veri similius existimandum est,

hoc in genere Diodorum inscite quam considerate narravisse. Nominatim autem praecipue in rebus bellum Peloponnesiacum praegressis multi sunt eius in temporibus errores, quorum aliquot iam Dodwellus aperuit. Vt brevis sim, conferat quis indicem, quem confecit Clintonus in Fastis Hellenicis p. 235. seq.*) ubi ostenditur, Diodorum multa non anni aut semestris spatio, sed tribus, quattuor, quinque, et pluribus annis vel priora vel posteriora quam debebat, et saepe ut ipse secum pugnet, commemorare. Itaque non recte fecisse Boeckhium arbitror, quod, ut Diodorum apte et perite narrantem faceret, certum vitae Sophoclis testimonium reiecit; quae non sunt tradita, pro arbitrio finxit; res gestas violenter in breve spatium coangustavit. Nam si, quod ad hoc postremum attinet, scriptores contendit *ubique* significare, *omnia* celeriter sese excepisse, non est id ex omni parte verum. Quis e. c. quidquam de insolita brevitate primi inter Samum et Miletum belli, aut eorum quae postea hae civitates inter se transegerunt, dixit? Pericles autem si apud Plutarchum ob brevitatem temporis gloriatur quo tam magna perfecerit, id Boeckhius non recte ad universas res Samias refert: nam id non nisi de obsidione

*) P. 259. seq. ed. secundae. HERMANNVS.

novem mensium dictum esse, comparatio cum decem annorum obsidione Troiae docet manifestissime *). Omninoque ex illis, quae incuriosius poni a scriptoribus solita sunt, *celeriter*, *paullo post*, *mox*, qualia sedulo collegit Boeckhius, admodum nihil de tempore colligi potest. Pendent enim illa ex ea rerum quasi imagine, quam suo quisque scriptor animo informavit: quam nos non possumus cognitam habere. Si Plutarchus exempli caussa p. 166. B. Samios statim ut Pericles abiit defecisse dicit his verbis: *οἱ δὲ εὐθὺς ἀπέστησαν ἐκκλέψαντος αὐτοῖς τοὺς ὁμήρους Πισσούθνου*, additamentum hoc clare docet, quam late patere illud *εὐθὺς* Plutarchus voluerit. Nam ex Diodoro et Thucydide scimus, inter abitum Periclis et reductos ex Lemno obsides satis longam seriem rerum, quas supra summatim tetigimus, interfuisse. Hic igitur locus, quem ipsum pro sua opinione affert Boeckhius, contra eum potius quam pro eo facit. Obiter moneo, Boeckhium p. 10. prorsus errare, quum Samum statim, ubi primum armis cincta est, machinis Artemonis oppugnatam fecit: quae machinae post illa demum, quum iterum inclusa est, sunt adhibitae.

Venimus ad aliam eamque graviorem obiectionem,

*) Respondit Wexius in prolegom. p. 14. HERMANNVS.

quam Süvernius p. 37. seq. suae dissertationis contra me protulit. Is, etiam si caetera omnia a me recte dicta sint, tamen commissionem Antigonae saltem ad annum, qui praegressus sit eum, quo praetor fuerit Sophocles, i. e. quartum Olympiadis LXXXIV. referendam esse existimat: nam praetores utique circa finem anni Attici creatos putandum esse, iniisseque munus mense Hecatombaeone: ut proinde Sophocles non potuerit in eum annum praetor creari, quo acta sit Antigona. Huic sententiae Boeckhius non solum accedit, explicans eam uberius p. 13. seqq. sed de ea tamquam de re exploratissima loquitur. Nam p. 13. dicit, ne potuisse quidem illud pro institutis Atheniensium secus fieri, et p. 15. de acta Olympiadis LXXXV. anno primo Antigona non amplius cogitari posse ait. Sed gravius quid, credo, sonant haec dicta, quam quod ipse tuiturus videatur. Quum enim rationes afferat cur sic iudicet, eae rationes autem, si summam spectamus, ad coniecturas redeant, ne illud quidem cogitari posse aut credibile esse sequeretur, errare Boeckhium in opinando potuisse: id quod eum non putamus de se praedicare velle. Ratiocinatio Boeckhiana, ut brevi praecidamus, ipsis propemodum verbis haec est: „decem illi praetores ordinarii, quorum unus fuit Sophocles, munus *sine dubio* inibant mense Heca-

tombaeone, et *quamquam nescimus* quando comitia in quibus creabantur agi consueverint, tamen agebantur ea *sine dubio* anni quadrante extremo vel paullo prius. Iam Antigonam *veri simillimum est* actam esse Dionysiis magnis mense Elaphebolione, Sophoclem autem *credibile est* statim in insequutis comitiis praetorem in futurum annum esse designatum. Quod si secunda adversus Samum expeditio suscepta est Olympiadis LXXXV. anno primo, acta est Antigona anno quarto Olympiadis LXXXIV. sin autem expeditio illa in annum quartum Olympiadis LXXXIV. incidit, (et hoc est id quod placet Boeckhio, ut vidimus) tragoedia illa acta est Olympiadis LXXXIV. anno tertio." Apparet, quae fundamenta sunt huius ratiocinationis nihil esse nisi coniecturas. Quibus coniecturis quum Boeckhius tanta cum confidentia suam sententiam superstruxerit, quumque etiam per se operae pretium sit, nonnulla eorum, de quibus hic agitur, quam fieri possit in clara luce collocare, placet Boeckhianam demonstrationem per singula momenta persequi.

Primo duas praetorum classes distinguit Boeckhius, ordinarios et extraordinarios, monetque Sophoclem haud dubie unum ex decem ordinariis anni praetoribus fuisse, ob id ipsum, quod Thucydides illos praetores, in quibus fuerit Sophocles, numero

decem fuisse dicat, extraordinariorum autem numerus plerumque exiguus fuerit, omninoque ante bellum Peloponnesiacum extraordinarii nulli reperiantur. Accedere, quod poeta nec rei bellicae peritus nec rebus agendis natus non is fuerit, qui extra ordinem praetor crearetur: eumdem vero novem collegis adiunctis non multum nociturum fuisse. Hic moneo, Meierum in libro de re forensi Atticorum p. 106. not. 9. numerum denarium non putare pro certo indicio praeturae ordinariae esse habendum. Nam extraordinarios fuisse censet illos, qui ad Arginusas vicerunt. Quod si recte sic statueret Meierus, vereque non respiciendus esset numerus denarius, caetera, quae Boeckhius affert, nihil aut parum valerent ad vindicandam Sophocli praeturam ordinariam. Posset enim obiici, non plus eum nociturum fuisse, si extra ordinem cum novem collegis praetor fuisset, quam si fuisset ordinarius cum novem collegis. Rei bellicae vero non imperitum visum esse Atheniensibus nihilo minus necessarium est. Aliter enim omnino non creassent. Denique ante bellum Peloponnesiacum non esse praetores extra ordinem creatos, nihil est nisi inanis opinio. Sed quum Meieri sententia, de qua infra iterum dicam, probari non possit, vel propter primam quae ab numero repetita est caussam assentior Boeckhio,

praetores, per quos gestum sit bellum Samium, fuisse ordinarios illos eius anni: in quam rem afferri potest, quod Plutarchus in Pericle p. 161. F. scribit, Periclem illo tempore perpetim et sine intercapedine annuo praetoris munere esse functum.

Sed quod Boeckhius confidenter contendit, praetores ordinarios iniisse munus suum sine dubio mense Hecatombaeone cum archontibus, id nobis vel maxime dubium videtur. Affirmat id Boeckhius pene nulla ratione allata. Nam ex comparatione trierarcharum, qui illis subditi erant, nihil colligi potest, etiam si consuetum fuisset, (quam quidem rem in eo loco, quem affert, libri sui de oeconomia publica Atheniensium, non video demonstratam esse) ut his aestivo tempore succederent novi. Ex eo vero, quod praetores in annuum spatium creabantur, nullo modo consequitur, munus illud ipso initio anni esse initum. Caussae, propter quas valde de veritate Boeckhianae sententiae dubito, hae sunt. Quum praetores non eodem modo, quo archontes, ac propterea ne simul quidem cum iis crearentur, vel in ipsa creatione utrorumque nihil est, quod coniuncta munerum illorum initia fuisse arguat. Deinde apertum est, aestatem suscipiendae praeturae tempestatem esse omnium minime accommodatam: qua neque apud Lacedaemonios ingressi sunt imperatores

munus suum, neque apud Thebanos, Syracusanos, Achaeos, Aetolos, Romanos. Bella apud veteres, ut consentaneum est et hodie quoque fieri solitum, veris tempore coepta sunt geri, maximeque expeditiones maritimae, quarum apud Athenienses in primis habenda ratio erat. Quod si praetores tempore aestivo, paucis post mensibus quam profecti ad bellum essent, abdicare se munere atque officia sua aliis tradere debuissent, fieri non potuisset quin rerum gerendarum cursus haud uno modo impeditus fuisset atque interpellatus. Veteres praetores consilia in paucos tantum menses capere potuissent: novos autem, priusquam insigne quid agerent, et sui exercitus statum et hostium vires caeterasque opportunitates explorare oportuisset: unde multis modis in ipsa commodissima anni tempestate morae et turbationes exstitissent. Neque id latuit Boeckhium. Quare concedit, non incredibile esse, licet ipsi non veri simile videatur, verno tempore praetores suscepisse munus suum. Verum si reputamus, quanta praetorum fuerit in apparatu belli ordinando auctoritas, convenientius etiam videatur necesse est, aliquanto ante coeptum bellum, ideoque hieme, quo tempore praecipue rebus ad bellum necessariis providebatur, initum ab iis munus esse. Quod si proximos illi aevo scriptores belli Peloponnesiaci, Thu-

cydidem et Xenophontem, consulimus, quorum uterque in exponendis rebus gestis hiemem atque aestatem solet distinguere, apud neutrum, quod ego quidem sciam, quidquam invenitur, unde aestate novos praetores creari solitos esse cognoscatur, quod contra alia sunt, quae id hieme factum ostendant. Nam ubicumque aestivo tempore vel creatum esse praetorem vel iniisse munus memorant, semper id aperte praeter morem atque extra ordinem factum esse intelligitur. Eo pertinet etiam quod Pericles denuo praetor factus est, postquam aestate decedere munere coactus pecuniaque multatus erat: de qua re scripsit Thucydides II. 65. Nam Diodorus XII. 45. et Plutarchus in Pericle p. 171. F. ita rem referunt, ut manifestum sit, hunc quoque extra ordinem temporum conditione urgente esse creatum. Quod Thucydides II. 59. dicit, *ἔτι δ' ἐστρατήγει*, non significat *nondum exierat annuum eius imperium*, sed, *nondum exutus erat imperio*. Eodem modo VIII. 48. Phrynichum dicit *στρατηγὸν ἔτι ὄντα*, quia paullo post illi ademptum imperium est. Omnes vero quae ab his scriptoribus memoratae sunt praetorum creationes, in quibus nihil insueti atque inusitati accidit, nisi quis id de industria quaerere atque obtrudere velit, eaeque ideo pro legitimis habendae sunt, hieme sunt factae. Sic

apud Thucydidem III. 115. Lacheti praetori in Sicilia hieme successor datus Pythodorus, quem illuc proximo vere duo collegae sequuntur. Remotum a munere Lachetem fuisse nec traditum est, nec cur id factum esset caussa idonea apparet: quare, nisi exactus fuisset eius annus, non minus una cum Pythodoro usque ad aestatem perfungi munere illo potuisset, quam munus id antea una cum Charoeade gesserat. Etiam Schoemannus hos praetores in legitimis atque ordinariis numerat, ut ex loco, quem in libro de comitiis Atheniensium p. 313. affert, colligimus. Eadem hieme etiam Demosthenes praetor, ut Thucydides IV. 114. refert, ex Acarnania reversus in privatam vitam redit, et ut privatus paullo post muneri ordinario praeficitur. Et acceperat quidem magnam cladem Demosthenes in bello cum Aetolis, ob quam secundum Thucydidem III. 98. verebatur redire Athenas, sed tanto illustrius paullo post rem gesserat adversus Ambraciotas, ita ut iam eodem Thucydide teste III. 114. reverteretur securior. Quare non est credibile eum dignitate esse exutum: neque id tacuisset Thucydides, quum supra bis eius metum commemorarit. Itaque poena eius in eo tantum constitisse videtur, quod non est denuo in proximum annum praetor factus. Et, si ademptum ei fuisset imperium, vix

tam brevi post tempore munus extraordinarium aut ambisset aut accepisset. Dodwellus, licet immemor eorum quae ante ad Thucyd. II. 65. dixerat, ex his duobus exemplis hieme susceptae praeturae coniicit, illo tempore adhuc veteri anni initio mense Gamelione munus iniisse praetores. Hoc quidem vereor magnopere ut ex ista re sequatur. Neque enim intelligo, cur praetores ipso anni seu veteris seu novi initio munus debuerint suscipere. Neque dum scimus, tempus creationis tam certo finitum fuisse, ut non uno alterove modo variari potuerit. Provide, ut solet, Schoemannus in libro de comitiis Atheniensium p. 322. non nisi valde credibile esse putat, certa creationibus magistratuum ordinariorum constituta fuisse tempora. — Apud Xenophontem porro in Historia Graeca I. 4, 10. mentio fit praetorum creationis, qua Alcibiades et Thrasybulus et Conon munus illud acceperunt. Haec quoque creatio aperte facta est hieme: media est enim inter expugnationem Byzantii, hieme ab Alcibiade capti, et reditum huius Athenas proxime insequuto verno mense Thargelione. Atqui aliquamdiu ante reditum Alcibiadis factam esse oportet, quia iam erat ille praetor creatus, quum venit Thrasyllus, quem ex Xenophontis narratione patet ante Alcibiadem Athenas esse reversum. Vix autem ea potuit alia quam usi-

tata atque legitima creatio esse. Nam quum Alcibiades et Thrasybulus iam essent praetores, in his quidem non opus erat creatione, nisi usitata illa, qua etiam in proximum annum gerere hoc munus iuberentur. Extra ordinem vero illud est factum, quod Alcibiades postea, dum praesens Athenis erat, ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ est designatus, secundum I. 4, 20. Obiter observo, φεύγοντα Alcibiadem a Xenophonte I. 4, 10. modo propterea dictum videri, quod eo tempore nondum redierat Athenas: nam exsilii decretum iam multo ante solutum erat testibus Thucydide VIII. 97. et Diodoro XIII. 42. praetorque iam aliquot deinceps annos fuerat. Creatio in annum proxime sequutum, cuius meminit Xenophon I. 5, 16. ne ipsa quidem facile alii tempestati quam hiemi potest assignari. Nam Alcibiades postquam Athenas exeunte aestate reliquit, complures res gerit, ac satis diu est cum imperio: sed ante veris initium iam novos praetores officio suo fungentes videmus I. 5, 21. Quamquam hi num sint consueto tempore creati, erunt fortasse qui nonnihil dubitent, quia videri potest Alcibiadi ademptum esse imperium: idque placet quibusdam. Sed tamen id ab nullo historiarum scriptore diserte dictum invenio, neque veri simile est, propterea quod in novis praetoribus non comparet Thrasybulus, qui

collega fuerat Alcibiadis. Itaque hic quoque simul cum Alcibiade remotus esset a praetura, quod eo minus credibile est, quia hic etiam adversarius fuit Alcibiadis, eumque Plutarcho teste in Alcibiade p. 211. apud populum accusavit, in primisque effecit ut ab exercitu revocaretur. Quare omnium maxime consentaneum est, ut credamus Alcibiadem anno praeturae exacto non esse denuo lectum, idemque accidisse Thrasybulo, quem insequuto anno trierarchum videmus. Nam corruptos Diodori locos, quibus Thrasybulus praetor pro Thrasyllo nominatur, nihil attinet respicere. Videtur ergo haec quoque creatio usitata et legitima fuisse. Certe quidem ego, ut iam supra dixi, novos decem praetores nullo modo cum Meiero pro extraordinariis habendos arbitror. Nam utrumne praeter hos decem alios decem huius anni ordinarios fuisse censeamus, an functi sunt illi simul etiam ordinariorum officiis? Prius illud, viginti fuisse unius anni praetores, eo incredibilius est, quod hi decem omnino nihil habent quo ab ordinariis et consuetis differant, qui etiam, ut illi veteres Marathone, singuli singulis diebus summum gerant imperium. Accedit quod praeter ipsos ne minimum quidem ordinariorum illius anni praetorum vestigium invenitur. Quin adeo eo ipso anno unus, qui non est in illis decem,

extraordinarius memoratur, Phanosthenes, qui Xenophonte teste I. 5, 18. Cononis loco Andrum est missus, et in Ione Platonico pro exemplo est, aliquando etiam homines peregrinos praeturam gessisse. Porro si hi decem functi sunt officiis ordinariorum, quo tandem modo ab illis distingui et pro extraordinariis haberi poterunt? Tempus creationis non debebat Meierus pro sua opinione afferre, siquidem id ipsum quaerebatur, quodnam tempus legitimum esset. Non plus lucri ex eo est, quod Xenophon infra tantummodo tres nominat, qui remotis illis a munere successerint. Nam historicum eos tantum memorare opus erat, qui vere exercitui praeessent, vel aliquid insigne gererent. Sic etiam superiore anno, ut videmus, trium modo mentionem fecit. Alibi historici etiam unum vel duos nominant. Quin fortasse adeo quaeri poterit, sitne quovis anno plenus et legitimus numerus lectus, officiaque iis commissa. Loquuntur aliquando ita historici, ut dubitari ea de re possit. Atque adeo, quod interdum diserte decem creatos scribunt, indicare videtur, non esse id semper factum. Sed tamen quum grammatici contrarium tradant, atque alia quaedam pro communi opinione stare videantur, erit ea fortasse pro vera habenda.

Patet ex his, haudquaquam ita certum esse,

aestate iniisse munus praetores Atheniensium, ut id, nisi firmioribus argumentis demonstratum fuerit pro vero sumi atque aliquid, quod probabile sit, inde concludi possit; immo graviora esse, quae suadeant, ut hieme creati et munus ingressi esse existimentur.

Porro veri simillimum esse credit Boeckhius, Antigonam actam esse magnis Dionysiis mense Elaphebolione: nam Posideone in Dionysiis rusticis *numquam* novas actas esse tragoedias: cuius rei caussa ad dissertationem suam de Dionysiis provocat. At hoc in illa caeterum docta accurateque scripta dissertatione minime est demonstratum: immo Boeckhius ibi p. 96. nihil dicit quam: „novae fabulae, quae Dionysiis rusticis actae sint, nullae possunt monstrari": et p. 106. „in Dionysiis rusticis credibile est non nisi veteres fabulas esse actas." Ergo haec Boeckhii tantum opinio quaedam est. Sed tamen p. 96. non multum abest, quin in loco Aeliani plenam probationem inveniat. Nescio ego quo modo eum locum interpretatus sit Boeckhius: mihi quidem, si omnino hac in re aliquid valet Aeliani testimonium, contrarium potius prodere videtur. Dicit enim Aelianus, Socratem raro ludos scenicos spectatum ivisse; si tamen Euripides novis tragoediis certaret, tum spectasse; item, si in Pi-

raeo (ergo Dionysiis ruralibus) ille certaret, eo quoque descendisse. Verba haec sunt: *ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐφοίτα τοῖς θεάτροις· εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἠγωνίζετο καινοῖς τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο· καὶ Πειραιεῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου, καὶ ἐκεῖ κατῄει.* Quod si Socrati in urbe non nisi novas fabulas spectare placuit, multo minus videtur, veteres ut spectaret, longam viam ivisse. Itaque secundum Aelianum etiam in ruralibus Dionysiis, saltem in Piraeo, novae videntur fabulae esse actae. Et illo quidem loco id factum eo minus a veri similitudine abhorret, quod, ut ipse Boeckhius in dissertatione de Dionysiis p. 75. monet, universa civitas festum illud Piraei videtur concelebrasse: ut consentaneum fuerit, provideri solitum esse, ut multi illi ex urbe hospites novis rebus oblectarentur, neque iis semper, quae domi iam spectassent, apponerentur. Quare rationem certe, qua Boeckhius fieri potuisse negat, ut Antigona Dionysiis ruralibus acta sit, probare non possum. Sed praeter magna Dionysia reliqua sunt etiam Lenaea, quibus edi potuerit Antigona. Nam quod socii simul spectaverant eam fabulam, id profecto nihil conferebat ad tribuendam Sophocli dignitatem praetoriam.

Videmus igitur multo quam oportebat longius

progressum esse Boeckhium, quum propter eas quas attulit rationes sententiam a sua diversam, sed non solum simplici et naturali ordine factorum, verum etiam disertis testimoniis nixam, ut ineptam et incredibilem damnavit. Immo etiam si et praetores aestate creari solitum et Antigonam magnis Dionysiis actam esse evicisset, nihilo tamen minus fieri potuit, ut et fabulae editio et susceptio praeturae in unum eumdemque annum inciderent. Nam, ut constat, et fiebat saepe et non poterat non fieri, ut medio in anni cursu vel si qui ex decem praetoribus vel avocatus vel mortuus vel dignitate exutus esset, novus in eius locum sufficeretur. Ita, ut unum modo exemplum afferamus, Nicias apud Thucydidem VII. 16. mortuo Lamacho, litteris ad Athenienses datis, duos accipit collegas, Menandrum et Euthydemum. Vnde tandem scire licet, sitne post primam expeditionem Samiam aliquis ex decem ducibus mortuus, aut in morbum illapsus, aut etiam munus deponere iussus, ut Sophocles eo modo extra iustum tempus in ordinem praetorum substitueretur?

Quae quum ita sint, non possum mutare quod posui, actam esse Antigonam Olympiadis LXXXV. anno primo, sed persevero in eo, hoc ut omnium putem verisimillimum esse, quia et cum testimoniis scriptorum et cum ipsa rei natura atque ordine eo-

rum quae gesta sunt optime convenit. Nam si vel Olymp. LXXXIV. 4.*) et non, ut Boeckhio placet, Olymp. LXXXIV. 3. acta est, aut disertum vitae scriptoris testimonium repudiandum est, quod cur faciamus, nulla invenitur idonea caussa, aut integro anno prior fuisse munere praetorio sumenda est commissio fabulae. Nam octavi ante bellum Peloponnesiacum anni, quo vitae scriptor imperatorem fuisse Sophoclem refert, initium in decimum mensem incidit archontis Morychidis Olymp. LXXXV. 1. Quis credat autem, variabilem illum et vel summorum in rem publicam meritorum obliviosum populum Atheniensem poetam, cuius aliquam tragoediam integro anno ante cum voluptate spectasset, propter eam rem praetura honorandum censuisse? Contra si et commissio fabulae et creatio praetoris et secunda expeditio Samia, cuncta inciderunt vel in hiemem vel circa hiemem anni primi Olympiadis LXXXV. non solum illae, sed caeterae etiam dubitationes fere omnes removentur. Annus, quo praetor fuit Sophocles, prope totus in octavum incidit annum ante

*) Hanc sententiam amplexus est et defendit Wexius. Nos exspectabimus, quae in altera de Antigona dissertatione dicturum speramus Boeckhium, quoniam eum, quae semel ab se dicta sint, omni modo defendere videmus. HERMANNVS.

bellum Peloponnesiacum, neque opus est ut temere reiiciatur vitae scriptoris testimonium, modo sensus verborum recte explicetur. Nam illum, quum scribebat *εἵλοντο στρατηγόν*, non credibile est cogitasse de creatione ipsa vel de die creationis, sed certissime nihil nisi annum indicare volebat, quo vel creatus praetor esset Sophocles, vel gessisset praeturam. Deinde spatium nanciscimur, quo peragi potuerint res illae, quae praegressae sunt obsidionem novem mensium, idque spatium nec longius iusto nec brevius. Nam triplici bello, quum aliis rebus gestis, tum missionibus internunciorum interpellato, complexoque obsidionem novem mensium, vix erit qui viginti menses nimis longum tempus esse putet, producique res atque extrahi cum Boeckhio conqueratur. Sed hoc modo si obsidio Sami non exiguam partem sequentis anni, quo archon fuit Glaucides, comprehendit, nemo id refutatum ibit testimonio scholiastae Aristophanis, qui res Samias Timocle et Morychide archontibus gestas esse ait. Nam qui tandem demonstrari poterit, scholiastam omnem illarum rerum ambitum ab initio usque ad finem complecti, ac non potius illud tempus, quo praecipua et in quibus summa vertebatur peracta essent, indicare voluisse? Atqui quae Boeckhius ipse ad hoc genus referenda censet, ex nostra quoque sententia

duobus illis quos scholiastes dicit archontibus sunt gesta. Atque editus scholiastes adeo unum modo archontem nominat. Vnicum, quod nostrae sententiae aperte adversatur, Diodori est non optimi scriptoris testimonium, idque vel per se atque omni modo falsum. Caeterum accuratior rerum gestarum per singulos menses ac dies descriptio in tanta notitiarum paucitate non magis exspectari potest, quam ego quidem quo festo acta sit fabula dicere ausim, quum multa, quibus ad id constituendum opus est, adhuc in tenebris iaceant, illa autem, quorum unum verum esse necesse est, varia sint: quorum enumeratione nolo lectoribus molestus esse.

Denique paucis dicam de emendatione, quam in vita Sophoclis faciendam putavi. Eius vitae scriptor praetorem factum esse perhibet Sophoclem in bello adversus Anaeam, *ἐν τῷ πρὸς Ἀναίαν πολέμῳ*, secundum Turnebi et codicis cuiusdam Tricliniani scripturam, vel secundum duos codices non Triclinianos *ἐν τῷ πρὸς Ἀνανίους πολέμῳ* *). Pro hac aperte corrupta scriptura facili mutatione duplicato

---

*) MS. Bosianus apud Wexium prolegom. p. 10. pro *Ἀναίαν* vel *Ἀνανίους* habet *ἀρανικον*, quo ad infelicem coniecturam abusus est Wexius. HERMANNVS.

σ in πρὸς reponendum censebam ἐν τῷ πρὸς Σαμίους πολέμῳ. Non ignorabam, quam exiguo spatio Anaea ab Samo distaret, nec quae ratio huic urbi cum Samo intercessisset post in bello Peloponnesiaco maxime secundum ea, quae Thucydides ea de re scripsit: sed quoniam nullus scriptor, quamvis illi qui antecesserunt motus Samii ex parte satis accurate descripti sint, ne verbo quidem Anaeae meminit, secundum autem bellum Samium non nisi in debellandis iis, qui proprie Samii dicti sunt, ipsiusque Sami expugnatione versabatur, non putabam bellum illud appellari potuisse bellum adversus Anaeam, ne si pertinuisset quidem ad Anaeam, aut oppugnata aliquando Anaea fuisset. Nam quum, antequam obsideretur Samus, classis alibi fuerit occupata, nonnisi per obsidionis illius tempus aliquid contra Anaeam geri potuisset, ita ut id secundarium quid fuisset; nec quod bello nomen faceret. Süvernius tamen defendit illam nominis Ἀνανίους in Ἀναίους mutationem argumentis minime contemnendis. Tenuerat enim olim Anaeam Pausania teste colonia Samiorum. Itaque erant Anaeae Samii: quumque is locus postero tempore ut praecipua sedes optimatium memoretur, non incredibile est, iam tum qui optimates Samum relinquebant ad populares suos qui eiusdem factionis erant confugisse, coniunctosque

cum iis Samum in potestatem redegisse suam. Atqui adversus hos ipsos optimates Samiorum gestum est bellum Samium. Itaque quum his quasi domicilium esset Anaea, quumque ex eo loco, ut credi par est, iuncti Anaeis invasissent occupassentque Samum, factioque Anaeorum, quam aggressus est Pericles, tum esset Sami bellumque gubernaret: potuit fortasse bellum illud a quibusdam bellum adversus Anaeos, i. e. adversus factionem Anaeorum, qui tum Samum tenerent, appellari. Quare facile concedo, emendationem, quam proposui, non plane certam, illam autem, πρὸς *Ἀναίους,* non temere damnandam esse. Verum quod Boeckhius, cui illud πρὸς *Σαμίους* emendationem importunam vocare placuit, Turnebi scripturam πρὸς *Ἀναίαν* rectam et veram esse existimat, multo id minus probari potest. Nam πρὸς *Ἀναίαν* ita dicitur, ut praecipue intelligatur vel certe simul adsignificetur ipsa urbs Anaea: atqui urbis hic non habetur ratio. Nec primum nec secundum bellum Samium recte vocari bellum adversus Anaeam potuit, quum in utroque quidquid insignius gestum est, vel in Samo sit vel circa Samum, tum vero etiam adversus Samum actum, etiamsi forte Anaea quoque, quamquam nihil de ea re a quoquam proditum est, fuerit tentata. Non dubium est, quin scriptura illa πρὸς *Ἀναίαν*, ne commemo-

rem quod parum bona auctoritate nititur, grammatico debeatur vel rerum conditionis ignaro, vel hebetis iudicii, qui *πρὸς Ἀναίαν* et *πρὸς Ἀναίους*, item ut Boeckhius, unum putabat idemque esse.

RELATIO DE DEFENSIONE BOECKHII.

Dum praegressa folia sub prelo erant, nactus est Seidlerus exemplum supplementi, quo Boeckhius in Commentationibus Academiae Berolinensis suam de Antigona dissertationem auxit. Id mihi tradidit, ut eo, si videretur, uterer. Ipse non invenisse aiebat, quo se refutatum crederet. Mihi quum perlecto idem accidisset, dubitabam, sileremne, an cur ita sentiremus dicerem. Tacenti timenda erat superbiae criminatio; respondenti, si nonnulla tantum attingerem, ne graviora callide praeteriisse dicerer; sin omnia persequerer, ne et mihi ipsi et legentibus magnam sine fructu molestiam crearem. Eapropter illud elegi, quod omni videbatur culpa vacare, ut diligenter cuncta referrem, quae attulisset Boeckhius, insertis paucis adnotationibus per uncos separatis, quo caetera ipsa per se quo successu disputata essent eloquerentur. Notum est enim sat multis documentis,

aegerrime Boeckhium ab sententia semel pronunciata dimoveri, nullasque non artes tentare, ut vel evidentissimos errores defendat, non quod ipse verum non perspiciat, (nam id credere hominis esset iniqui, proditque ipse contrarium saepe vel invitus) sed quod confitendo errore auctoritati suae aliquid detractum iri putat. Itaque ne dixisse quod defendi nequeat videatur, defendere adnititur omnia, studetque lectorem quum aliis artibus, tum magna orationis prolixitudine confundere, bene sciens, litteratae multitudini eum, qui postremus loquutus est, victorem haberi. Sed quoniam nemo nostrum immortalis est, brevis est haec postremum loquendi venia, destinata illa ei demum, quem corruens olim hic orbis terrarum loquentem opprimet.

Primo igitur Boeckhius, ut refellat Seidlerum, qui Vitae scriptorem aut *octo annis* aut *nono anno* scribere debuisse, si Boeckhiana computatio vera esset, dixerat, τριετηρίδα et πεντετηρίδα affert, quae verba de duorum et de quattuor annorum spatio dicantur. [Id quidem non est verum. Nam ea nomina festorum propria sunt, quae quoniam affecto iam tertio quintoque anno agebantur, sic sunt appellata.] Non igitur mirandum esse ait, quod Dod-

wellus, multorum explorator numerorum, in Thucydidis loco haeserit, quem locum non posse pro regula dicendi haberi. [Dodwellus quod multos numeros computavit non argumento est Seidlerum male computasse. Thucydide vero quis potior esse auctor potest, scriptore accuratissimo? Sed non desunt alii. Seidlerus ad suam dissertationem adscripsit Athenaei verba V. p. 218. A. *ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου, τῆς Περικλέους τελευτῆς ὕστερον ἔτεσιν εἴκοσι καὶ τέτταρσιν.* Atqui Pericles obiit Olymp. LXXXVII. 4. Callias autem archon fuit Olymp. XCIII. 3. Et eadem pagina litt. C. *Ἀμειψίας δ' ἐν τῷ Κόννῳ, δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι*, scilicet ante Eupolidis Assentatores. Atqui Connus in scenam prodiit Olymp. LXXXIX. 2. Vnde quarto eiusdem Olympiadis anno adscripti *Κόλακες*. Scholiastes Aristophanis ad Nub. 549. (541.) Alcaeum, qui archon fuit Ol. LXXXIX. 3. *δυσὶν ἔτεσιν ὕστερον Ἰσάρχου* dicit, qui eo magistratu anno primo eius Olympiadis est functus. Eosdem annos ad v. 552. (544.) ita distinguit scholiastes, ut *τρίτῳ ἔτει* posteriorem appellet alterum. Et scholiastae ad Vespas v. 283. ut qui hanc fabulam, sicut ex argumento praefixo patet, ad Aminiam archontem referant Ol. LXXXIX. 2. Timoclem *ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει πρότερον* dicunt.] Pergit Boeckhius, si Vitae scriptor octavum ante bellum Peloponnesia-

cum annum in mente habuisset, qui pertineret usque ad decimum mensem archontis Morychidis, initium Sophoclis praeturae circa finem ponendum esse anni, quo archon fuisset Morychides, et, quamvis unicum quod aliquid valeret testimonium motus Samios adscriberet annis Timoclis atque Morychidis, alterum Samium bellum finitum credi debere archonte Glaucide. At huiuscemodi narrationi Vitae ex pannis consutae non posse se tantum tribuere: ipsam prodere quam negligenter scripta sit; diligentes scriptores, qui rem cognitam habeant, archontes nominare; quam accurate scribere scholiastem Aristophanis, qui quum Timoclis et Morychidis magistratui adscribat res Samias, non satis habeat, ut mali scriptores, unum archontem nominare, sed nominet duos; quod si finis impositus illis motibus Glaucide demum archonte fuisset, cur hunc eum tacere; cur illum annum praeterire, qui sit potissimus, cuius magnam partem obtineri obsidione Sami? [Haec, ut alia rhetorice sunt, non historice disputata. Laudatur scriptor, qui utilia defendendae sententiae dixit; vituperatur, qui adversa. Glaucidem cur praeteriisset scholiastes Aristophanis, responderat iam Seidlerus. Potissimum esse Glaucidis annum, si quis, ut scholiastes Aristophanis, quando τὰ ἐν Σάμῳ gesta sint dicere velit, falsum est apertissime.]

Porro non mensem, quo coepti sint motus Samii, eruere se velle ait, quod fieri non posse, sed de multis, quae fieri potuerint, duo proponere, ex quibus diversa sequantur. Eorum secundum hoc esse, foedus, quod fundamentum sit totius disputationis, factum esse quarto mense Olympiaco Olymp. LXXXIII. 3. Sed ostendisse Seidlerum ex Thuc. II. 2. I. 67. I. 87. non posse ultra quintum mensem Olympiacum recedi. Verum sive quarto sive quinto mense factum sit foedus, Samiorum adversus Miletum expeditionem tribui posse auctumno Ol. LXXXIV. 4. initium autem secundi belli Samiaci, ut §. 4. dictum esse, exeunti hiemi vel ineunti veri. Non esse hoc nimis breve tempus, quam ut peragi potuerint, quae gesta sint ante obsidionem Sami: posse talia pro re nata celerius tardius geri: sed si brevi spatio deinceps consequuta a scriptoribus dicantur, verisimilius esse, breviore spatio esse acta. Se quidem etsi vel tres quattuorve menses satis essent, circiter sex concessisse, et posse vel septem concedi sine suae sententiae detrimento. Seidlerus si unum mensem detraxerit, licere sumi, annum illum, Ol. LXXXIV. 4. intercalarem fuisse. [Sane sumi, sed probabilitate quadruplo minore.] Sed non opus tanto spatio esse; percommode tres vel quattuor menses sufficere, modo ne quis hyperbolice augere rem velit, Samiorumque

expeditionem adversus Miletum quantam invasionem in regnum Russorum, brevesque disceptationes qualem principum Europaeorum congressum esse credat. [Nescio an aliis, mihi quidem, qui hoc genere urbanitatis utitur, diffidere caussae suae videtur.] Locos non valde dissitos esse; centrum Samum; inde recta via Miletum abesse circiter VI miliaria Germanica, Sardes XVII, Lemnum XL, totidemque Athenas; iter maritimum, celeriter permeandum remis velisque, sive, secundo vento, solis remis. Posse tempora hoc modo describi: ut *duae hebdomades* tribuantur expugnationi Mileti, (si placeat, triduum sufficere ad cernendum de multis hominum millibus) profectioni internunciorum Athenas item *duae hebdomades*, *tres hebdomades* transvehendis in Samum Atheniensibus; spatio ab internunciis Athenas vectis usque ad classis adventum ante Samum, restitutionemque popularis imperii obsidumque in Lemnum deportationem *duae hebdomades*. Tum redire Periclem: *αὐτὸς δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἅπαντα συντετελεκὼς ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθήνας*, secundum Diodorum XII. 27. Intra has duas hebdomades etiam Pissuthnem videri a Sardibus agere potuisse cum Pericle: ad quod sex summum diebus opus fuisse, vel, si Pissuthnes iam ante scivisset classem Atticam adventuram esse, quam brevi cuique libeat

tempore. Samiorum quosdam in continentem se recepisse, metu Atheniensium: quod eos octo diebus ante Periclis adventum facere potuisse: cui coniecturae nihil repugnare. Inde eos consociare se Pissuthni, conscribere DCC milites, nocturnoque impetu invadere Samum. His rebus *quattuor hebdomades* satis superque esse, praesertim quum in Caria, magna in frequentia mercenariorum, Pissuthnis auxilio haud dubie DCC milites una hebdomade cogi potuerint. Irruptionem in Samum igitur *hebdomadem unam* post Periclis discessum ponendam esse, sicut nostra memoria Psyram Graeci statim post abitum Turcarum recuperaverint. Inde optimates evertere populare imperium, reducere obsides Lemno, tradere Atticum praesidium Pissuthni, armare se contra Milesios: his rebus interim *duas hebdomades* assignari posse. Nam Graecos celerius sarcinas constrinxisse quam id hodie fiat: etenim unumquemque civem simul militem fuisse, nullaque re nisi convocatione habuisse opus; levia autem navigia pauxillo tempore esse instructa. [Oppido mira narrat et nimis incredibilia, nostrum militem, quotidie a capite usque ad calcem armatum cum sarcinis ad praetorium adesse, coram centurione in ordine consistere, excubias agere, ad tympani tubaeve signum convolare adsuetum, instructis insuper omni apparatu armamenta-

riis, tardius congregari, quam qui suis quisque negotiis occupati non nisi necessitate urgente arma, tela, sarcinas conquirant: sed fortasse de convocatione illorum, quibus datus commeatus, cogitabat, ad quod quid responderi possit, in promptu est.] Apparet, inquit, tres menses largissime sufficere rebus omnibus, quae ante secundam expeditionem gestae sint, cuius primam pugnam statim sequuta sit novem mensium obsidio. Ab eo tempore usque dum classis Atheniensium Samum venerit, integrum mensem largitur, etsi ea iam vicesimo post nocturnam incursionem die reversa esse potuerit: nam decimo die rem Athenas nunciatam esse potuisse, et inde rursum decimo die potuisse Athenienses Samum venisse, quod ita si factum sit, tres menses paucis adiectis diebus usque dum iterum Samum venissent Athenienses sufficere: sed dare se integrum mensem quartum. Eodem demum tempore, quo advenissent Athenienses, Samiorum classem Mileti esse, ubi eos ad Tragiam vinci. Itaque ad se armandum adeo sex fere hebdomades habuisse, si rebus ante proelium ad Tragiam gestis quattuor menses impertiantur. Quid horum incredibile esse? Praeterea vero tres alios menses superesse de quibus quantum quis velit spatii posse adiici. Byzantium quidem longius remotum esse: sed quamquam certum sit, Byzantios

simul cum Samiis defecisse rursumque se dedidisse, teste Thucydide I. 115. 117. tamen eam rem non ita cum caeteris esse copulatam, ut aliquid quod prius posteriusve sit certa re in Samiis motibus gesta erui possit. [Thucydidis verba in priore loco sunt, *ξυναπέστησαν δὲ αὐτοῖς καὶ Βυζάντιοι;* in altero, *ξυνέβησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι ὥςπερ καὶ πρότερον ὑπήκοοι εἶναι.* Igitur hic quoque credi postulat Boeckhius, quod aliis parum, opinor, credibile videbitur, admirabili quadam animorum consensione civitates longe inter se dissitas bis idem simul fecisse.] Ergo, inquit, ab hac parte non magis quidquam secundo illi quem proposuerit rei expediendae modo, quam primo obstare, posseque Antigonam aeque Olymp. LXXXIV. 3. atque Ol. LXXXIV. 4. actam putari. Sed contra secundum illum afferri dubitationes posse quas §. 6. commemoraverit: non videri tamen adversus eam rationem, qua removerit illas dubitationes quidquam quod alicuius momenti sit proferri posse: e. c. adversus illud, quod ex Strabonis loco §. 4. indicato nihil amplius colligi velit, quam Sophoclem *aliquamdiu* collegam Periclis, non etiam usque ad ipsam expugnationem Sami, fuisse. Loqui Strabonem de obsidione Sami, qua res Samiorum afflictae per Athenienses fuerint, ducibus Pericle et Sophocle. Aperte eum Sophoclis mentionem

tantum ut rei memorabilis facere, quia sciverit, eum cum Pericle in ea expeditione praetorem fuisse; quamdiu praetor fuerit non esse ab eo indicatum: ex caeteris rebus pendere, utrum quis producere an coarctare eam praeturam velit. [Profecto: sed quae de Strabone dicit, ea ipsa sunt, ad quae iam prius ab eo dicta satis ab Seidlero est responsum.] Neque, quod Thucydidem Melesiae f. una cum Sophocle praetorem fuisse, tam vili scripto, quam sit ista Sophoclis Vita, proditum, non pro vero habendum putet, sed falsa ratiocinatione niti posse existimet, audacem coniecturam esse, quum innumerabilia exstent exempla narrationum ex mala argumentatione profectarum. [Hic quoque facit Boeckhius, quod et supra et alibi: elevat fidem scriptoris, tradentis, quae suae sententiae incommoda sunt. Dolendum, quod non integrum est scholion ad Aristidem p. 182. ed. Frommel. 485. ed. Dindorf. *τῶν δέκα στρατηγῶν τῶν ἐν Σάμῳ τὰ ὀνόματα κατὰ Ἀνδροτίωνα· Σωκράτης Ἀναγυράσιος, Σοφοκλῆς ἐκ Κολωνοῦ ὁ ποιητής, Ἀνδοκίδης Κυδαθηναιεύς, Κρέων Σκαμβωνίδης, Περικλῆς Χολαργεύς, Γλαύκων ἐκ Κεραμέων, Καλλίστρατος Ἀχαρνεύς, Ξενοφῶν Μελιτεύς.*] Certissimum igitur fore dicit, quod secundo loco posuerit, et proinde etiam, actam esse Antigonam Ol. LXXXIV. 3. si demonstrari posset, quae

Vitae scriptor traderet, non solum posse falsa esse, sed falsa esse necessario, quia sic Sophocles anno ante Thucydidem praeturam gerere debuisset: ac iam nunc eo inclinare huius rei pervestigationem, *ut negetur eos simul potuisse praetores esse.* Decem praetores certo semper ex singulis tribubus lectos esse, de qua re neminem dubitare posse, qui in his rebus bene sit versatus. Quid igitur, si Thucydides et Sophocles ex eadem tribu fuerint? Atqui, quantum nunc constet, sic censendum esse. Nam Thucydidem fuisse Alopecensem, testibus Plutarcho in Pericle c. 11. et scholiasta Aristophanis ad Nub. 941., ex tribu Antiochide; Sophoclem autem Colono oriundum. Iam inscriptionem in Corp. Inscr. Gr. 172. Colonum Antiochidi accensere, quam inscriptionem certo antiquiorem esse quam 115. et 183. in quibus Colonus sit Aegeidis: quare eam pro norma antiquioris aevi esse habendam. Vix enim ostendi posse, non esse eam inscriptionem antiquiorem quam alteram; quod si quis duos Colonos, *ἵππιον* et *ἀγοραῖον* opponat, non posse demonstrari, *ἀγοραῖον* in demis fuisse, id quod iam Corsinus in Fastis Att. vol. I. p. 205. seqq. negaverit, omnesque demos, quorum nominibus simul urbis partes appellatae fuerint, ut Meliten, Ceramicum, non bis in demis, sed semel numerari. Itaque hoc quoque ar-

gumento contradicere se Vitae scriptori, convenientiusque temporum rationibus putare, actam esse Antigonam Olymp. LXXXIV. 3. quamquam haud gravate concedat, Diodorum, quo auctore usus fuerit, sed cuius negligentiam ipse aliunde satis perspexerit, nihil probare, tametsi cavendum esse ne ei errores, qui commonstrari non possint, imputentur. [At illud ipsum, de quo bene versatos in rebus Atheniensium dubitare non posse dixit, ipse retractandum sibi confessus est in addendis ad primum volumen Inscriptionum p. 906. b. quo simul corruunt, quae ei argumento superstruxit.] Pergit, quod §. 3. dixerit, *omnia* a scriptoribus celeriter consequuta narrari, nihil nisi *ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντα* esse, et, sic si accipiatur, satis esse firmatum, vixque labefactari posse. Si v. c. Plutarchus in Pericle c. 26. dicat, *οἱ δὲ εὐθὺς* (i. e. statim post abitum Periclis) *ἀπέστησαν, ἐκκλέψαντες αὐτοῖς τοὺς ὁμήρους Πισσούθνου*, non posse obiici, hoc *εὐθὺς* non esse urgendum, quia multa inter abitum Periclis et reductionem obsidum intermedia fuerint: iam enim se hoc temere sumi ostendisse. [Nempe si vera sit illa quam supra retulimus rerum per hebdomades computatio, quae quamvis provide nonnulla in obscuro relinquat, tamen illud *εὐθὺς* ad duarum triumve hebdomadum spatium extendi postulat.]

Addit his, falsum visum esse, quod §. 3. Artemonis machinas iam in prima obsidione statim post proelium ad Tragiam memoraverit. Plutarchum c. 27. et Diodorum XII. 28. et Plutarchum quidem Ephoro auctore, dicere, Periclem in illa obsidione etiam machinis Artemonis usum esse: quod eos obiter in expositione secundae obsidionis, sive potius secundi actus, qui memorabilior sit, adiicere: nam re vera unam tantum obsidionem esse, interruptam illam ad breve tempus eruptione felici Samiorum; nullo modo autem hos auctores, seu verius Ephorum, ex quo hauserint, usum illarum machinarum ad alteram partem obsidionis restringere; quumque Athenienses iam in priore actu opera exstruxerint, fieri potuisse, ut iam tum machinas coeperint fabricari. Sed noluisse se tempus indicare; immo, quoniam in obsidione usi sint machinis illis Athenienses, dixisse statim ubi primam obsidionis mentionem faciat, „*coepisse* Athenienses urbem ex triplici opere et machinis Artemonis oppugnare.“ Caeterum, inquit, adhibitae sint istae machinae, quando cui libet. [Mirum quantopere se torserit, ut, quo ne quid falsum dixisse videretur, persuaderet, potuisse fieri quod dixerit. Caute fecit, quod non adscripsit Diodori verba, qui apertius etiam quam Plutarchus de secunda obsidione testatur, qua Pericles, iratus quod

Samii eruptione facta pepulissent Athenienses, omni vi Samum oppugnare coepit: *ὁ δὲ Περικλῆς ἀκούσας τὴν τῶν ἰδίων ἧτταν, εὐθὺς ὑπέστρεψε, καὶ στόλον ἀξιόλογον ἤθροισε, βουλόμενος εἰς τέλος συντρῖψαι τὸν τῶν ἐναντίων στόλον. ταχὺ δ' ἀποστειλάντων Ἀθηναίων μὲν ἑξήκοντα τριήρεις, Χίων δὲ καὶ Μυτιληναίων τριάκοντα, μεγάλην ἔχων δύναμιν συνεστήσατο τὴν πολιορκίαν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, συνεχεῖς ποιούμενος προςβολάς. κατεσκεύασε δὲ καὶ μηχανὰς πρῶτος τῶν πρὸ αὐτοῦ τούς τε ὀνομαζομένους κριοὺς καὶ χελώνας, Ἀρτέμωνος τοῦ Κλαζομενίου κατασκευάσοντος· ἐνεργῶς δὲ πολιορκήσας τὴν πόλιν καὶ ταῖς μηχαναῖς καταβαλὼν τὰ τείχη, κύριος ἐγένετο τῆς Σάμου.* Neque vero non ex Plutarcho quoque colligi potest, quod res ipsa per se docet, tum demum, quum protraheretur obsidio, etiam machinarum novum inventum à Pericle esse tentatum. — Non est obscurum, omnia quae hactenus a Boeckhio disputata retulimus, excusationi similiora quam defensioni esse. Eo minus opus esse videtur, ut quidquam adiiciamus huic enucleatissimae rerum quas fieri potuisse putat expositioni.]

Fatetur porro Boeckhius sibi coniecturas indulsisse in iis argumentis, quae a praeturae temporibus et sacris Dionysiacis repetierit: verum conclusisse

non ex his coniecturis, sed ex iis quae cum illis coniuncta sint certam fidem habentia. Certum esse, Sophoclem, si propter Antigonae virtutes praetor factus sit, post Posideonem vel Gamelionem vel Elaphebolionem esse praetorem factum; non minus ergo certum esse, quod in fine appariturum ait, Antigonam non Ol. LXXXV. 1. actam esse, sed aut Ol. LXXXIV. 3. aut Ol. LXXXIV. 4. nisi quis sumere velit, quae non habeant fidem historicam. Sintne ante bellum Peloponnesiacum praetores extra ordinem creati, non posse definiri: itaque se id in ambiguo reliquisse: aliquando tamen a recepto ordine discedi debuisse, neque licere id valde antiquum putare. Caeterum nihil caussae esse, cur decem praetores, qui adversus Samum profecti sint, non fuerint ordinarii: ordinarios autem munus non Hecatombaeone iniisse adhuc non esse demonstratum. [At adeo id probabile reddidit Seidlerus, ut, nisi refutentur quae ille attulit, contraria potius sententia adhuc non demonstrata esse videatur.] Illud tempus si non idoneum putetur suscipiendae praeturae, quia sic expeditiones aestivae paucos post menses rursum aliis imperatoribus committendae fuerint, veteres autem praetores non nisi in breve tempus capere consilia potuerint, cogitandum esse, munerum commutationes in antiquorum liberis civi-

tatibus etiam optabiles visas esse, praemeditatumque longum rerum gerendarum ordinem in bellis, quae fere in exiguis terrarum spatiis gesta sint, tam raro obvenisse, ut vix in rei publicae constitutione aliquid momenti habuerint: quin summum imperium quotidie inter praetores variasse. [Haec quidem eiusmodi defensio est, ut Athenienses magnae imprudentiae reos facere videatur: ultimum autem illud de supremo imperio quid ad rem? quod aperte in rerum quotidianarum administratione, non in belli rationibus gubernandis versabatur.] Praeterea, si opus esset, eosdem iterum praetores creari, vel praeter ordinem iis munus perpetuari, vel in longinquiores expeditiones, si brevi ante muneris ineundi tempus susciperentur, extraordinarios eligi potuisse. [Potuisse scilicet.] Si apud Spartanos aliosque praeturae initium non in aestatem inciderit, nihil inde de Atheniensibus concludi posse. Apud Romanos et Spartanos ineunte anno susceptam esse praeturam, idque etiam apud caeteros factum videri. Idem se de Atheniensibus statuisse: et donec non quo contrarium ostendatur repertum sit, [atqui videbatur tamen, opinor, ab Seidlero repertum esse] non posse aliud sumi, quia magistratus Atheniensium annua munera mense Hecatombaeone sint ingressi. Ita etiam in caeteris civitatibus magistratus congruere

cum annis civilibus, quos ob id ipsum esse annos civiles. Verum tamen non hac sola re se confidere, sed addere, si verno tempore praetura inita sit, non id commodius contrariae sententiae accidere, omninoque non initae praeturae tempus, sed electionis spectandum esse, quam sibi videatur non nimis definite ultimo ante initam spatio trimestri assignasse. [Hic videtur quodammodo concedere quod negaverat, reputatione motus incommodorum, quae coniuncta esse cum praeturae in medio rerum cursu commutatione Seidlerus monuerat.] Stato autem tempore factam esse electionem, creatosque in quemque annum decem praetores, non sinere dubitare indolem institutionum publicarum apud antiquos. [Et tamen quod supra eodem argumento affirmatum erat, post cognitum est falsum fuisse.] Porro nulla se argumenta invenire, quibus praetores hieme sibi successerint. Non esse dicendum, id necessarium fuisse, quo novi praetores parare quae opus forent ad bellum gerendum potuissent: potuisse id etiam a veteribus praetoribus vel ab iis, quorum muneribus propria illa negotia essent, agi. Praeterea, si illud argumentum valeret, ubique praetorum munus hieme iniri debuisse, quod neminem esse asseveraturum. Apud historicos Graecos vix inveniri indicia initae hieme praeturae ordinariae, nisi quis, ubi hieme

praetores memorentur, ordinarios; ubi aestate, extraordinarios fuisse sine testimoniis contendat. [Quid autem, si diserta testimonia non exstant? Itaque, deficientibus, quid aliud vel Seidlerus, vel quivis, qui non hariolari vellet, faceret, quam ut quaereret, quid factum esse propter idoneas rationes veri simile esset?] Iam nihil amplius apparere dicit, quam praetores aliquos hieme suscepisse munus, et vel hieme vel vere creatos esse, tempore non accuratius definiendo, neque ut ordinariine an extraordinarii fuerint constet. E. c. si Lacheti in Sicilia Pythodorus secundum Thucydidem III. 115. successor detur, non eum propterea, quod nihil suadeat ut exutus munere existimetur, pro ordinario esse habendum: potuisse enim extraordinarium esse, cui exacto anno successisset alius extraordinarius. [Mirum hoc quidem, non solum propter multipotens illud *potuit*, sed etiam quod extraordinarii extraordinariis anno exâcto succedentes quasi quidam ordinarii esse videntur.] Magis ambiguum esse exemplum Demosthenis, re bene gesta hieme domum revertentis apud Thucydidem III. 114. non enim evidens esse, praeturam eius illo tempore legitime finiri. Quae III. 98. dicantur, ostendere, exspectari potuisse eius reditum iam praegressa aestate, nisi metu fuisset prohibitus. [Redire potuit etiam cum imperio: manere cum imperio, exacto muneris

anno, quomodo potuerit, vix docebitur.] Quod si post reditum, secundum IV. 2. ut homo privatus vixerit, nesciri, quoniam haec res demum in aestatis insequutae historia memoretur, statimne ab reditu se in vitam privatam receperit, ademptumque ei munus fuerit, an adeo se iam prius abdicaverit; item extraordinariusne fuerit an ordinarius. [Ereptum quidem Demostheni imperium esse, non adeo veri simile est, quum ille aliquanto post, quam clade accepta Naupacti se continuisset, splendide rem gesserit. Omnino, quae Seidlerus de eo dixit, non refutata video.] Electionem Alcibiadis et Thrasybuli et Cononis apud Xenophontem H. Gr. I. 4, 10. factam esse incerto tempore ante Thargelionem, mensem undecimum: praetereaque hos aperte extraordinarios esse, quum non sint plures tribus: *οἱ Ἀθηναῖοι στρατηγοὺς εἵλοντο Ἀλκιβιάδην μὲν φεύγοντα, καὶ Θρασύβουλον ἀπόντα, Κόνωνα δὲ τρίτον ἐκ τῶν οἴκοθεν.* [Huic argumento non multum tribuerim, quum illud *τρίτον* ad illa, quae his ab ducibus gerenda sint, referri possit. Accuratius qui in haec inquirere voluerit, non negligere debebit, quae ad hos ipsos duces respiciens Xenophon I. 5, 16. quicum Plutarchus in Alcibiade c. 36. comparandus, dicit, *καὶ στρατηγοὺς εἵλοντο ἄλλους δέκα*, quos dein nominatim recenset, primum nominans Cononem.] Si duo illorum iam ante praetores

erant, hac electione confirmatos esse in proximum annum. Electionem, de qua Xenophon I. 5, 16. scribat, ante ver quidem factam esse, atque ante ver etiam illos fungi munere suo, secundum §. 16. sed Meieri sententiam p. 166. evidenter probabilem esse, suffectos hos citius legitimo tempore putantis in Alcibiadis et novem eius collegarum locum, quos populus Atheniensis iratus Alcibiadi munere exuisset. [Est in his, si quid video, aliqua repugnantia. Nam si decem illi, quos nominat Xenophon, ordinarii fuerunt, ut et statuit et dixit Boeckhius, quomodo succedere eos dicit Alcibiadi et novem eius collegis, quum Alcibiadem modo cum Thrasybulo et Conone extraordinarios, eosque non amplius tribus numero fuisse contenderit? quomodo autem exutos imperio, quum ille ipse Conon manserit praetor?] Sed etiam si creari praetores soliti sint iam mense Gamelione vel exeunte Posideone, nihil ea re rationes suas turbari, nisi quis magnam partem rerum Samiarum archonti Glaucidae adscribat, id quod repugnare unico, quod firmum sit, de temporibus belli Samii testimonio. [Astutius quam verius dictum videtur. Aliud est repugnare, aliud non testatum esse. Testimonium, cui tam multum tribuit, hoc est scholiastae ad Vespas v. 283. *τὰ περὶ Σάμον ιθ' ἔτει πρότερον ἐπὶ Τιμοκλέους γέγονε καὶ ἐπὶ τοῦ ἑξῆς Μορυχίδου.* Qui si, ut Seidlerus statuit, potis-

simas res belli Samii significavit, minime repugnat, obsidionem etiam in Glaucidis annum esse protractam.]

Porro dicit, si veri simillimum ducat, Antigonam magnis Dionysiis actam esse, ratiocinationem suam non hac veri similitudine niti, [profecto: sic enim veri simile esset, quia esset veri simile] sed praegressa observatione, quae haec sit, non nisi mensibus hiemalibus a Posideone ad Elaphebolionem vincere Sophoclem potuisse. Quod dixerit, mense Posideone Dionysiis ruralibus non esse novas fabulas actas, eo nimis confidenter dictum esse, quod in dissertatione, quam allegaverit, nil nisi hoc dixerit, exempla non posse afferri: sed quum magnum habeamus numerum fabularum, quae Lenaeis et magnis Dionysiis actae sint, negativum argumentum in eo esse, quod nulla Dionysiis ruralibus nova fabula memoretur: quod argumentum positivo aliquo documento refutandum esse, qualia non exstare. Ad Antigonam vero quod attineat, maximam veri similitudinem pro magnis esse Dionysiis. Non cuivis poetae in iis fabulam edere licuisse, de qua re videndam dissertationem de Dionysiis §. 21. itaque hoc magnum quid esse existimatum, ut consentaneum sit, clarum poetam, qualem Sophoclem, hos ludos praetulisse, quibus maximum posset applausum consequi. Pro novarum contra fabularum cum ruralibus Dionysiis consociatione, praesertim clari poetae, ni-

hil stare. Theatra demorum ex parte, ut Collytense, contempta fuisse: praeterea propria fuisse demorum: itaque δημότας ibi se dominos gessisse, sedes dissignasse, coronas proposuisse, denique omnia suo arbitratu instituisse; qui ergo credi posse, Sophoclem quum maxime florentem ibi primum aliquam fabulam produxisse? Ista omnia nominatim de theatro in Piraeo comperta esse, nisi quod non, ut Collytense, contemptum fuerit. Atque etiamsi civitas Atheniensis pompam eo miserit, tamen nullas eius in exhibendis fabulis partes esse potuisse, quum theatrum proprium fuerit demi, qui reditus eius locaverit. Non archontem ludis illis praefuisse, sed demarchum Piraei; proedriam tribuisse Piraeenses; datam esse sacerdotibus et quibusdam aliis, non autem proditum esse, magistratus civitatis in iis proedriam habuisse. Haec omnia ne minimas quidem partes urbi in ludis Piraeensibus relinquere. Praeterea, quum de renunciandis coronis tam accurate in legibus perscriptum sit, ut ex Aeschine constare, nominatimque constitutum, ut a demis tributae coronae in ipsis dumtaxat demis renunciarentur, num credi posse, si ad urbem pertinuisset tragoediarum in scenam Piraei productio, demo in ea coronas suas renunciare licuisse? Documenta harum rerum prolata esse in dissertatione de Dionysiis §. 11. ex quibus se hoc colligere, sine civitatis adiumento

etiam choragium novae tragoediae (nam veteris non constitisse magno pretio) tenue futurum fuisse, ut magnum poetam non credibile sit demis novas fabulas commisisse: nam id quidem nemini in mentem venturum, etiam demoticis ludis urbem choragos, archontemque chorum praebuisse. Denique in dissertatione de Dionysiis §. 22. fin. ostensum esse, etiam pompam urbicam in Dionysiis Piraeensibus recentioris instituti esse, quia tauri sacrificium a boonis curetur. Aperte Athenienses, ut epulo populum augerent, ludorum illorum opportunitate usos: unde nihil de fabulis agendis confici. Neque quod in theatrum Piraei interdum populus Atheniensis convocatus sit, participem eius theatri urbem fuisse arguere. Non magis novarum fabularum in Piraeo editionem ex Aeliani verbis V. H. II. 13. colligi posse: *ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις· εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ἠγωνίζετο καινοῖς τραγῳδοῖς, τότε γε ἀφικνεῖτο· καὶ Πειραιεῖ δὲ ἀγωνιζομένου τοῦ Εὐριπίδου καὶ ἐκεῖ κατῄει.* Cuius in loci interpretatione non illud spectandum esse, quid senserit Socrates, de qua re parum idoneum testem esse Aelianum, sed hoc, Aelianus quid sensisse eum crediderit. At hunc primo non potuisse credere, novarum praecipue fabularum spectandi cupidum fuisse Socratem: nam novitatis curiosum ei non potuisse

videri: deinde vero non potuisse putare, viae parcere Socratem. Esse illum ab omnibus amatorem habitum sapientiae Euripideae, neque aliud velle Aelianum. Id eum optime consequutum videri, si dixerit: „raro Socrates theatrum adiit: sed Euripides si novas fabulas doceret, ivit spectatum: atque adeo veteres eius fabulas spectabat.“ Quod si in urbe novae, in Piraeo autem non nisi veteres actae sint, potuisse pro illo dicere Aelianum id quod dixerit. Hanc sibi maxime simplicem interpretationem videri: sed quia demonstrari non possit, nolle ei aliquid tribuere. [Aliis haud dubie secus videbitur, primo, quia, si vera esset ista interpretatio, ostendendum esset, in urbe numquam esse veteres fabulas actas; deinde, quia si illud voluisset Aelianus, simpliciter dixisset, Socratem, si novas fabulas doceret Euripides, atque aliquando etiam si veteres, spectatum isse. Vt loquutus Aelianus est, inepte loquutus est, si in Piraeo non sunt novae fabulae actae. Nam quum ostendere velit, raro ludos scenicos spectatum ivisse Socratem, recte dicit, novas eum Euripidis fabulas spectavisse: caussa est enim illa spectatum eundi idonea: sed si addit, eum ut veteres spectaret, adeo in Piraeum descendisse, praedicat quod hominis est ita colentis Euripidem, ut novis ac veteribus in urbe spectandis non satiatus vel in Piraeum, quae saepius iam audivisset, denuo auditurus decurrerit.]

Sed quidquid, inquit, de Aeliani loco statuatur, apertum esse, Sophoclem non potuisse ante Dionysia ruralia, ideoque non multo ante finem Posideonis praetorem creari: idque sic esse, etiam si alii vel abdicanti, vel remoto a munere, vel mortuo successerit. Ex quo sequi, Sophoclem iam tempore pugnae ad Tragiam praetorem fuisse atque egisse cum sociis, secundum §. 4. Ab eo tempore, si minimum sumatur, novem menses durare bellum Samium. Finem autem bello factum esse archonte Morychide. [At hoc sumit ipse ex illo scholiastae Aristophanis ad Vespas v. 283. loco, quem, quod ipsi ita commodum est, sic interpretatur, ac si ille diserte dixisset, finem belli factum esse archonte Morychide: quod is quum non dixerit, aut alium bonum auctorem debebit proferre, aut permittere, ut, qui aliter statuat, non firmiter conclusam rationem esse obiiciat.] Ergo Sophoclem si in fine obsidionis etiam praetor fuerit, decem minimum menses archonte Morychide praeturam gessisse. Itaque creatum esse debuisse ante Posideonem, secundo forsitan mense Morychidis vel etiam prius, Olymp. LXXXV. 1. Ergo Antigonam non potuisse agi Ol. LXXXV. 1. sed referendam esse minimum ad praegressum annum. Hanc ratiocinationem ita tantum infringi posse, si multum demum progresso Glaucidis anno bellum finitum censeatur: quod statuere

nec licere neque opus esse. [Licebit vero illum quem dixi scholiastae locum aliter, quam Boeckhius fecit, interpretanti.]

Contra planissimum esse, quod §. 7. posuerit, *πρὸς Ἀναίους* sive *πρὸς Ἀναίαν*, in quo praetor fuerit Sophocles secundum Vitae scriptorem, primum bellum Samium esse, quod gestum sit Ol. LXXXIV. 4. ita ut acta sit Antigona Ol. LXXXIV. 3. Sophocles autem exeunte obsidione non amplius praetor fuerit. Nam de invasione ipsius Anaeae sermonem esse, non posse dubitari. *Ἀναίους* certo non dici factionem Anaeam Sami, quae tum Samum tenuerit, atque Anaeam *quasi* patriam habuerit: sic enim grammaticum, extra omnem nexum historicum, loqui non potuisse, omninoque vix quemquam tam mire umquam esse loquutum. *Πόλεμον πρὸς Ἀναίους* non posse aliud significare, quam „bellum adversus Anaeos," qui scilicet Anaeae sint. Ita *πόλεμον πρὸς Ἀναίαν* idem esse, nec nisi pro inanibus argutiis habendum, si quis haec distinguere, ipsamque Anaeam non esse oppugnatam contendere audeat. Quamquam non se asseverare, *Ἀναίαν*, si cum *Ἀναίους* comparetur, verius esse, sed, si referatur ad *Ἀνανίαν*, bonam emendationem Turnebi appellasse; caeterum scripturas *Ἀναίους* et *Ἀναίαν* ut perinde habendas relinquere.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΑΝΤΙΓΟΝΗΣ.

Ἀποθανόντα Πολυνείκην ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν μονομαχίᾳ[1]) Κρέων ἄταφον ἐκβαλών, κηρύττει μηδένα αὐτὸν[2]) θάπτειν, θάνατον τὴν ζημίαν ἀπειλήσας. τοῦτον Ἀντιγόνη ἡ ἀδελφὴ[3]) θάπτειν πειρᾶται. καὶ δὴ λαθοῦσα τοὺς φύλακας, ἐπιβάλλει χῶμα·[4]) οἷς ἐπαπειλεῖ θάνατον ὁ Κρέων, εἰ μὴ τὸν τοῦτο δράσαντα ἐξεύροιεν. οὗτοι τὴν κόνιν τὴν ἐπιβεβλημένην καθάραντες,[5]) οὐδὲν ἧττον ἐφρούρουν. ἐπελθοῦσα δὲ ἡ Ἀντιγόνη, καὶ γυμνὸν εὑροῦσα τὸν νεκρόν, ἀνοιμώξασα, ἑαυτὴν εἰςαγγέλλει.[6]) ταύτην ὑπὸ τῶν φυλάκων παραδεδομένην Κρέων καταδικάζει, καὶ ζῶσαν εἰς τύμβον καθεῖρξεν. ἐπὶ τούτοις Αἵμων,

1) ἐν τῷ π. τ. ἀ. μονομαχίῳ cod. Par.
2) Omittunt αὐτὸν codd. Par. Dresd.
3) ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀντιγόνη Ald. Iuntt.
4) σῶμα cod. Par. τῷ νεκρῷ χῶμα Dresd. Turn. et quae hanc sequuntur. Iidem mox οὗτοι δὲ τήν.
5) καθαίροντες Par. Ald. Iuntt.
6) προςαγγέλει Par.

ὁ Κρέοντος υἱός, ὃς ἐμνᾶτο αὐτήν, ἀγανακτήσας, ἑαυτὸν ἐπισφάζει[7]) τῇ κόρῃ ἀπολομένῃ ἀγχόνῃ, Τειρεσίου ταῦτα προθεσπίσαντος· ἐφ' ᾧ λυπηθεῖσα Εὐρυδίκη, ἡ τοῦ Κρέοντος γαμετή,[8]) ἑαυτὴν κατασφάζει. καὶ τέλος, θρηνεῖ Κρέων τὸν τοῦ παιδὸς[9]) καὶ τῆς γαμετῆς θάνατον.

---

7) προσεπισφάζει Par. Dresd. Ald. Iuntt.
8) ἡ Κρέοντος γαμετὴ Εὐρυδίκη. Ald. Iuntt.
9) υἱοῦ Par.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ

ΑΝΤΙΓΟΝΗΣ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην, ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος, ἀνῄρηται· ἐφ' ᾗ καὶ Αἵμων δυςπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα, ξίφει ἑαυτὸν διεχρήσατο. ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην, ἃς ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπροισθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος*)

---

*) In Argumento Aristophani tributo perperam in codice scriptum ὑπὸ Λαομέδοντος. Notus Lao-

τοῦ Ἐτεοκλέους· Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι. τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης.

Κεῖται δὲ [10]) ἡ μυθοποιΐα καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος, [11]) δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν, καὶ τίκτει τὸν Μαίμονα.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς. ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων· προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι, τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵ-

---

damas Eteoclis filius ex Apollodoro aliisque auctoribus· quos ad illum laudat in notis doctissimus Editor p. 643. καταπροισθῆναι, seu potius καταπροιχθῆναι, significat ὑβρισθῆναι; stupratas fuisse, vel quorumvis ludibrio expositas fuisse. Brunck. Haec, τὸ μὲν δρᾶμα—ὑπόθεσιν Ἀντιγόνης desunt in Par. et edd. vett. primum a Brunckio edita.

10) δὲ omittunt edd. vett.

11) φωραθεῖσα τῷ Αἵμονι Dresd. Turn. et quae hanc sequuntur. Iidem mox, καὶ τέκνον τίκτει τὸν Μαίμονα.

μονος,[12] *καὶ μόρος Εὐρυδίκης, τῆς*[13] *Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.*

---

12) *θάνατος Αἵμονος* desunt in Ald. Iuntt.
13) *τῆς τοῦ* Ald. Iuntt.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΧΟΡΟΣ.[1]
ΚΡΕΩΝ.
ΦΥΛΑΞ.[2]
ΑΙΜΩΝ.
ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.[3]
ΕΥΡΥΔΙΚΗ.
ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.[4]

---

1) *Χορὸς Θηβαίων γερόντων* Ald. Iuntt. *Χορὸς ἐκ Θ. γ.* Turn. et quae hanc sequuntur.

2) *Ἄγγελος. Φύλαξ ἄγγελος.* Edd. vett.

3) *Ἐξάγγελος* Ald. Iuntt. *Ἄλλος ἄγγελος* Turn. Steph. Cant.

4) *Οἰκέτης* Ald. Iuntt. Addunt edd. vett. *προλογίζει δὲ ἡ Ἀντιγόνη.*

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν

V. 1. *κοινὸν*, germanum, ut infra 202. et Oed. R. 261. Est itaque idem fere quod *αὐτάδελφον*. Erf. Affert Eustathius p. 612, 22. (466, 25.) *κοινὸν* explicans *ἀδελφικόν*. Rectius hanc vocem per *συγγενικὸν* ab Scholiasta Euripidis ad Phoen. 1565. (1572. ed. Matth.) explicari Seidlerus observat. *Κοινοὺς* enim esse, qui eodem genere; *αὐταδέλφους*, qui iisdem parentibus orti sint.

V. 2. Vulgatum *ὅ τι*, quod quomodo explicari possit non intelligo, Hermanni monitu in *ὅτι* mutavi. Mixtae sunt duae constructiones, ut in simillimo loco Oed. T. 1401. seqq. *ἆρά μου μέμνησθ', ὅτι οἷ' ἔργα δράσας ὗμιν, εἶτα δεῦρ' ἰὼν ὁποῖ' ἔπρασσον αὖθις;* Sic enim codd. aliquot et Aldina, non *μέμνησθ' ἔτι*, quod a Triclinio, ni fallor, profectum lectore celato recepit Brunckius. Nec multum differunt illa Stephani Byzantini in v. *Τρεμιθοῦς: φασὶ δ' ὅτι, ἐπιβάσης Ἀφροδίτης εἰς*

τὸν τόπον, διὰ τὴν παρουσίαν τῆς δαίμονος ὑπὸ τρόμου διασαλευθῆναι· διὸ καὶ Τρεμιθοῦντα κληθῆναι. Quae cum nostro loco comparat Hermannus in dissert. de ellipsi et pleonasmo in lingua Graeca, Musei antiquitatis studiorum Vol. I. p. 195. Erf. [Vulgatum *ὅ τι* Lobeckius meus ad Sophocl. Ai. 1403. defendi posse putat loco Isocratis, Archid. 29. p. 198. Lang. 130. B. Steph. *οὐδὲν γὰρ ὅ,τι τῶν δεινῶν ἢ χαλεπῶν ἃ οὐκ ἐνταῦθα συνδεδράμηκεν.* Qui locus nihil probat. Articulum enim ὃ (sic, non ἃ, excusum in editionibus, etiam Langiana) Corayus P. II. p. 96. in codice suo a malo demum correctore additum esse ait. Erf. [Natus est ex litera prima particulae sequentis. Schaefer.] Ex Addendis.] Vereor ne hoc quoque in loco palaeographicae critices amor fraudem fecerit Schaefero. Nam etsi non dubitandum quin ὃ non sit ab Isocrate profectum, tamen non ex errore natum est, sed e correctione librarii, qui pro *ὅ τι* vel *ἐστί*, vel, quod ex cod. Vrb. adnotavit Bekkerus, *ἔτι* scriptum invenisset. Seidlerus haec adnotavit: „Restituenda est vetus scriptura *ὅ,τι*, quamvis sequatur *ὁποῖον*. Verte, q u o d n a m — c u i u s g e n e r i s m a l u m. Vbi enim cum vi quadam interrogatur, Graeci non raro et in recta et in obliqua oratione binas ponunt voces interrogativas sine copula. Eo pertinet formula Platonica, *πῶς τί τοῦτο;* de qua vid. Heind. ad Hipp. mai. p. 166. et Homerica, *τίς πόθεν ἔσσι;* et similia. Saepius ita Euripides, ut Hel. 879. *τί τἀμὰ πῶς ἔχει θεσπίσματα;* 1559. *πῶς ἐκ τίνος νεὼς — ἥκετε;* Alcest. 211. *τίς πᾷ πόρος κακῶν — γένοιτο;* Heracl. 661. *τί χώρᾳ τῇδε προςβαλὼν πόδα ποῦ νῦν ἄπεστι;* cuius loci Elmsleius quum veram interpretandi rationem perspiceret, deteriorem viam ingredi maluit. Iph. Aul. 356 scribendum puto, *τίνα δὲ πόρον εὕρω πόθεν;* et in nostra fabula v. 397. *ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;* quod idem sonat, quam addita copula, *πόθεν καὶ τίνι*

„τρόπῳ Aristoph. Plut. 335. coll. Eurip. Iph. Taur. „257. *πῶς νιν εἵλετε, τρόπῳ θ' ὁποίῳ;* Obliquae „orationis exemplum alterum offert nostrae fabulae „v. 1322. *οὐδ' ἔχω ὅπα πρὸς πότερον ἴδω.* Et „vereor, ne Oed. Tyr. 1401. *ἆρά μου μέμνησθ', „ὅτι οἷ' ἔργα δράσας ὑμιν, εἶτα δεῦρ' ἰὼν ὁποῖ' „ἔπρασσον αὖθις;* quo loco utitur Hermannus, ut „demonstret, nostro loco, mixtis duabus constructio„nibus, Sophoclem scripsisse *ἆρ' οἶσθ' ὅτι*, vereor, „inquam, ne in Oedipo itidem reponendum sit *ὅ,τι*, „cui fortior additur explicatio, *οἷ' ἔργα.* Certe „omnium minime placet Elmsleii, *ἆρά μου μέμνησθέ „τι*, quod tueri studet Eurip. Hec. v. 992. At He„cubae quidem, tranquillitatem praeferenti, optime „convenit additum illud *τι*, non item commoto Oedi„pi animo. Schaeferus nostro loco *ὅ,τι* ita defendi „posse putabat, ut positum dicatur pro *ὁτιοῦν, ὁτι„δήποτε.* Cui obstat vel hoc, quod male colloca„tus esset nominativus *Ζεύς*. Aristophanem Av. 1246. „*ἆρ' οἶσθ' ὅτι, Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα, μέλαθρα „μὲν αὐτοῦ — καταιθαλώσω*, ad nostrum locum al„ludere, vix persuadeas.“ Egregia adnotatio, qua sane defendi posse videatur *ὅ τι* in Antigonae loco. Nam duplex hujusmodi interrogatio proprie duo continet in unum conjuncta membra, ut *τίς πόθεν ἔσσι*, quod est *τίς ὤν, πόθεν εἶ*, vel *τίς εἶ, πόθεν ὤν.* Itaque *τί οὐ τελῶν, ποῖον οὐ τελεῖ* est, quid non perficiens, quo non perficit modo? Vt sensus huius loci sit, nihil non mali nullo non modo perficit. Nec tamen falsum erit *ὅτι*, immo aliquantum praestare videtur, praesertim quum usitatissimum sit interpositum mediae orationi *οἶσθ' ὅτι.* In Oedipo quod legitur, aliam rationem habet. Neque enim ibi significatur, *ὅ τι δράσας, οἷα ἔργα ἔδρασα*, sed rhetorica accumulatione diceretur, quid, qualia facta fecerim, ut commate distinguendum esset post *ὅ τι.* At hoc vix placere poterit, quia nimis debile est *ὅ τι.* Recte diceretur, *ὅσα, οἷ' ἔργα δράσας.* Quod Elmsleius dedit, *ἆρά μου*

ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινόν, οὔτ' ἄτης ἄτερ,

μέμνησθέ τι, non erat tamquam alienum ab isto loco reprehendendum. Tantum abest enim ut langueat, ut aptissimum sit dolori significando. Sed Hecubae versum non debebat Elmsleius commemorare, ex quo nihil aliud, quam τι posse cum μεμνῆσθαι construi discimus, quod quis in dubitationem vocabit? Caeterum et de Antigonae et de Oedipi loco satis leviter disseruit nescio quis in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 52. Antigonam tetigerunt etiam Kiessling. in Ind. ad Theocr. v. τις, et Thierschius Gramm. Gr. mai. p. 432.

V. 3. Νῷν — ζώσαιν scholiastes habet pro dativis, Schaeferus pro genitivis, cui assentior. Trachin. 305. μηδ' εἴ τι δράσεις, τῆςδέ γε ζώσης ἔτι. Seidler. Alia Trachiniarum loci ratio est. Hic, ut potuerint genitivi poni, aptiores sunt dativi. Non enim vident tantum mala ista, sed sunt illa ipsarum mala.

V. 4. Libri omnes scripti et impressi οὔτ' ἄτης ἄτερ, sententia contrarium postulante. Scripsit Sophocles οὔτ' ἄγης ἄτερ, quod restituendum vidit ingeniosissimus Corayus in Gallici interpretis Levesquii animadversionibus ad Thucydidem, T. III. p. 261. Suidas et Etym. M. ἄγη· — ζῆλος. Hesychius: ἀγαῖς· (scr. ἄγαις. v. Etym. M., l. c.) ζηλώσεσιν. Αἰσχύλος Θρήσσαις. Herodot. VI, 60. ὡς φθόνῳ καὶ ἄγῃ χρεώμενος. Patet igitur ἄγης ἄτερ idem significare quod ἄφθονον, ἄζηλον, i. e. ἄνολβον, δυςτυχές, accurateque priori hemistichio respondere posterius. Eurip. Iphig. T. 619. ἄζηλα κοὐκ εὐδαίμονα. Erf. ["Αγης ἄτερ quin recte ponatur pro adjectivo, dubitat Solgerus in vernacula Sophoclis tragoediarum interpretatione T. I. p. 248. Sic tamen Aeschyl. Agam. 219. τί τῶνδ'

ἄνευ κακῶν; 933. *ἐμοὶ μὲν οὐδαμῶς ἄνευ φόβου.* Erf. Ex Addendis.] *Ἄγης ἄτερ* idem foret quod *ἄτερ νεμέσεως*, quod alienum ab h. l. Nec temere mutandum vocabulum ad rem aptissimum, praesertim quum in eo iam veteres grammatici haeserint. Nec, quod nuper Liscovio visum, *ἄγη* hic pro *χαρά*, qua voce in explicando lexicographi utuntur, dici potuit: est enim *ἡ μετ᾽ ἐκπλήξεως χαρά*. *Ἄτης* agnoscunt grammatici. Scholiastes: *Δίδυμός φησιν ὅτι ἐν τούτοις τὸ ἄτης ἄτερ ἐναντίως συντέτακται τοῖς συμφραζομένοις. λέγει γὰρ οὕτως· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὔτε ἀλγεινὸν οὔτε ἀτηρὸν οὔτε αἰσχρόν, ὃ οὐκ ἔχομεν ἡμεῖς· ἄτης ἄτερ δέ ἐστι τὸ ἀγαθόν. περισσὸν δέ ἐστι καὶ τὸ ἕτερον οὐ, ὥςτε ὥςπερ ἀπόφασιν εἶναι· σύνηθες δὲ τοῦτο τοῖς τραγικοῖς.* Porsoni *ἄτης ἔχον* probabile visum Gaisfordio ad Hephaest. p. 236. Talia si coniectare vellet, aptius invenire potuerat *ἄτης γέμον*. Vexavit *ἄτερ* Valckenarium ad Phoen. 1022. etiam in Euripidis Erechthei fr. I. 49. ita ut sensu vacare verba diceret: *οὐκ ἔσθ᾽, ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ, προγόνων παλαιὰ θέσμι᾽ ὅςτις ἐκβαλεῖ.* At non erat id quidem corrigendum. Patet enim, recte dici s i n e m e o c o n s e n s u in sententia negativa, m e c o n s e n t i e n t e autem, quod est *ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς*, et negativae sententiae et affirmativae convenire. Sed redeo ad Sophoclem. Quod Reisigius in commentario ad Oed. Col. p. 239. dedit, intelligi non potest. Seidlerus, vulgatam servans, sensum hunc esse putabat: *οὐδὲν γὰρ οὔτ᾽ ἀλγεινόν, οὔτ᾽ ἄτης ἄτερ ἢ αἰσχρὸν ἢ ἄτιμόν ἐστι*, vel *αἰσχρόν τε καὶ ἄτιμον*, pro *ἢ — ἢ* posito *οὔτε — οὔτε*, quia sententia negativa est, ut v. 1156. *οὐκ ἔσθ᾽ ὁποῖον στάντ᾽ ἂν ἀνθρώπων βίον οὔτ᾽ αἰνέσαιμ᾽ ἂν οὔτε μεμψαίμην:* n i h i l e n i m n e c t r i s t e, n e c a b s q u e n o x a v e l t u r p e v e l i g n o m i n i o s u m e s t, i. e. nec ulla immerita est vel turpitudo vel ignominia. *Ἄτην* enim delictum, culpam significare, qua immunes Oedipi filiae in infamiam incidissent. Ad

rationes grammaticas nihil est quod in hac interpretatione reprehendi possit, modo appareret, cur Antigona hic sine ulla idonea caussa delictorum a se et sorore non commissorum, quam commissorum a parentibus et fratribus mentionem facere maluisset. Immo vix puto dubitari posse, quin hoc potius velit, nihil acerbum, nihil flagitiosum, nihil turpe, nihil ignominiosum esse, quod non a suis factum viderint. Ea ipsa paullo post ab Ismena commemorantur v. 49. sqq. Id igitur quaeritur, an sic, ut vulgata habet, dici potuerit. Duae negationes sese non tollunt apud Graecos, ubi aut repetitur negatio, quasi ante non posita, aut novum quid sententiae negativae adiicitur, quod quia pars ejus est, iterari negationem patitur, ut ipsum quoque negari clarius appareat. Itaque *οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος*, unius negationis repetitio est. Sed *οὐδὲν οὐ* duas habet se invicem tollentes negationes, et est n i h i l n o n. Xenoph. Symp. I. 9. *ἔπειτα τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου*. Nicolaus Damascenus p. 22. ed. Orell. sive 232. Prodromi a Corae editi: *οὐδείς τε ἂν ἰδὼν αὐτὸν λειτουργοῦντα ἐν συμποσίῳ Ναναρῳ οὐχὶ γυναῖκα ὑπέλαβε. Οὐδὲν οὔτε — οὔτε* vero non sublatis, sed repetitis negationibus dicitur, quia divisionem continet rei negatae in partes, quas ipsas quoque negari par est. Invertit hoc Demosthenes, partibus prius, deinde toto posito, in tertia Philippica p. 111, 27. *ὅτι οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα, οὐδὲν τῶν δεόντων ποιούντων ὑμῶν, κακῶς τὰ πράγματα ἔχει.* Ex his facile existimari potest, quae huius loci ratio esse debeat. Patet enim, non potuisse eum non inexplicabilem videri iis, qui hanc putarunt principalem constructionem esse, *οὐδέν ἐστιν ὁποῖον οὐκ ὄπωπα.* At non est ita, sed primaria sunt haec, *οὐδὲν οὐκ ὄπωπα.* Ad illud *οὐδὲν* explicandum reliqua sunt adiecta, et primum quidem *οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ ἔσθ' ὁποῖον οὐ*, i. e. proprie, n e q u e t r i-

ste, neque flagitii si quidquam non est expers: quae Sophocles cur sic dicere, quam *οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' οὐκ ἄτης ἄτερ* maluerit, in promptu est. Nam quod *οὐκ ἄτερ ἄτης* est, aliquid habere flagitii intelligitur, nec necessario totum est flagitiosum: illud vero, *ἄτης ἄτερ ἔσθ' ὁποῖον οὔ* idem est atque *ἄτης ἄτερ οὐδέν*, nihil non flagitiosum: quibus verbis si addideris *οὐδὲν οὐκ ὄπωπα*, quod quoniam hae negationes se invicem tollunt, nihil aliud est quam *ὄπωπα*, sententiam habebis et veram et multo fortius planeque ut hic oportebat enunciatam, *οὐδὲν ἄτης ἄτερ ὄπωπα*, nihil non flagitiosum vidi. Accedit ad haec alia in medio posita sententia, qua rursus illud *οὐδὲν ἄτερ ἄτης* explicatur, quae est *οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον*. Nam infelix ille Oedipi error, quae est quam dicit *ἄτη*, turpia omnia atque indecora, caedem patris, incestum connubium, abominandam prolem, caecitatem, exsilium, obsidionem urbis, funestum exitum fratrum, saevum denique novi regis imperium advexit. Quae his, *αἰσχρὸν* et *ἄτιμον*, adiectae sunt negationes, non sunt ex praegresso *οὔτε*, sed e sequente *οὔ* repetitae. Id cognosces, si singula suo ordine colloces, *ἄτης ἄτερ ἔσθ' ὁποῖον οὔ, οὔτε αἰσχρὸν οὔτε ἄτιμον, οὐδὲν οὐκ ὄπωπα·* nihil (neque turpe neque indecorum), quod vacuum flagitii esset, vidi. Haec ut ipsa verborum scriptura declararem, interpunxi post *ἔσθ' ὁποῖον οὔ*, apposuique negationi accentum. Caeterum si vitii aliquid contraxit hic locus, non est id certe in nomine *ἄτης* positum, sed in negationibus. Planius enim procederet oratio, si sic legeretur: *οὐδὲν γὰρ οὐκ ἀλγεινόν, οὐδ' ἄτης ἄτερ, οὐδ' αἰσχρὸν, οὐδ' ἄτιμον ἔσθ' ὁποῖον οὔ, τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν:* i. e. *οὐδὲν οὐκ ἀλγεινόν, οὐδ' ἄτης ἄτερ, οὐδ' ἔστιν ὁποῖον οὐκ αἰσχρὸν οὐδ' ἄτιμον ὄπωπα:* nihil laetabile, nec sine flagitio, neque quod non esset turpe atque inhonestum, vidi.

οὔτ' αἰσχρὸν, οὔτ' ἄτιμον ἔσθ' ὁποῖον οὐ,
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασὶ πανδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
ἔχεις τι, κεἰσήκουσας; ἤ σε λανθάνει
πρὸς τοὺς φίλους στείχοντα τῶν ἐχθρῶν κακά;

V. 5. 6. [οὐ — οὐκ. Rarior haec negationis repetitio. Aeschyl. Agam. 1645. ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Suppl. 897. ὁλκὴ γὰρ οὔτοι πλόκαμον οὐδάμ' ἅζεται. Huc pertinere etiam videtur Sophocl. Oed. R. 328. ἐγὼ δ' οὐ μή ποτε, τἄμ' ὡς ἂν εἴπω, μὴ τὰ σ' ἐκφήνω κακά, ubi solum ἐκφήνω, ac, fortasse ne hoc quidem pro corrupto habendum. Erf. Ex Addendis.] De Oedipi loco fallitur Erfurdtius. Adde Trach. 1014. Thucyd. I. 122. fin. καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται: ubi tamen multi libri alterum οὐκ omittunt, minus eleganter. Necessaria erat negationis repetitio propter sequens ἀλλὰ apud Antiphontem p. 635. ὡς δὲ οὐδὲ τὸν κίνδυνον οὐκ ἀσφαλέστερον τοῦ ἀπὸ τῆς γραφῆς ἡγούμην εἶναι, ἀλλὰ πολλαπλάσιον, εἰ μὴ παρεφρόνουν, διδάξω. De Latinis v. Vossium de arte grammatica VII. 61. In Antigonae quidem versu, si nihil in negationibus mutatur, re vera nullam esse istiusmodi repetitionem negationis ad v. 4: ostendimus.

V. 7. Male scholiastes τι encliticum esse vult, negans hanc interrogantis orationem esse.

V. 10. τῶν ἐχθρῶν κακά, iniuriae, quae ab inimicis inferuntur. Sic Philoct. 423. τὰ κείνων κακά. 512. τὸ κείνων κακόν. Conf. Matthiae Gramm. Gr. §. 375, 3. Erf. Seidlerus Erfurdtii explicationem praefert illi, quae Musgravio et Schaefero placuit, mala quae hostis ab hoste

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐμοὶ μὲν οὐδεὶς μῦθος, Ἀντιγόνη, φίλων
οὔθ' ἡδὺς οὔτ' ἀλγεινὸς ἵκετ' ἐξ ὅτου
δυοῖν ἀδελφοῖν ἐστερήθημεν δύο,
μιᾷ θανόντων ἡμέρᾳ διπλῇ χερί·
ἐπεὶ δὲ φροῦδός ἐστιν Ἀργείων στρατὸς
ἐν νυκτὶ τῇ νῦν, οὐδὲν οἶδ' ὑπέρτερον,
οὔτ' εὐτυχοῦσα μᾶλλον, οὔτ' ἀτωμένη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ᾔδη καλῶς, καί σ' ἐκτὸς αὐλείων πυλῶν
τοῦδ' οὕνεκ' ἐξέπεμπον, ὡς μόνη κλύοις.

---

perpeti solet, addens Eurip. Hippol. 1461. *ὡς πολλά, Κύπρι, σῶν κακῶν μεμνήσομαι.* Iniurias inimici, Creontis, in propinquos suos, si dicere voluisset Sophocles, mihi videtur dicturus fuisse *τὸ τῶν ἐχθρῶν κακόν.* Omisso articulo *τῶν ἐχθρῶν* cum *στείχοντα* constructum puto: an latet te, ad eos quos caros habemus mala ab inimicis accedere? Vidit hoc expressitque vertendo Georgius Thudichum.

V. 15. *Ἀργείων.* Sic August. b., Ald. et Eustath. p. 487, 3. (371, 24.) Reliqui *Ἀργεῖος.* Erf. Id in La. supra scriptum.

V. 16. Nihil, inquit, amplius novi, nec feliciorem me factam esse, neque infeliciorem. Elmsleius ad Med. p. 124. not. ex Hesychii *ἀσωμένη, λυπουμένη*, suspicatur, hic in aliquibus libris *ἀσωμένη* scriptum fuisse. Vulgatam respicere videtur Etym. M. p. 168, 25.

V. 18. *ᾔδη.* Sic Scholiastam legisse, quis non colligat ex eius nota, *ἀντὶ τοῦ ᾔδεα?* Hunc locum in animo habuisse probabile est Eustathium ad Il. *A.* p. 50. Brunck. Vid. Matthiae §. 193, 4. Erf.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί δ' ἔστι; δηλοῖς γάρ τι καλχαίνουσ' ἔπος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κασιγνήτω Κρέων,
τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς

Libri ᾔδειν, praeter Lb. in quo ᾔδην, supra scripto ει. Male scholiastes supplet, ᾔδειν σε καλῶς, τὰ τοιαῦτα μὴ πολυπραγμονοῦσαν. Immo hoc dicit: sciebam te nihil comperisse amplius: itaque huc exire iussi.

V. 20. καλχαίνουσ' — Eurip. Heracl. 40. ἐγὼ μὲν ἀμφὶ τοῖςδε καλχαίνω τέκνοις. Brunck. Musgravio ad Euripidis locum metaphorae occasionem dedisse videtur, quod murex (κάλχη dictus Lycophr. v. 864. Nicandr. Alex. v. 393.) in fundo maris natura degere soleat. Erf. Meliora monstrat illud Homericum, πολλὰ δέ μοι κραδίη πόρφυρε κιόντι.

V. 21. τὼ κασιγνήτω — τὸν μέν, τὸν δέ. Pro τῶν κασιγνήτων τὸν μέν, τὸν δέ. Simile est schema in his Homeri versibus, quibuscum hunc Tragici locum comparat Eustathius p. 517, (19. 391, 32.) Τρῶες δὲ μεγάθυμοι ἐπεὶ ἴδον υἷε Δάρητος τὸν μὲν ἀλευάμενον, τὸν δὲ κτάμενον παρ' ὄχεσφιν. Sic infra 561. τὼ παῖδε φημὶ τώδε, τὴν μέν, τὴν δέ — pro τῶν παίδων τῶνδε τὴν μέν, τὴν δέ — Brunck. Conf. Matthiae §. 288. f. not. 2. et §. 358. Erf. Matthiae in Gr. gr. §. 331. genitivum τάφου maxime propter ἀτιμάσας positum putare videtur. Sed recte observat Seidlerus, τάφου προτίσας esse τάφου ἀξιώσας πρὸ τοῦ ἑτέρου ἀδελφοῦ.

V. 23. 24. Verba σὺν δίκῃ χρησθεὶς Wunderlich.

ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς·

---

in Obss. ad Aeschylum p. 86. recte, ut videtur, sic explicat, *σὺν δίκῃ, χρησθεὶς αὐτῇ*, quemadmodum El. 47. *ὅρκῳ προςτιθεὶς* dictum sit pro *ὅρκῳ, προςτιθεὶς αὐτόν.* Ceterum huc pertinet Valckenarii observatio ad Ammon. p. 6. 7. *ἀγχιστέων* habitam esse rationem in iustis solvendis, unde appellentur *ταφῆες, κηδεσταί.* Erf. Comparari posset Xenoph. Cyrop. I. 6, 33. *ὅπως σὺν τοιούτῳ ἔθει ἐθισθέντες πρᾳότεροι πολῖται γένοιντο*, cui loco Sophocleum adhibuit nuper Poppo. At *χρησθῆναι*, ut forma, ita significatu passivum est. Exemplum (rara sunt enim) vide ap. Demosth. in Mid. p. 519, 29. Hesychius: *χρησθήσεται, χρησιμεύσει.* Omninoque suspectus est aoristi passivi pro activo vel medio usus. Multa enim male ad hoc genus referuntur: v. Elmsl. ad Heracl. 757. quo in loco vide an bis scribendum sit *μέλλει* pro *μέλλω*, ut *ὑποδεχθεὶς* de Iolao dictum passivam significationem habeat. Quod Reisigio in Comment. ad Oed. Col. p. 347. in mentem venit, *χρησθεὶς δικαίᾳ* a ceteris verbis separandum esse, ut iudicium suum ipsa diceret Antigona, id, etiam si concedatur *χρησθεὶς* pro *χρησάμενος* dictum esse, durum est ad constructionem, ad sententiam autem frigidum. Probo ego omnino Triclinium, qui *παραγγελθεὶς* interpretatur: rogasse enim Eteoclem, ut, si cecidisset in congressu cum fratre, iusta funebria curaret Creo. In eo tamen fallitur Triclinius, quod *χρησθεὶς* a *χράω* deductum credidit, verbum illud non solum de deo, sed etiam de rege usurpari ratus. Immo a *χρήζω* scribendum erat *χρησθείς.*

V. 25. *ἔντιμον νεκροῖς.* „Veteres, si quis aut inhumatus iaceret, aut non rite post mortem coleretur, contemptui inter mortuos habitum credebant. Hinc Electra apud Aeschylum Choeph. 482. *παρ' εὐδείπνοις ἔσῃ Ἄτιμος.* Clytaemnestra quoque Eu-

τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν
ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι, μηδὲ κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
θησαυρὸν εἰςορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
τοιαῦτά φασιν τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα σοὶ
κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν,

---

menid. 97. "Ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἀπόλλυται." Mvsgr. Frustra correxit Brunckius θεοῖς. Erf.

V. 29. Respicit Eustathius p. 1466, 12. (Od. p. 125, 22.) R. ἄταφον ἄκλαυστον. La Lb. ἄταφον ἄκλαυτον. Recipiendum duxi ἄκλαυτον pro vulgato ἄκλαυστον. Vide ad Oed. Col. 1362.

V. 30. Libri omnes et Eustath. p. 719, 9. εἰςορῶσι sensu nullo. Verum est, quod ex coniectura eruditi Britanni in nova editione Pentalogiae Io. Burtoni reposuit Brunckius, εἰςορμῶσι. Sic permutantur ὁρῶντες et ὁρμῶντες Aeschyl. Pers. 392. 463. 811. item ὁρωμέναν et ὁρμωμέναν eiusd. Suppl. 435. Erf. „Πρὸς χάριν valet ἕνεκα, ut infra 908. τίνος νόμου πρὸς χάριν, id est τίνος ἕνεκα νόμου. Apud Euripidem Med. 541. πρὸς ἰσχύος χάριν, idem est ac πρὸς βίαν, κατ' ἰσχύν, seu, ut loquitur Noster Philoct. 594. πρὸς ἰσχύος κράτος." Brvnck. Eustathii verba (p. 607, 38. ed. Bas.) de avibus haec sunt: καὶ αὐτοῖς οὐ τοῖς ἁπλῶς, οἷον καὶ τοῖς σπερμοφάγοις, ἀλλὰ τοῖς πρὸς χάριν ὁρῶσι βορᾶς τῆς ἀπὸ τῶν σαρκῶν. Recte se habet εἰςορῶσι, i. e. conspicatis, sed non debet cum verbis πρὸς χάριν βορᾶς coniungi, quae ad γλυκὺν θησαυρὸν pertinent, et hic, ut in Medeae loco, quem Brunckius affert, proprie dicta sunt, ad vescendum ut volupe est.

V. 31. Vulgo Κρέοντά σοι. Correxit Schaeferus.

V. 32. λέγω γὰρ κἀμέ. Hec sibi vult generosae

καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν
σαφῆ προκηρύξοντα· καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
οὐχ ὡς παρ' οὐδέν· ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,
φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.
οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα,
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας, εἴτ' ἐσθλῶν κακή.

---

indolis puella: parum me norat Creon, qui me quoque facere iuberet, quae cum pietate in fratrem pugnant. Erf.

V. 33. „Libri omnes *τοῖς μὴ εἰδόσι*, in quibus hiatus est quem non ferebant Atticorum aures. *η ει* apud Atticos poëtas in unam syllabam semper coalescunt. Vide not. ad Oed. Col. 1155. *οὐκ* inseri debuit, ut in priore Oedipo 221. *ἴχνευον αὐτός, μὴ οὐκ ἔχων τι σύμβολον.*“ Brvnck. *Μὴ οὐ* hic minime ferri potest nec provocari debebat ad Oed. T. 221. ubi *μὴ οὐκ* vertendum nisi. Id qui intellexit, Schaeferus in Meletem. crit. p. 108. scribendum suspicatur, *τοῖς οὐκ εἰδόσι.* Sed multo lenius et usui accommodatius est *τοῖσι μὴ εἰδόσιν,* quam coniecturam Hermannus in Museo antiquitatis studiorum Vol. I. p. 213. proposuit, occupatam, ut postea vidit, ab Heathio. Erf.

V. 34. Cod. Par. *ἔχειν.*

V. 35. *παρ' οὐδέν.* Sic infra 462. *παρ' οὐδὲν ἄλγος.* El. 1327. *παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι.* Oed. T. 983. *ταῦθ' ὅτῳ παρ' οὐδέν ἐστι.* Eurip. Orest. 569. *Παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις.* Erf.

V. 36. *φόνον — δημόλευστον.* Eadem poena his verbis denuntiatur ap. Aeschyl. Sept. c. Theb. 201. *Λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον.* ubi v. Stanleius. Erf.

V. 38. *ἐσθλῶν κακή.* Ad *ἐσθλῶν* repetendum *πέφυκας.* Erf.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λόουσ' ἂν ἢ θάπτουσα προςθείμην πλέον;

V. 39. Erfurdtius cum Brunckio ταλαίφρων. Servavi veterem scripturam.

V. 40. Mendose vulgo ἢ θάπτουσα. Genuinam lectionem, ἢ 'φάπτουσα, e Scholio in Regiis membranis emendatius scripto restituit quidem Brunckius, sed perperam, praeeunte Scholiasta, interpretatus est. Illud recte monet, opposita esse λύειν et ἐφάπτειν, solvere et adstringere. Quod autem vertit: nam quid, o misera, quum res in eo loco sit, factis meis vel solvens vel adstringens legem, prodesse possim? a sensu loci, ne quid gravius dicam, prorsus aberravit. Ac primum quidem πλέον προςτίθεσθαι non tam prodesse, quam proficere significat; deinde, quum interrogat Ismene, quid legem Creontis adstringens prodesse possit, nihil aliud hoc est quam dubitare, an legi non sit parendum, quae dubitatio nequaquam puellae ingenio convenit. Videtur autem eo potissimum lapsus esse Brunckius, quod voculam τί cum προςθείμην, non cum λύουσα et ἐφάπτουσα coniungeret. Nimirum sic debet locus intelligi: quid negligens vel observans proficere aliquid possim? Quibus quam accommodata sit Antigonae responsio, facile quisque sentiet. Erf. At nec λύειν est negligere, neque ἐφάπτειν observare. Quod Eldickio et Musgravio in mentem venit, λέγουσ' ἂν ἢ πράσσουσα nullam a veri similitudine commendationem habet; magnam haberet a sensu, si, quid πλέον sibi vellet, satis planum esset. Quod Porsonum coniecisse in Porsonianis a Kiddio p. 218. proditum est, λύουσ' ἂν εἴθ' ἅπτουσα, quem sensum habere possit, non patet. Vera haud dubie scriptura est, quam Erfurdtius in

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσει, σκόπει.

ΙΣΜΗΝΗ.

ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῦ γνώμης πότ' εἶ;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.

---

ed. maiore ab se, et prius ab Heraldo ad Tertulliani Apologeticum I. digress. 27. inventam posuit, λούουσ' ἂν ἢ θάπτουσα, nisi quod Attice scribi debebat λόουσα. Intelligit Ismena, quid fieri optet soror, sed perfici id non posse persuasum habens, si res, inquit, illo in statu est, quid proficerem, si lavarem mortuum vel sepelirem? Ad quae ubi respondit Antigona, delibera, velisne me adiuvare, attonita quaerit, quidnam moliris? num mentis tuae compos es? Nam ne cogitare quidem illam, de eo, quod ipsa nullo modo fieri posse credit, putaverat.

V. 42. ποῦ γνώμης. Sic membr. et Aldus. In T. [August. b. La. Lb. R. Dresd. a. et Schol.] ποῖ. Turnebus, nescio unde, πῇ. Perpetua fere harum vocularum confusio. Brunck. Cave ποῖ γνώμης πότ' εἶ ita scribendum putes, ut εἶ sit ab εἶμι, quod Doederlino et nescio cui in Diar. class. Fasc. XXXIII. p. 52. placuit. Quasi non ποῦ vel ποῖ εἶ ab εἶναι derivatum, idem sit quod ποῖ ἦλθες γνώμης.

V. 43. ξὺν τῇδε χερί, cum mea manu, mecum. [Χερὶ Schaeferus meus non cum τῇδε coniungit, sed abundanter positum esse censet, ut v. 67. et 264. Vide virum praestantissimum ad Theocr. Idyll. VII. v. 25. et Lobeckium ad Sophoclis Aiac. 303. p. 268. Sic ὄμμασιν abundat Aeschyl. Agam. 552. ὥστ' ἐνδακρύειν γ' ὄμμασιν χαρᾶς ὕπο. Erf. [ξὺν

ΙΣΜΗΝΗ.

ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόῤῥητον πόλει;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τὸν γοῦν ἐμόν, καὶ τὸν σόν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,
ἀδελφόν. οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.

τῇδε, i. e. mecum. V. Melet. crit. I. p. 114. Schaefer.] Ex Addendis.] Matthiae in Gr. gr. §. 401. not. 2. ξὺν τῇδε χερὶ pro τῇδε χερὶ dictum putavit, i. e. hac tua manu. Recte Erfurdtius ξὺν τῇδε χερὶ interpretatur mecum. Apte adscripsit hoc Euripidis in Hippol. 661. σὺν πατρὸς μολὼν ποδί. Quod Schaefero placuit, potuit sane dici: sed cur minus simplicia simplicioribus; cur, quae potuerunt dici, verisimilibus praeferemus?

V. 44. ἀπόῤῥητον πόλει, quem sepelire vetitum sit civibus, ut infra 400. ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας, sc. θάπτειν. Perperam Matthiae §. 564. p. 822. pro ἀπόῤῥητον ὂν accipit, prolato insuper loco Platonis, ubi cum Hermanno ad Viger. p. 751, 214. δυνατὸν ὂν scribendum puto. Erf. Non erat vituperandus Matthiae, siquidem credibilius est ἀπόῤῥητον ad θάπτειν, quam ad σφὲ referendum esse. Vide eum ad Eurip. Or. 30.

V. 45 Scholiastes: εἰ μὴ σὺ θέλεις θάπτειν, ἐγὼ τοῦτο ποιήσω μόνη. ἢ οὕτω· κἂν μὴ προσποιῇ αὐτὸν εἶναι σὸν ἀδελφόν, ἀλλ' ἀλλοτριοῖς σαυτὴν τῆς συγγενείας, ἐγὼ θάψω τὸν ἐμὸν καὶ σὸν ἀδελφόν. Δίδυμος δέ φησιν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι. Qui posteriorem horum duorum versuum (nove nuper quidam τὸν ἑξῆς priorem intellexit) spurium iudicarunt, eo fortasse moti sunt, quod στιχομυθία interrumpi videretur. Ei argumento nihil tribuerim, quum diverbio hoc in partes diviso nihil sit inae-

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.

ΙΣΜΗΝΗ.

οἴμοι· φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο
πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων, διπλᾶς
ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·
ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνή, διπλοῦν ἔπος,

---

quabile, quod reprehendi possit. De interpretationibus autem, quas affert scholiastes, posterior admitti non potest, quod ea aut κἂν σὺ μὴ θέλῃς, aut ἢν καὶ μὴ θέλῃς requireret. Quare prior vera est: sed ea ut recte intelligeretur, post ἐμὸν cum edd. vett. interpunxi. Neque enim metro, sed sententia postulante ἢν σὺ μὴ θέλῃς inter τὸν σὸν et ἀδελφὸν interposita sunt. Hoc enim dicit: meum certe, et, si tu tuum nolueris, tuum sepelire volo.

V. 48. μ' εἴργειν. Omissum in libris omnibus pronomen flagitante sensu reposui. Brunck.

V. 50. Comma, quod post ἀπώλετο ponebatur, posui post ἀμπλακημάτων. Vide ad Oed. R. 496.

V. 51. Pro διπλᾶς Lb. τάλας.

V. 53. In membr. διπλοῦν πάθος, superscripta altera lectione, quam adgnoscit Scholiastes, ἔπος. Vide Valckenarium ad Phoen. p. 153. et Lennepium ad Phalaridis Epistolas p. 100. Brunck. πάθος habent etiam August. b. Dresd. a. et edd. vett. Erf. Etiam cod. Par. R. Sed ἔπος Lb. et La. in quo supra scriptum πάθος.

πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·
τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπαλλήλοιν χεροῖν.

V. 54. Prima duo verba affert Etymol. M. p. 150, 3.

V. 55. ἀδελφὼ δύο. Sic emendate in August. [Dresd. a.] et in T. Aldus edidit δύω, quam formam Atticis poëtis prorsus esse inusitatam ad Comicum [Ran. 1405.] satis adstruximus. Brunck. Eadem sententia est Porsoni ad Eurip. Orest. 1550. Vide etiam Matthiae §. 138. Erf.

V. 56. Libri omnes αὐτοκτενοῦντε, quod Corayus ad Heliodor. p. 7. in αὐτοκτονοῦντε mutat, eiusmodi composita servare monens antepenultimam perfecti medii, a quo deriventur, ut, Λέγω, λέλογα, πρωτολογῶ, Νέμω, νένομα, αὐτονομοῦμαι (ab inusitato αὐτονομῶ), Δρέμω, δέδρομα, παλινδρομῶ. Sic a Κτείνω, ἔκτονα, formari αὐτοκτονῶ. Αὐτοκτονοῦντε autem idem esse quod ἑαυτοκτονοῦντε, ἀλληλοκτονοῦντε. Vid. ad v. 145. Ego αὐτοκτονοῦντε scripsi Hermanni monitu, iure suo dubitantis, αὐτοκτονεῖν et αὐτονομεῖσθαι an numquam in usu fuerint. Sic dicunt Graeci αὐτοδίδακτος, αὐτοκράτωρ, αὐτοκινησία et similia, non ἑαυτοδίδακτος, ἑαυτοκράτωρ, ἑαυτοκινησία. Erf. Vide Lobeckium ad Phryn. p. 623.

V. 57. χεροῖν sine epitheto positum, ut Ai. 1047. et ποδὶ 1287. Non eleganter iungitur ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν, sed mendum subesse vix putaverim. Aeschyl. Pers. 510. πόλιν Περσῶν ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός. Auctor Rhesi 789. κλύω—μυχθισμῶν νεκρῶν. Erf. Aeschyli locus cur nihil faciat ad tuendam vulgatam scripturam, non est obscurum. In Rheso res ipsa μυχθισμὸν reponi

νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα σκόπει
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μέν, γυναῖχ' ὅτι

---

suadet. Apud Sophoclem quod vulgo legitur, *ἐπ' ἀλλήλοιν χεροῖν* plane putidum est, propter casus, quos soni similitudo coniungi, constructio disiungi postulat; propter languide, in tali quidem loco, additum *χεροῖν*, quod non minus langueret, si *ἐπ' ἀλλήλοις* legeretur; denique propter non accommodatam rei locutionem, *ἐπ' ἀλλήλοιν μόρον κατειργάσαντο.* Haec reputare oportebat Schaeferum, et, si haberet quo has dubitationes removeret, id afferre, non de usu dicere praepositionis nemini ignoto, hic autem non apto. Quod movit Boissonadum, ut ederet *ὑπ' ἀλλήλοιν χεροῖν.* Quare, quod iam pridem conieceram, *ἐπαλλήλοιν χεροῖν* recepi. Puto autem id nihil esse aliud, quam *ἀλληλοφόνοις.* Nam propria verbi significatio ea postulat intelligi, quae sibi invicem accedunt. Primus fortasse usus est hac voce Sophocles. Vnde non mirum, si, ut solent rariora, recentioribus demum frequentari coepta est, translata ad crebram iterationem.

V. 58. Cod. Par. et a prima manu La. omittunt *δ'*, non male. Aug. b. *μόναι* habet et *λελειμμέναι.* Lb. *λελείμμεθα.* A Turnebo adnotatum *λελείμμεθον*, quod dualis exemplum fugit diligentiam Elmsleii in auctario ad Aristoph. Ach. 733. et in Museo crit. VI. p. 294. (v. ad Electr. 938.) requirit *νῦν δ' αὖ* vel *ἅ.*

V. 59. *νόμου βίᾳ*, i n v i t a   l e g e. Sic v. 79. *βίᾳ πολιτῶν.* Erf.

V. 61. Posito in priori membro *τοῦτο μέν*, non semper in altero sequitur *τοῦτο δέ*, sed saepius variatur. Sic h. l. vocibus *τοῦτο μὲν* respondet *ἔπειτα δέ*, Philoct. 1316. *εἶτα*, Ai. 672. Oed. Col.

ἔφυμεν, ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ', οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων,
καὶ ταῦτ' ἀκούειν, κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς
ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,
τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι. τὸ γὰρ
περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὔτ' ἂν κελεύσαιμ', οὔτ' ἂν εἰ θέλοις ἔτι

---

441. nudum δέ, Oed. T. 605. τοῦτ' ἄλλο, Antig. 167. τοῦτ' αὖθις. Cf. Hermann. ad Viger. p. 701, 15. Erf.

V. 64. ἀκούειν, parere, obedire, ut Oed. Col. 172. 1645. „Subditae sumus potentioribus, — ut obtemperare debeamus." Erf. Sensum omnino necesse est eum esse, quem Erfurdtius indicavit. Verum quem non offendet hic quidem non modo omissum, quod scholiastes suppleri iubet ὥςτε, sed omnino nimiae brevitatis inconcinnitas. Nec recte quis δεῖ pro καὶ scribendum esse coniiceret, quae facilis quidem esset mutatio, sed invertens iustam rationem sententiarum. Ego quidem valde vereor, ne versus hic aliquis exciderit. Nam tale quid exspectabatur: ἔπειτα δ', οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων, ὥςτ' οὐδὲν ἂν γένοιτο νῷν ἄκος, τὸ μὴ οὐ καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.

V. 67. Afferunt primam horum verborum sententiam Eustathius p. 686, 18. 789, 13. hic, cum Philemone p. 161. ut Euripidis, 818, 59. 881, 29. (562, 11. 702, 46. 743, 43. 832, 50.) et Moschopulus Dictt. Att. v. τέλος, alteram Eustathius p. 484, 17. (369, 16.)

V. 69. Codd. Par. Aug. b. θέλεις.

πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.
ἀλλ' ἴσθ' ὁποίᾳ σοι δοκεῖ. κεῖνον δ' ἐγὼ
θάψω. καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.
φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος,
ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.
ἐκεῖ γὰρ αἰεὶ κείσομαι· σοὶ δ' εἰ δοκεῖ,
τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.

V. 70. Verte cum Brunckio: *lubens te utar adiutrice.* Ad ἡδέως ex ἐμοῦ subintelligi debet ἐμοί. Vid. Heindorf. ad Platon. Hipp. mai. p. 173. Minus commode alii explicant: *lubens mecum facies.* Erf.

V. 71. ὁποῖα. Neutrum plurale, Sic bene Brunck. ex Aldina et codd. Verbis ἴσθι (ab οἶδα) ὁποῖά σοι δοκεῖ respicitur ad ea quae Ismene v. 61. seqq. dixerat. Dresd. a. et Turnebus ὁποία, ut ἴσθι ab εἰμὶ derivandum sit. Scholiastes utramque agnoscit scripturam. Erf. Scholiastes: ἀλλ' ἴσθ' ὁποῖά σοι δοκεῖ. γίγνωσκε ὁποῖα σὺ θέλεις, τὸ πείθεσθαι τοῖς τυράννοις. ἢ τοιαύτη γενοῦ ὁποία καὶ βούλει. Ἴσθι non significat γίγνωσκε, ut probari ista interpretatio nequeat. Cod. Par. ἴσθι ποῖα. Triclinii recensio ἴσθ' ὁποία. Id reposui, adscripto ι. Nam dativum requirit δοκεῖ. Nec dubito, quin eum casum dare voluerint librarii, qui ὁποία scripsere.

V. 75. τῶν ἐνθάδε pro ἢ τοῖς ἐνθάδε, vel, ἐκείνου, ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς ἐνθάδε. Matthiae §. 454. p. 631. Erf.

V. 76. Aug. b. ἀεί. Elmsleius ad Med. 436. non male, inquit, legeretur, σὺ δ', εἰ δοκεῖ. Qui si eamdem mutationem in Euripidis loco faciendam putabat, saltem non opus erat, ut ibi etiam φρονούσῃ mutatum vellet. Recte σοὶ δὲ dixit, quia hoc cogitabat, *tibi si alia mens est.*

ΙΣΜΗΝΗ.

ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι· τὸ δὲ
βίᾳ πολιτῶν δρᾶν, ἔφυν ἀμήχανος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σὺ μὲν τάδ' ἂν προὔχοι'· ἐγὼ δὲ δὴ τάφον
χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

οἴμοι ταλαίνης, ὡς ὑπερδέδοικά σου.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

μή μου προτάρβει· τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ

V. 78. ποιοῦμαι, *habeo, aestimo*: ut in phrasi ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιοῦμαι. Mvsgr.

V. 79. Vide ad Ai. 114.

V. 80. προὔχοιο, i. e. προφασίζοιο, ut explicat Hesychius. Erf. Commemorat Eustathius p. 1109, 37. 1303, 39. (1147, 17. 1417, 37.) et τάφον χῶσαι p. 652, 29. (516, 14.)

V. 82. Οἴμοι ταλαίνης dicit hoc sensu, *hei mihi propter tuam audaciam*.

V. 83. πότμον. Lectionem hanc agnoscit scholiastes. In codd. βίον, quod a librario suppositum fuisse videtur ignorante in πότμον priorem corripi, ut in Oed. T. 271. Brvnck. Vulgo μή μου. Ὀρθοτονούμενον esse pronomen volunt Schaeferus, cuius in editione quod excusum est μὴ μοῦ, typothetae imputarem, nisi ipse ad Tryphiod. v. 405. aliisque in locis suum hoc esse inventum prodidisset, et V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 53. πότμον La. adiecto γρ. βίον.

V. 84. προμηνύσῃς. Sic meliores libri. In aliis

τοὔργον· κρυφῇ δὲ κεῦθε· σὺν δ' αὔτως ἐγώ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴμοι· καταύδα. πολλὸν ἐχθίων ἔσει
σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.

ΙΣΜΗΝΗ.

θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οἶδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή.

ΙΣΜΗΝΗ.

εἰ καὶ δυνήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς.

προμηνύσεις, quod et ipsum ferri potest. Vid. Dorville ad Charit. p. 238. Matth. p. 717. Erf. Etiam codd. Par. Aug. b. προμηνύσεις.

V. 86. Porsono ad Eurip. Hec. 624. pro πολλὸν aut μᾶλλον, aut, quod praefert, πλεῖον legendum suspicanti non ausim accedere. Poëticas vocabulorum formas Tragici etiam in senarios intulerunt, ubi vulgarium usui metrum officeret. Sic μέσσος infra v. 1208. et 1221. et πολλὸν, accusat. generis masculini, Trach. 1196. Erf.

V. 88. θερμήν, audacem. Sic θερμὸν ἔργον κἀνόσιον Aristoph. Plut. 415. — ἐπὶ ψυχροῖσι, in re frigida, i. e. inani, inutili. Sic ψυχρὴ ἐπικουρίη ap. Herodot. VI. 488. 72. ψυχρὰ καὶ ἀνωφελῆ iungit Lucian. T. I. p. 155. frigida et inania Plin. Epist. IV. 17, 4. Erf. Erfurdtii interpretatione nihil ab huius sententiae gravitate alienius. Hoc dicit Ismena: calidum in rebus horrorem incutientibus cor habes. Vide Aeschyl. Prom. 692. Affert Sophoclis versum Eustathius p. 1140, 28. 1407, 48. (1190, 35. Od. 42, 50.)

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προςκείσει δίκῃ.
ἀλλ' ἔα με, καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυςβουλίαν,
παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο. πείσομαι γὰρ οὐ

V. 92. Recte monet V. D. in Diar. class. l. c. ἀρχὴν non significare omnino, nisi sequente negatione: sed fallitur in Herodoti verbis I. 9. ἀρχὴν γὰρ ἐγὼ μηχανήσομαι οὕτω, imprimis vertens. Nam ἀρχὴν est statim ab initio. Atqui quod statim ab initio non est, non est omnino. Respicit hunc versum Eustathius p. 1089, 20. (1118, 17.)

V. 93. ἐχθαρεῖ. Vulgo ἐχθρανῇ, sed ἐχθαρῇ Ald. et in marg. Turn. ne memorante quidem Brunckio. Ἐχθραίνειν Tragicis inusitatum esse docuit Porson. ad Eur. Med. 555. Erf. In La. adscriptum γρ. ἐχθαρῇ.

V. 94. προςκεῖσθαι non raro de quavis rei alicuius vel personae ad aliam relatione adhibetur. Sic infra 1228. de temeritate: ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόςκειται κακόν. Eurip. Troad. 185. Hecuba de se: τῷ πρόςκειμαι δούλα. Erf.

V. 95. Ἔα h. l. monosyllabon est, ut Oed. T. 1451. Oed. Col. 1192. Eurip. Ion. 540. Sic ἐᾶτε disyllabon Trach. 1005. [Apud Homerum ἔα saepius monosyllabon est. Vid. Heynius ad Il. V. 256. Erf. Ex Addendis.]

V. 96. Alienum mihi videtur, quod V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 54. et Elmsleius ad Med.

τοσοῦτον οὐδέν, ὥςτε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ᾽, εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ᾽ ἴσθ᾽, ὅτι
ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ᾽ ὀρθῶς φίλη.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄.

Ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλ-
λιστον ἑπταπύλῳ φανὲν
Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης πότ᾽, ὦ χρυσέας

---

p. 205. not. coniecerunt, *πείσομαι γὰρ οὖν.* Nam *γὰρ οὖν* est nam sane.

V. 97. *μὴ οὐ καλῶς.* In E. T. [August. b. et Dresd. a.] altera negatio omissa. Brunck. Male quidem. Erf.

V. 100. Aldus *ἀελίοιο* quod recepit Bothius, deleto articulo. Erf. Quas metra huius carminis dubitationes admittant, dixi in Elem. doctr. metr. p. 570. Veri tamen simillima Erfurdtii descriptio est, ut in qua singulae sibi syllabae usitatis metris respondeant. *Ἀκτὶς ἀελίου* habet Eustathius p. 161, 18. (122, 1.)

V. 102. *τῶν πρότερον.* Sic membr. recte. Ceteri *τῶν προτέρων.* Brunck. Neque hoc spernendum. Erf. Servandum putavi *προτέρων*, quod magis videtur poeticae dictioni convenire. Habent etiam La. R.

V. 103. *ἐφάνθης πότ᾽.* Haec maiorem elegantiam habebunt, si statim post solis exortum dicta esse concipias. Musgr. Metri caussa videri possit scribendum, *ἐφάνθης ποτέ, χρυσέας* — sed vulgatam defendit versus Euripideus, Herc. F. 351.

ἐλαύνων πλήκτρῳ χρυσέῳ.

ἁμέρας βλέφαρον,
Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα,
τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν *

---

cui respondet in antistropha:
ἐναίρων πτανοῖς βέλεσιν.
Vtrobique voc. χρύσεος vel disyllabon est, vel, quod dubitanter moneo, primam habet brevem. Erf. Vide Elem. doctr. metr. p. 44.

V. 104. ἁμέρας βλέφαρον. Sic luna νυκτὸς ἀφεγγὲς βλέφαρον Eurip. Phoen. 546. Erf.

V. 105. Διρκαίων. Primum conspiciebatur sol trans Dircen fluvium prope Thebas manantem. Erf.

V. 106. Aldus et codd. veteres τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν, metro claudicante. Inepto additamento Triclinius defectum supplevit, πρίν. Legendum τὸν λεύκασπιν ἐξ Ἀργόθεν. Sic Homerus Il. Θ. 304.

τόν ῥ' ἐξ Αἰσύμηθεν ὀπυιομένη τέκε μήτηρ.

ad quem versum Eustathius: περισσῶς δὲ κεῖται ἡ ΕΞ πρόθεσις καὶ ἐν τῷ ἐξ Αἰσύμηθεν, ὡς καὶ ἐν τῷ ἐξ οὐρανόθεν, καὶ ἐν ἄλλοις. Ceterum numero singulari τὸν φῶτα, Argivos omnes significat, quo schemate nihil magis obvium. Brunck. Antistrophicus versus Glyconeus est:

— — — — | — ◡ ◡ —
πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.

Cui Brunckianus ille:

— — — ◡ — — ◡ —
τὸν λεύκασπιν ἐξ Ἀργόθεν,

nullo pacto respondet. In ed. maiore scripseram τὸν λεύκασπιν ἀπ' Ἀργόθεν, quod quum mihi iam non satisfaciat, lacunae signum, et quidem post

φῶτα βάντα πανσαγίᾳ,
φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ
κινήσασα χαλινῷ,

σύστημα α'.

ὃν ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκης

Ἀργόθεν, ponere placuit. Erf. Puto ego Sophoclem dedisse τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν ἐκ φῶτα βάντα. Respicit h. l. Eustathius p. 1270, 22. (1371, 44.)

V. 108. ὀξυτέρῳ. Sic codd. aliquot c. gl. ταχυτέρῳ vel ταχυτάτῳ. Male vulgabatur ante Brunckium ὀξυτόρῳ. Erf. Id servant La. R. Sed Vat. ὀξυτέρω.

V. 110. Brunckius, ut structurae legi suus honor esset, rescripsit ὃς — Πολυνείκους, quomodo legendum esse coniecerant Scaliger et eruditus Britannus apud Heathium (Mudgius). Ego librorum lectionem revocavi, ut qui dipodiam anapaesticam, in eaque verbum, cuius obiectum esset ὃν, subiectum Πολυνείκης, ante ὀξέα excidisse nullus dubitem. Quae quidem ratio tum per se probabilior est, tum propterea, quod, si eam admittas, hi anapaesti illis, qui antistropham 1. excipiunt, ad amussim respondent. Lacunam, liceat enim coniectando ludere, tali fere modo suppleverim:

ὃν ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ Πολυνείκης
ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων
ἐπόρευσε· θοῶς δ', ὀξέα κλάζων — Erf.

Deesse aliquid, et imperfecta oratio et metra antisystematis arguunt. Excidit autem ante ὑπερέπτα participium, nisi fallor, quale συναγείρας. Neque vero, ut Triclinio videbatur, ab anantapodoto auxilium petendum rato, ἐς γᾶν ex praegresso ἐπὶ γᾷ iteratum, sed pertinet ad comparationem Polynicis cum aquila. Nam ut aquila in altum sublata se deiicit

ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων
ὀξέα κλάζων αἰετὸς ἐς γᾶν
ὣς * * * ὑπερέπτα,
λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός,
πολλῶν μεθ' ὅπλων,
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσιν.

ἀντιστρ. α'.

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονώ-

---

in terram, ut praedam corripiat, sic Polynicen fingit poeta ex alto ad solum terrae devolare: unde et ἀρθέντα dicit et ἐς γᾶν, humum, non Thebas intelligens. Cohaerent ergo, ὃν ἐφ' ἁμετέρᾳ γᾷ συναγείρας, vel quidquid hoc verbi fuit, et tum αἰετὸς ὣς ἀρθεὶς ἐς γᾶν ὑπερέπτα.

V. 114. πτέρυξ λευκῆς χιόνος notat τὴν λευκὴν ἀσπίδα. Vide Eustathium p. 1055. l. 28. [1071, 15. Bas.] Hesychius: πτέρυγες, σκέπαι. Brunck. Cf. Matthiae §. 314. n. 2. Erf.

V. 117. Metri caussa transposui vocem κύκλῳ. Legebatur enim sic:

στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονί-
αισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ —

offendente syllaba brevi in fine prioris versiculi. φοινίαισιν habent August. b. et Dresd. a. Erf. Edidit Erfurdtius κύκλῳ φοινίαισιν ἀμφιχανών. Servato qui in libris est ordine verborum, veterem quamdam meam coniecturam recepi, φονώσαισιν, petitam ex scholiis antiquis, in quibus scriptum: ὡς ἀετὸς ὁ Πολυνείκης κυκλώσας τὰς Θήβας ταῖς τῶν φόνων ἐρώσαις λόγχαις, ἀμφιχανὼν ἔβα. ἐνέμεινε δὲ τῇ μεταφορᾷ. Vide Erotianum v. φονᾷ p. 592. Hesychium in v. φονᾶν, φονώντων, φονῶσα. Etym. M. p. 798, 10. Bachmanni Anecd.

σαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ
λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα,
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων
αἱμάτων γένυσιν
πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.
τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη
πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλῳ
δυςχείρωμα δράκοντι.

Vol. I. p. 408, 1. Vsus est hoc verbo Sophocles etiam in Philoct. 1209. In eamdem coniecturam incidit Bothius, sed ille quam attuli veteris scholiastae adnotationem per errorem tribuens Triclinio. Cod. Ricc. κυκλώσας.

V. 119. ἑπτάπυλον στόμα. Septem urbis portas. Eurip. Phoen. 629. ἑπτάστομον πύργωμα. Mvsgr.

V. 122. Particula τε, qua vett. libri carent, Triclinianae recensionis videtur esse. Prima habet ed. Turn.

V. 124. seqq. Verte: talis circa tergum (aquilae) intendebatur Martis strepitus, hostili draconi (Thebanis) tractatu difficilis, minime, ut Brunckius accepit, insuperabilis. Voc. χείρωμα, quod tribus locis occurrit, Aeschyl. S. Th. 1024. Agam. 1318. Soph. Oed. T. 560. tractationem significat passive, i. e. quod tractando efficitur. Erf.

V. 125. Offensionem habent verba ἀντιπάλῳ δράκοντι de iisdem dicta, qui huc usque cum aquila comparari videbantur, praesertim quum consentaneum sit, hoc Thebanorum insigne esse. Hoc dicit: tantus a tergo concitatus est strepitus Martis, insuperabilis propter adversarium draconem. Elegans est, quod in La. supra scriptum, ἀντιπάλου δράκοντος, nisi in-

ἀντιστ. α΄.

Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει· καί σφας ἐςιδὼν
πολλῷ ῥεύματι προςνισσομένους
χρυσοῦ καναχῆς ὑπερόπτας,

---

terpretatio potius, quam diversa scriptura esse videretur. Nam scholiastes, τὸ δὲ ἀντιπάλῳ δράκοντι ἀντὶ τοῦ ὑπὸ ἀντιπάλου δράκοντος, ὡς Ἀχιλλῆϊ δαμασθείς.

V. 127. Affert Libanius in epitaphio Iuliani T. I. p. 561. ed. Reisk.

V. 129. ῥεύματι Aeschyl. Pers. 410. ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ. Eurip. Iph. Taur. 1448. ῥεῦμά τ' ἐξορμῶν στρατοῦ. Erf.

V. 130. χρυσοῦ καναχῇ, χὐπεροπλίαις. Aldus et codd. χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτίας. sine ullo sensu. ὑπεροπλία apud Homerum occurrit penultima producta, Il. A. 205.

ᾗς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ.

Ex crasi copulae καὶ in χὐπεροπλίῃσι prima producitur. Brvnck. Bene correxit Vauvillerius χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπλίαις, auri strepentis, propter arma auro strepentia, superbia elatos. Possit etiam scribi ὑπεροπλίᾳ: saepius enim „τὸ προςγεγραμμένον ι et ς librarii commutarunt." Schaefer. in meletem. crit. p. 112. seq. Sed praefero pluralem propter locum Homericum. Erf. Dorvillius ad Charit. p. 608. (572.) scribendum putabat, χρυσοῦ, καναχῆς, ὑπεροπλίας. Libri in corrupto ὑπεροπτίας consentiunt. Scholiastes: καί σφας εἰςιδών. καὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ φαντασίαν ὑπερβεβηκότας τῇ ἰδίᾳ ὑπεροψίᾳ. ὑπερήφανον γάρ τι ὁ χρυσός. οἱ δέ φασι λείπειν τὴν μέτα, ἵν' ᾖ οὕτως, καὶ ἰδὼν αὐτοὺς προςνισσομένους μετὰ χρυσοῦ καὶ καναχῆς καὶ ὑπεροψίας, ὅ ἐστιν ὑπερηφανίας, οὐκ ἠνέσχετο,

παλτῷ ῥίπτει πυρί, βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη

ἀλλ' ἐνεμέσησε τῷ κόμπῳ αὐτῶν. Sagaciter Martinus ex primis scholii huius verbis collegit, qui ea scripsit, adiectivum aliquod ab ὑπερόπτεσθαι derivatum in comparativo positum legisse. Vnde facile quis coniiciat ὑπεροπτοτέρους, quum ὑπέροπτα posuerit Sophocles in Oed. R. 883. Verum alienum hoc foret a mente poetae, quem non dubium est πολλῷ ῥεύματι χρυσοῦ καναχῆς iunxisse. Id enim dicit indignatum esse Iovem, quod magno cum strepitu armorum auri copia fulgentium venerint. Ego recepi, quod pene nulla mutatione facta, ope interpretationis codicis Augustani diu est quum verum esse iudicavi. In eo codice ad ὑπεροπτίας adscriptum est ὑπέρφρονας. Eodem vocabulo utitur Triclinius; ex cuius adnotatione patet, id ipsum legisse illum, qui τὴν τοῦ χρυσοῦ φαντασίαν ὑπερβεβηκότας pro interpretatione posuit. Confirmavit emendationem illam La. in quo ad ὑπεροπτίας supra scriptum ὑπερόπτας.

V. 131. βαλβίδων. Proprie significat carceres (ἄφεσιν) unde cursum auspicabantur Athletae: hinc ad metam sive finem cursus nonnulli transtulerunt. Pollux lib. III. sect. 147. ἵνα δὲ παύονται, τέλος, καὶ τέρμα καὶ βατὴρ· ἔνιοι δὲ καὶ βαλβίς. Posteriori notione hic adhibet Sophocles, sed metaphorice ad significandam victoriam. Ἐπ' ἄκρων βαλβίδων, ad summam metam. Mvsgr. Vereor ne haec non satis recte interpretetur Musgravius. Βαλβὶς limen significat in Herc. fur. 867. Vnde de extremo loco, in quo quis consistit, et hic quidem de summa parte muri dicitur. Ῥίπτει tacite edidit Erfurdtius. Libri ῥιπτεῖ. Vide ad Ai. 235. Παλτὸν πῦρ ex h. l. commemorant schol. ad Ai. 408. et Eustathius p. 674, 13. (545, 27.)

νίκην ὁρμῶντ᾿ ἀλαλάξαι,

στροφὴ β'.

ἀντίτυπα δ᾿ ἐπὶ γᾷ πέσε ταντωλωθείς,

V. 133. ὁρμῶντ᾿, Capaneum. Significat Sophocles Iovem totius exercitus insolentiam in uno eius duce punire voluisse, ut bene monuit H. Stephanus. Erf. Distinxi non puncto, ut vulgo, sed commate post ἀλαλάξαι. Ita enim haec cohaerent: ῥίπτει ὁρμῶντα, ὃς τότε ἐπέπνει. Illa, ἀντίτυπα δ᾿ et quae sequuntur, ut parenthesis in medio posita. Aliter deesset nomen, ad quod referri posset ὁρμῶντα.

V. 134. ἀντίτυπα. Sic Aldus et meliores codd. quam lectionem agnoscit Scholiastes et Eustathius p. 1701, 18. (458, 24.) Neminem offendere debet producta ultima: in versibus enim dactylicis, etiam apud Tragicos, eam vim habet ictus, ut brevem syllabam longam faciat. Sic Eurip. Hippol. 1139.

Νυμφίδια δ᾿ ἀπόλωλε λέχη φυγᾷ σᾷ.

Ταντωλωθείς, i. e. διασεισθείς, ut in Scholiis antiquis explicatur. Cognatum est ταντωλίζειν, unde Hesychius: Ἐταντωλίσθη· ἐσείσθη. — Ἐταντάλιζεν· ἔτρεμεν. Verbum a τάνταλον pro τάλαντον dicto derivandum proprie librari significasse videtur, ut ταλαντοῦσθαι, quod Timaeus in Lexic. Platon. p. 247. per ἑτεροφορεῖσθαι explicat. Erf. Tricliniani libri ἀντίτυπος, quod supra scriptum in La. Ἀντίτυπα in scholio MS. ap. Valck. ad Phoen. 1193. legi Porsonus in Adversariis, et inde, ut videtur, Martinus referunt. Non scholia, sed codicem Parisinum dicit Valckenarius. Porsonus quum in antiqua lectione metrum laborare ratus ἀντιτύπα scribi iubet, ἀντιτύπᾳ videtur dare voluisse, idque ut eius emendationem recepit Boissonadus. Recte vero Erfurdtius. Caeterum Aug. b. γᾶν. Par. γῆς.

πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
βακχεύων ἐπέπνει
ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
εἶχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλ-

V. 135. πυρφόρος. Sic appellatur Capaneus, quod urbem incendio delere parabat, unde apud Aeschylum S. Theb. 438. insigne in clypeo gestasse perhibetur γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον. Eurip. Phoen. 1202. εἰς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός. Erf. Coniungebantur ταντάλωθεὶς πυρφόρος, sed praestare visum est, quod Wundero placuit, distinctione post ταντάλωθεὶς posita, πυρφόρος ad sequentia pertinere. Et sane etiam edd. vett. aeque post ταντάλωθεὶς ut post πυρφόρος interpungunt.

V. 136. ἐπέπνει. Euripides Androm. 555. ὥςπερ ἱστίοις Ἐμπνεύσομαι τῇδ'. Idem Rhes. 387. πῶλος ἀοιδοῦ — καταπνεῖ σε. Mvsgr. Aeschyl. S. Theb. 345. μαινόμενος δ' ἐπιπνεῖ — Ἄρης. Erf.

V. 137. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων, i. e. odii acerbissimi flatu. Eadem metaphora infra v. 920. ἀνέμων ῥιπαί. Eurip. Phoen. 457. θυμοῦ πνοάς. Aristoph. Av. 1397. καταπαύσω τὰς πνοάς. Erf. Friget haec interpretatio. Rectius scholiastes: ὡς ἐπὶ τυφῶνος καὶ καταιγιδώδους πνεύματος, ἐπέπνει τὴν πόλιν ῥιπαῖς ἀνέμων. Flammam cogitat vehementi impetu ventorum illatam, qui ἔχθιστοι dicuntur, quod urbi interitum minantur.

V. 138. seq. Aldus sic edidit: εἶχε δ' ἄλλᾳ. τὰ μὲν ἄλλα, τάδ' ἐπ' ἄλλοις. In membr. non bis ἄλλᾳ, sed posteriori soli subscriptum ι. Vt a me constitutus est locus, sensum praebet hunc: alia hic sors erat, alia aliis mala inferebat Mars. Vocibus τὰ μὲν saepe subiungitur ἄλλα δέ. Sic Pindar. Ol. II. 132. τὰ μὲν χερσόθεν, ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει. Nem. VIII. 51. τὰ μὲν ἀμφ'

λα· τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέ-
γας Ἄρης
δεξιόσειρος.

Ἀχιλεῖ, ἄλλων δὲ μόχθων ἐν ἀμέραις. Conf. Hermann. ad Viger. p. 701, 14. Erf. Cod. Par. εἶρχε. Idem omittit τὰ μὲν ἄλλα, et mox habet ἄλλους. In Augustano omissa ἄλλα τὰ μέν. Tricliniani, εἶχε δ' ἄλλῃ τάδ'· ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις. Erfurdtius: εἶχε δ' ἄλλα τὰ μέν, ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις. Reposui, quam veram esse scripturam puto, εἶχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλλᾳ: res alibi alia ratione se habebat. Alterum ἄλλᾳ quum librarii pro nominativo haberent, τὰ adscripserunt, quod deinde in textum venit. Maluit poeta, ut solet, insolentius loqui pro εἶχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλλως. Aeschylus Eum. 533. ἄλλᾳ δ' ἄλλ' ἐφορεύει. Sed quod in Troad. 324. legitur, ᾇ νόμος ἔχει, vel metri indicio ᾇ in ἃ mutari postulabat. In iis, quae sequuntur, apertum est, neque ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις legi posse, quia id idem atque εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μὲν foret, et necessarium esse τὰ δέ, quia quos ἄλλους dicit, duces, in iisque praecipue fratres sunt, quorum mutuam caedem illo τὰ δὲ significat.

V. 140. δεξιόσειρος. „Sic appellavit Martem Sophocles, ut impetuosum, dextri equi more, significaret. Pariter Aeschylus, quum fortem et validum vellet indicare, σειραφόρον κριθῶντα πῶλον dixit Agam. 1651, 2." Hermann. in Comm. soc. philol. Lips. Vol. IV. P. I. p. 50. Minime igitur praeferenda lectio Scholiastae memorata, δεξιόχειρος, quam vocem ut recte formatam esse ostenderet, Musgr. comparavit ἑκατόγχειρος, εὔκορυθος, εὔρινος. Erf. Adiutorem intelligi volebat Seidlerus, adhibens Aeschyl. Agam. 850. μόνος δ' Ὀδυσσεύς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει, ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος. So-

σύστημα β'.

ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους, ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη·
πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὣ πατρὸς ἑνὸς
μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν

---

cium sane hoc nomen, ideoque adiutorem, sed validum illum potius, quam dextrum significat, quo modo accepit Eustathius p. 675, 41. (547, 25.)

V. 142. Eurip. Phoen. 757. Ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς. Apollodor. III. p. 154. Ἐτεοκλῆς, καταστήσας ἡγεμόνας, ἴσους ἴσοις ἔταξε. Erf.

V. 143. τέλη, i. e. τὰ ὁπλιτικὰ τάγματα, ut recte exponit Eustath. p. 686, 19. (863, 13.) praemissa alia interpretatione, quae non habet magnopere, quo commendetur. Illo significatu vox aliquoties occurrit apud Homerum, Il. *Α*. 729. *Μ*. 56. eandemque sententiam Aeschylus Pers. 295. sic expressit: ὅς τ' ἐπὶ σκηπτουχίᾳ Ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών. [Τέλη pro τάγματα habet etiam Aeschylus Pers. 47. Erf. Ex Addendis.] Recte Musgravius τέλη dona interpretatur. Arma dicit relicta esse, quae Iovi dona suspendantur.

V. 145. καθ' αὑτοῖν. Bene Scholiastes: ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀλλήλων. Exempla huius usus vide ap. Hemsterh. in Obss. misc. X. p. 209. et, quem Heindorf. ad Plat. Parmen. p. 211. conferri iubet, Abresch. ad Xenoph. Ephes. ed. Locell. p. 164. Iniuria igitur Menandrum, quod alicubi ἑαυτοῖς pro ἀλλήλοις dixerit, reprehendi ab Eustathio in V. Odysseae p. 1547. monuit Brunckius in editione a. 1788.' [Ἑαυτούς· ἀλλήλους. Hesych. ubi vid. Intpp. Erf. Ex Addendis]

δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.

ἀντιστρ. β'.

ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα
τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
ἐκ μὲν δὴ πολέμων
τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν,
θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς
παννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν· ὁ Θήβας δ'
ἐλελίχθων

V. 151. *τῶν νῦν* non videtur ad *πολέμων* pertinere: namque et languidus foret sermo nec dicitur *ἐκθέσθαι λησμοσύνην*, sed *θέσθαι*. Quare sic iungi malim, *ἐκ πολέμων*, post bellum, *θέσθε λησμοσύνην τῶν νῦν*, obliviscamini praesentia, i. e. funera fratrum. *Θέσθε* autem, quod praestantiores codd. exhibent, postliminio revocare placuit: versus quippe est Glyconeus polyschematistus, non dactylicus, quae Brunckii fuit opinio propterea *θέσθαι* ut unice metro congruum praeferentis. Erf. Seidlero videbatur *ἐκ* quasi per tmesin a *θέσθαι λησμοσύναν*, quod esset pro *ἐκλῆσαι*, distractum esse, *πολέμων τῶν νῦν* autem praesens bellum significare, comparanti Odyss. ω. 484. *ἡμεῖς δ' αὖ παίδων τε κασιγνήτων τε φόνοιο ἔκλησιν θέωμεν.* At id sic demum recte comparari posset, si chorus cum Argivis pacem fieri vellet. Ego Erfurdtii explicationem probo, nisi quod non opus esse puto *τῶν νῦν* a *πολέμων* disiungi, quum facile *αὐτῶν* intelligi possit. Sensus est: at, splendida enim venit Victoria, mutuum ridens equestribus Thebis, ex hisce proeliis iam capite oblivionem. Post *Θήβᾳ* plene vulgo interpungebatur. *Θέσθε* etiam La.

V. 153. Vulgo *παννύχοις*, invitis numeris. Emen-

Βάκχιος ἄρχοι.

ἀντισύστ. β'.

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας
* * Κρέων * ὁ Μενοικέως

---

dationem firmat August. b. [Et Par. ac Vat.] — *Ὁ Θήβας Βακχεῖος.* Musgravius cum vetere Grammatico apud Scholiastam intelligit Bacchum Thebis oriundum, quomodo Eurip. Cycl. 660. *τὸν Αἴτνας μηλονόμον*, Phoen. 1197. *Μαινάλου κόρη* dicatur. Sed vide ad versum sq. Erf.

V. 153. *ἐλελίχθων.* Hanc lectionem habet Scholiastes, eamque sequutus est et, iudice Brunckio, non male defendit Triclinius, collato Aeschyleo *πολισσοῦχοι χθονός*, S. Theb. 109. Iunxit igitur *ἐλελίχθων Θήβας*, quae loquutio tam exquisita est, ut altera scriptura, *ἐλελίζων*, Hermanno quoque deterior visa, sine ulla dubitatione posthaberi debeat. De re ipsa comparari iubet Musgravius Eurip. Bacch. 585. et 623. — *ἄρχοι*, choream incipiat, unde *ἔξαρχος* dicitur Bacch. 141. Erf. Recepta ab Erfurdtio scriptura pessima visa est V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. pag. 55. qui cum Schneidero in Lex. Gr. *ἐλελίζων ἄρχοι* iungi vult, laetum clamorem incipiat. Quasi non idem, sed exquisitius expressus, in altera lectione sensus insit. Scriptum exstat *ἐλελίχθων* in Aug. b. et Par.

V. 156. Primo et secundo systemati anapaestico restituta congruentia, tertium etiam et quartum ut sibi respondeant, consentaneum est. Iam quum in hoc minor sit versuum numerus, librariorum socordia factum esse suspicor, ut hic locus et ipse turpiter mutilatus ad nos perveniret, eoque magis, quod in verbis *Κρέων ὁ Μενοικέως νεοχμὸς* nullum paene metri anapaestici remansit vestigium. Scribere potuit Sophocles:

* * νεοχμὸς νεαραῖσι θεῶν

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας
τῆςδ' ἄρτι, Κρέων ὁ Μενοικέως παῖς,
φανθεὶς νεοχμός, νεαραῖσι θεῶν —

„In *Μενοικέως* (sic Brunck.) fit synizesis, at non in *νεοχμός*, quae vox anapaestus est: media corripitur ante tenuem et liquidam. Philoct. 751.

τί δ' ἐστὶν οὕτω νεοχμὸν ἐξαίφνης ὅτου.

Eurip. Bacchis 212.

κλύω δὲ νεοχμὰ τήνδ' ἀνὰ πτόλιν κακά.

Idem Troasin 233.

κῆρυξ νεοχμῶν μύθων ταμίας. Erf.

Erfurdtius lacunae signa ante et post verba *Κρέων ὁ Μενοικέως* posuerat. At etiam post *Κρέων* syllabam unam deesse metrum ostendit. Nec dubitandum quin scriptum fuerit *Κρέων, παῖς ὁ Μενοικέως*. Nam *Κρέων* quidem ne quis ab interpretibus additum credat, prohibet scholiastae adnotatio, qui pulcre de carminis huius virtutibus disserens ita scribit: *καὶ τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα εὐθὺς παρατήρει, Κρέων ὁ Μενοικέως· καὶ τὸ νεοχμὸς δὲ οὐκ ἔστιν ἀργόν*. Haec postrema declarantur iis, quae statim adiecta sunt: *νεοχμός. νέος. νεωστὶ κατασταθεὶς εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ τυραννίδα. τὸ δὲ ἑξῆς, ἀλλ' ἰδοὺ γὰρ Κρέων ὁ νεωστὶ καινὸς βασιλεὺς τῆς χώρας γενόμενος, τῇ προσφάτῳ παρὰ τῶν θεῶν αὐτῷ δεδομένῃ ἐπιτυχίᾳ τοῦτο κατορθώσας*. Ex his, si quid video, facile in integrum restitui possunt poetae versus:

ἀλλ' ὅδε γὰρ δή, βασιλεὺς χώρας
ὃς τῆςδε Κρέων παῖς ὁ Μενοικέως
νεοχμῶς νεοχμός, νεαραῖσι θεῶν
ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ.

Caeterum de hac parodo v. ad Aristot. A. P. p.

ἐπὶ συντυχίαις χωρεῖ, τίνα δὴ
μῆτιν ἐρέσσων, ὅτι σύγκλητον
τήνδε γερόντων προὔθετο λέσχην,
κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ΚΡΕΩΝ.

Ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοί,
πολλῷ σάλῳ σείσαντες, ὤρθωσαν πάλιν·
ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
ἔστειλ' ἱκέσθαι· τοῦτο μέν, τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη·

---

142. sq. Est enim insolentior eius compositio, quum partim ex canticis chori, partim e coryphaei anapaestis constet.

V. 158. Recepi ex Schol. Rom. *τίνα δή*, quod habent etiam codd. Par. et Aug. atque hic quidem cum explicatione *ποίαν*. Vereor enim ne vulgatam, *τινὰ δή*, Heindorfius ad Plat. Phaedon. p. 220. non recte iis locis, quos multos affert, adnumeraverit, in quibus *δή τις* est, quod significat n e s c i o q u i s.

V. 159. *ἐρέσσων*. Confer Ai. 251. Aeschyl. Suppl. 550. *οἴστρῳ ἐρεσσομένα*. Mvsgr.

V. 160. Formulam *προτιθέναι ἐκκλησίαν* explicuit T. Hemsterhusius ad Lucian. Necyom. 19. T. I. p. 482. peritis non obscurum fore dicens, cur Sophocles non, ut alii scriptores, activo, sed medio usus sit. Recte vir doctissimus. Non enim indixit Creon concionem, in qua populus sententiam diceret, sed in qua populo ipse ediceret aliquid. *Σύγκλητον λέσχην* ex h. l. memorat Eustathius p. 172, 10. 732, 53. (130, 32. 625, 37.)

V. 163. Vsus est hoc versu Plutarchus in Fabio Maximo c. 27.

τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι
παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.
ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
καθ' ἡμέραν ὤλοντο, παίσαντές τε καὶ
πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι,
ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω
γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.
ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.
ἐμοὶ γάρ, ὅςτις πᾶσαν εὐθύνων πόλιν
μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων,
ἀλλ' ἐκ φόβου τοὺ γλῶσσαν ἐγκλείσας ἔχει,
κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·

V. 168. Plerique codd. *κείνων*, unus *κείνου* sine *γ'*, quod bene addidit Bothius. Sic Oed. T. 930. *ἐκείνου γ'*. Philoct. 570. *κεῖνός γ'*. Arati Phaen. v. 31. *κεῖναί γ'*. Erf. Vnus tantum codex, quod sciam, *κείνου ἔτι*. Caeteri libri omnes *κείνων ἔτι*, recte. Laii enim et Oedipi, quos nominaverat, prolem intelligit, *παῖδας* dicens, quod illi alterius horum filii, alterius nepotes sunt.

V. 175. Affert Demosthenes *περὶ παραπρεσβείας* p. 418. s. versus 175—190. Stobaeus autem Serm. XLVI. v. 175—186. et XXXIX. v. 187—191.

V. 177. Hoc dicit, priusquam quis in re publica gerenda et legibus obsequendo bonum se civem esse ostenderit.

V. 178. *γὰρ* h. l. explicationem continet eius, quae praecesserat, sententiae, ut Oed. R. 711. et passim. Erf.

καὶ μείζον᾽ ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας
φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.
ἐγὼ γάρ, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ᾽ ὁρῶν ἀεί,
οὔτ᾽ ἂν σιωπήσαιμι, τὴν ἄτην ὁρῶν

V. 182. ὅστις. Apud Stobaeum in Floril. Grotii p. 175. variata structura, ideoque fortasse melius, εἴ τις. Brunck. At enim apud Demosthenem est ὅστις.

V. 183. οὐδαμοῦ λέγω, sc. εἶναι, in nullo honoris loco esse dico. Sic θεοὺς νομίζων οὐδαμοῦ Aeschyl. Pers. 496. Vid. Ruhnk. ad Xenoph. Memor. II. 1, 52. Wyttenb. ad Plat. Phaed. pag. 183. Erf.

V. 185. Distinxi commate post σιωπήσαιμι, non tam sententiae, quam numerorum caussa. Nam cui non hebes est harum rerum sensus, facile animadvertat necesse est, si versus hic nulla eo loco pausa facta recitatur, articulum in fine dipodiae iusto fortiore ictu notari, quod evitatur, pausa ante eum facta. Caeterum si verum est, quod in argumento huius fabulae eo, cui Aristophanis grammatici nomen adscriptum est, narratur, Sophoclem, quod haec tragoedia valde placuisset, ducem bello adversus Samios cum Pericle creatum esse, non fuit eo honore propterea affectus, quod haec fabula iis virtutibus, quae propriae sunt huius poematum generis, excelleret, sed propter singulares quasdam caussas. id quod recte animadvertit Süvernius in dissertatione, cui titulum fecit über einige historische und politische Anspielungen in der alten Tragödie, p. 15. Eae caussae autem non sunt aliae, quam sensus, quos prodidit et hoc loco, ut idem Süvernius monet p. 14. et infra in iis, quae Creontem Haemoni dicentem fecit. Illud vero non concedendum puto Süvernio, etiam consi-

στείχουσαν ἀστοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας,
οὔτ' ἂν φίλον πότ' ἄνδρα δυςμενῆ χθονὸς
θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι
ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα, καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.
τοιοῖσδ' ἐγὼ νόμοισι τήνδ' αὔξω πόλιν.
καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
ἀστοῖσι, παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου πέρι·

---

lium quo condita sit haec fabula aliquid eo contulisse: de quo dixit p. 16. Neque perspiciebat id levis Atheniensium populus, et mutavit Süvernius postea, ut videtur, Boeckhii monitu suam de consilio isto sententiam.

V. 187—191. affert Stobaeus Serm. CLVII. p. 550. ubi pro *φίλους* legitur *λόγους*. Conf. Aiac. 321. meae ed. et Brunck. ad Gnom. p. 335. Erf. Stobaei Serm. XXXIX. dicit, qui est *περὶ πατρίδος*. Apud Demosth. cod. Aug. pr. *συμμάχου* pro *δυςμενῆ*, et mox alii libri Demosthenis *ἐμαυτοῦ*. Tum Stobaei ed. prim. *ὁ σώζουσα*. Ad *χθονὸς* in La. supra scriptum *πόλεως*.

V. 190. *πλέοντες ὀρθῆς*. Cicero Epist. ad Div. XII, 25. una navis est iam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus. *τοὺς φίλους ποιούμεθα.* Hoc dicit: quos habemus amicos, eos acquirimus, si civitas salva est. Eadem vis articuli est in dictione *τοὺς θεοὺς ἡγεῖσθαι*, credere deos esse, quos esse credi soleat. Vid. Hermann. ad Eurip. Hecub. p. 145. sq. Erf.

V. 193. Aug. b. La. R. *τῶνδ'*. Id recte se haberet, si legeretur *παίδων τῶνδέ γ' Οἰδίπου πέρι*. *Τῶν ἀπ' Οἰδίπου* aliter hic dictum videtur quam v. 2. significans filios ab Oedipo relictos.

Ἐτεοκλέα μέν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
ὄλωλε τῆςδε, πάντ' ἀριστεύσας δορί,
τάφῳ τε κρύψαι, καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι,
ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς.
τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε, Πολυνείκην λέγω,

V. 196. ἐφαγνίσαι. Sic liquido scriptum in quatuor codd. [Et Aug. b. La. Vat.] Glossae: ἐπὶ τῷ τάφῳ ἁγνίσαι τὰ πάντα, ἃ — et: ἐπὶ τῷ τάφῳ ὁσίως ποιῆσαι. Infra v. 247. κἀφαγιστεύσας itidem valet ἐφαγιστεύσας. Aldina mendose ἀφανίσαι, unde Canterus ἀφαγνίσαι fecit, repertum illud a Brunckio in membranis Regiis. „Ἁγνίζειν (sic Musgrav.) Graecis valet non lustrare tantum vel expiare, verum et sacrificare, diis offerre. Vid. Eurip. Alcest. 76. Iph. Taur. 711. ubi ἁγνίσει et ἁγνισθεὶς in ἁγίσει et ἁγισθεὶς mutari non sinit metrum. Adde πέλανον ἐπὶ πυρὶ καθαγνίσας Ion. 720. ἥγνισαν ἔντομα μήλων Apollon. Rhod. II. 928. ubi non pariter a metro firmatur MSS. scriptura." Erf. Etiam Iuntinae habent ἀφανίσαι.

V. 197. ἔρχεται κάτω. Credebantur libamina sub terram et ad mortuorum usque sedem penetrare. Hinc Chorus apud Aeschylum Pers. 626.

Σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς.

Philostratus vit. Apollon. VI. cap. II. θεοὶ γὰρ χθόνιοι βόθρους ἀσπάζονται καὶ τὰ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ δρώμενα. Conf. Porphyrium citatum M. Delrio ad Senecae Oedip. 556. Mvsgr.

V. 198. Süvernio Creon visus est non privato in Polynicen odio haec imperare, sed quod boni civis et regis officium esse censeat, iustum esse aeque adversus eos, qui ament patriam atque qui ei se inimicos praebeant; neque in Antigonam severum esse odio quodam, sed quod sustinendum putet imperium suum. Ego si quid video, illud quidem

ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς,
φυγὰς κατελθών, ἠθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος
κοινοῦ πάσασθαι, τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν,
τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκηρῦχθαι τάφῳ

---

concedendum est, non odium ullum caussam esse tantae crudelitatis, sed tamen ne illi quidem voluntati, quae per se bona et honesta esset, tribui debere, quae facere Creontem videmus. Immo tyranni ingenium descripsit Sophocles, qui, natura ignavus, ubi supremam in civitate potestatem adeptus est, suo ex arbitrio, cui honestam speciem praetexit, rem publicam pendere civibus studet ostendere. Hinc non sane ex odio imperia eius, sed ex neglectis imperiis odium, idque vehemens, et quale solet esse, si quis animi impotens est.

V. 199. *τοὺς ἐγγενεῖς.* Noster Electr. 428. *Πρός νυν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν*, ubi alia huc pertinentia. Aeschylus *θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς*, Sept. c. Theb. 588. Mvsgr.

V. 200. *κατέρχεσθαι* ab exilio redire, ut Aeschyl. Choeph. 3. et in locis a Porsono citatis ad Eurip. Phoen. 1011. Erf. Dorvillius ad Charit. p. 618. (578.) adnotat, in cod. Vaticano pro *ἠθέλησε μὲν πυρὶ πρῆσαι κατ' ἄκρας* legi, *ἀμφικίονας ναοὺς ἦλθε πυρώσων*, quae sumpta sunt ex v. 285.

V. 202. *κοινοῦ*, fraterni vel cognati. Vid. ad v. 1. Erf.

V. 203. *ἐκκεκηρύχθαι*, quod male Scholiastes cum *λέγω* v. 198. construit, Hermanno iudice dictum esse potest *πρὸς τὸ νοούμενον*, tamquam si Creon putaverit se dixisse, refero vobis mandata mea. Proprie scribendum erat *ἐκκεκήρυκται*. Erf. Probat *ἐκκεκήρυκται*, quod primus coniecit Musgravius, V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 55. Nemini

μήτε κτερίζειν, μήτε κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄθαπτον, καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν.
τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα. κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ

---

hoc non facile arrideat. Non ausim tamen contra libros mutare, quum recte se habeat, si v. 192. *κηρύξας ἔχω* hoc sensu dictum putamus, *λέγω ὑμῖν, ἐκκεκηρῦχθαι ἀστοῖς.* Valckenarius adnotavit parodiam Carneadis ap. Diog. Laert. IV. 64. *τοῦτον σχολῆς τῆσδ' ἐκκεκηρῦχθαι λέγω.* Vnde erit fortasse, qui *λέγω* pro *τάφῳ* reponendum coniiciat, quod etsi habet, quo commendetur, tamen videtur a Carneade profectum esse.

V. 205. Plutarchus in vita Demosthenis c. 29. *ἤδη δὲ συνῃσθημένος ὁ Δημοσθένης ἐμπεφυκότος αὐτῷ τοῦ φαρμάκου καὶ κρατοῦντος, ἐξεκαλύψατο καὶ διαβλέψας πρὸς τὸν Ἀρχίαν, οὐκ ἂν φθάνοις, εἶπεν, ἤδη τὸν ἐκ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενος Κρέοντα καὶ τὸ σῶμα τοῦτο ῥίπτων ἄταφον.*

V. 206. *αἰκισθέντ'.* Hanc scripturam, Hermanno quoque probatam, exhibent August. b. Dresd. a. [La.] et impressi. Ex antecedentibus subaudiendum *ἐᾶν*, dictumque *αἰκισθέντ' ἰδεῖν*, ut *ἡδὺ λαβεῖν* et alia similia. Vertas: e t c o r p o r e a b a l i t i b u s c a n i b u s q u e l a n i a t o t u r p a t u m. Membranae *αἰκισθέν τ'.* Brunckius *αἰκιστόν τ'* e cod. E. Erf. V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 55. *αἰκιστόν τ' ἰδεῖν*, quo minime opus.

V. 207. V. D. in Diar. class. l. c. „*κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ* male Aldus — quem sequitur Erf.: non enim dici potest pro *ἐξ ἐμοῦ γε.* Recte aliae editiones *ἐξ ἐμοῦ.*“ Attuli hoc, quia nihil magis mirum vidi. Quae illae sint edd. quae *ἐξ ἐμοῦ* habeant nescio. Affertur hoc ex libro v. Livineii, habetque scholiastes *γρ. ἐξ ἐμοῦ.*

τιμὴν προςέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων.
ἀλλ' ὅςτις εὔνους τῇδε τῇ πόλει, θανὼν
καὶ ζῶν ὁμοίως ἐξ ἐμοῦ τιμήσεται.

ΧΟΡΟΣ.

σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει, παῖ Μενοικέως Κρέον,

V. 208. Dedi ex cod. August. προςέξουσ' pro vulgato προέξουσ', non solum quod hiantes istas vocales vitasse videntur tragici, sed etiam sensus caussa. Neque enim de praeferendo Eteocli Polynice, sed de aequando sermo est.

V. 210. La. Ald. ἔκ γ' ἐμοῦ.

V. 211. σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει. Chorus ita loquitur, ut Creontis decretum nec probet neque improbet. Male Brunckius cum erudito Britanno apud Heathium reposuit, σοὶ ταὔτ', i. e. τὰ αὐτά σοι, ut σοὶ non ad ἀρέσκει, sed ad τὰ αὐτὰ referatur, subaudito alio pronomine με. Erf. Alienum hoc a chori mente, qui nec vere probat saevum Creontis decretum, neque ita servili animo est, ut probare se simulet. Recte libri ταῦτ'. Insolentius construxit orationem, hoc in mente habens: σὺ ταῦτα δρᾶν ἔγνως τὸν δύςνουν καὶ τὸν εὐμενῆ. Chorus, non dissimulans aliter se sentire, et tamen non audens contradicere regi, hoc dicit: tu ita statuis in hunc et in illum: liberum enim tibi est, quidquid velis, in nos omnes seu mortuos seu vivos decernere. Dindorfius Scaligerum sequutus post hunc versum lacunae signa posuit. Non contendam ego quidem non excidisse aliquid, sed tamen non puto verisimile esse, propterea quod eiusmodi chorica tetrasticha tam sunt usitata, ut multo sit probabilius servatum eum morem quam neglectum esse. Habuit locum uti legitur scholiastes, qui adnotaverit, λείπει τὸ μὴ θάπτειν ἢ θάπτειν.

τὸν τῇδε δύςνουν, καὶ τὸν εὐμενῆ πόλει.
νόμῳ δὲ χρῆσθαι παντὶ πάντ' ἔνεστί σοι
καὶ τῶν θανόντων χὠπόσοι ζῶμεν πέρι.

ΚΡΕΩΝ.

ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων.

V. 212. *τὸν δύςνουν—τὸν εὐμενῆ*. Hos accusativos cum Hermanno in ephem. Lips. 1807. n. 111. p. 1768. mutatione constructionis explicandos esse puto, ut verbis *σοὶ ταῦτ' ἀρέσκει* mente et cogitatione substituatur *σὺ ταῦτα ποιεῖν θέλεις*. Simillimus locus est Eurip. Ion. 695. sqq. *φίλαι, πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνήσομεν πόσιν*, ubi recte Barnesius: *Ὁ νοῦς· ὦ φίλαι, πότερον ἡμεῖς ταῦτα τῇ Κρεούσῃ διαδηλώσομεν, εἰς ἀκοὴν προφέρουσαι πόσιν, ἤγουν τὰ κατὰ τὸν πόσιν.* Erf.

V. 213. Vulgo *πού τ'*, quod intelligi non potest. *Παντί πού γ'*, etiam forte quacumque. Erf. At ostendi mihi velim, qui ita vel Graece vel Latine loquutus sit. Quod libri omnes tenent *παντί πού τ'* ego quidem aut e male lecta antiquissimi codicis scriptura natum, aut, quum genuina vox excidisset, explendi versus caussa a parum doctis librariis positum puto. Quare dedi, quod ante multos annos conieci, *παντὶ πάντ'*. Id sententiae ita convenit, ut adeo requiri debere ab legentibus videatur. Est autem, quod plerumque dici solet *χρῆσθαι ὅ τι βούλει.*

V. 215. Libri consensu: *ὡς ἂν σκοποὶ νῦν ἦτε τῶν εἰρημένων.* Scholiastes: *σκοποί. φύλακες. ἀντὶ τοῦ, μελέτω ὑμῖν ἡ φυλακὴ τῶν εἰρημένων.* At id dici debebat *ὅπως ἔσεσθε σκοποί.* Vide de par-

ΧΟΡΟΣ.

νεωτέρῳ τῲ τοῦτο βαστάζειν πρόθες.

ΚΡΕΩΝ.

ἀλλ' εἴσ' ἕτοιμοι τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι.

ΧΟΡΟΣ.

τί δῆτ' ἂν ἄλλῳ τοῦτ' ἐπεντέλλοις ἔτι;

---

ticula ἂν lib. II. c. 12. Ex eo consequitur, aut excidisse aliquid, aut versum esse mendosum. Illud visum est Dindorfio, qui ante hunc versum, sed post personae notam lacunae signa posuit. At, si deest aliquid, veri similius est, plures versus intercidisse, respondisseque Creontem choro, probare se eius morigeros sensus; chorum autem tum quaesivisse, quo consilio convocatus esset: ad quod hoc ipso quem habemus versu respondisse Creontem. Sed apertum est, si modo sensus horum verborum is est quem indicat scholiastes, non solum nihil desiderari, sed convenire etiam hanc brevitatem egregie superbo Creontis animo. Nimirum ὡς ἂν est dummodo, si modo. Eurip. Hec. 328. οἱ βάρβαροι δὲ μήτε τοὺς φίλους φίλους ἡγεῖσθε, μήτε τοὺς καλῶς τεθνηκότας θαυμάζεθ', ὡς ἂν ἡ μὲν Ἑλλὰς εὐτυχῇ, ὑμεῖς δ' ἔχηθ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασιν. Sic etiam in Ai. 1117. Philoct. 1330.

V. 217. τοῦ νεκροῦ γ' ἐπίσκοποι. Perperam in libris νεκροῦ τ' — Initio versus ἀλλὰ refertur ad suppressam sententiae partem, quam supplet glossa: οὐ λέγω ὑμᾶς φυλάσσειν, ἀλλὰ — Nimirum senes, minus percepta Creontis mente, onus custodiendi cadaveris, quod sibi imponi rebantur, deprecati fuerant. Brunck.

V. 218. Codd. et Aldus ἄλλῳ, falsa et inepta

ΚΡΕΩΝ.

τὸ μὴ 'πιχωρεῖν τοῖς ἀπιστοῦσιν τάδε.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ ἔστιν οὕτω μῶρος, ὃς θανεῖν ἐρᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ μὴν ὁ μισθός γ' οὗτος. ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων
ἄνδρας τὸ κέρδος πολλάκις διώλεσεν.

ΦΥΛΑΞ.

ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο

---

sententia. Recte vetus glossator: οἱ μεγαλογραφοῦντες τὸ ἄλλο, id est, qui pro ἄλλο scribunt ἄλλῳ, μεγάλως ἀγνοοῦντες ληρεῖν παρ' ἄλλων ἀκούουσιν. Verte: quid hoc aliud esse possit, quod insuper mandas? Τοῦτο eadem ratione dictum supra v. 7. ut non opus sit cum Brunckio τοῦδ' reponere. Erf. Cod. Ricc. et Aug. ἄλλο, hic cum ista adnotatione, οἱ μεγαλογραφοῦντες τὸ ἄλλο, μεγάλως ἀγνοοῦντες, quae Triclinii est. Non mala illa correctio, sed correctio tamen, ut videtur. Neque vero opus mutatione. Nam hoc dicit chorus: cur ergo etiam alii hoc mandatum cupias? Nempe, respondet ille, ne quis negligi imperia mea sinat. Ita vetus Scholiastes locum intellexit.

V. 219. La. ex emendatione 'πιχειρεῖν. Id requireret τοὺς ἀπιστοῦντας.

V. 220. οὕτω — ὅς. Huius constructionis exempla larga manu congessit Schaefer. in meletem. crit. p. 71. Erf. Ed. Oxon. οὕτως ex La.

V. 223. Quae hic et deinceps a Brunckio posita est personae nota Φύλαξ, in caeteris libris est Ἄγγελος. Hunc versum afferens Aristoteles Rhet. III.

δύςπνους ἱκάνω κοῦφον ἐξάρας πόδα.
πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις,
ὁδοῖς κυκλῶν ἐμαυτὸν εἰς ἀναστροφήν.
ψυχὴ γάρ ηὔδα πολλά μοι μυθουμένη·
τάλας, τί χωρεῖς οἷ μολὼν δώσεις δίκην;
τλήμων, μενεῖς αὖ; κεἰ τάδ' εἴσεται Κρέων
ἄλλου παρ' ἀνδρός; πῶς σὺ δῆτ' οὐκ ἀλγυνεῖ;

---

14. pro τάχους habet σπουδῆς, et subiicit ei, tamquam quod respondeatur, τί φροιμιάζῃ, quod ex alia fabula sumptum videtur, non tamen ex Eurip. Iph. T. 1162. Porsono scholiastes σπουδῆς legisse videbatur, qui scribit: οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι μετὰ σπουδῆς ἀσθμαίνων πρὸς σὲ πεπόρευμαι.

V. 225. Duo codices εὗρον, quod interpretamenti loco habendum. Aristoph. Ran. 170. ὅταν δὲ μὴ ᾽χω. Male vulgo μὴ ὕρω. Erf. Εὗρον habent codd. Vat. Par. Dresd. Aug. sed hic quidem supra scripto γρ. ἔσχον. Multas, inquit, expertus sum in deliberando moras, sistendo scilicet et non effectum reddendo, quod captum modo erat, consilio.

V. 228. Cod. Par. οἷς, quod non praetulerim.

V. 229. Perperam membr. et Aldus καὶ τάδ' — In E. εἰ τάδ' — initio versus τλήμων habent codd. plerique. Brvnck. Vulgo τλῆμον. Non malum est καὶ τάδ' εἴσεται, si signo interrogandi post ἀνδρὸς interpungitur, ut sensus sit, comperiat hoc ab alio? Sed tamen quum κεἰ praeter Triclinianos libros etiam La. Vat. habeant, id recepi, non tamen ut minorem distinctionem, quod Brunckius aliique fecerunt, sed signum interrogandi, monente particula δῆτα, post ἀνδρὸς ponerem. Mira arte hominis de vulgo mores et sermonem expressit Sophocles, exemplum praeeunte Aeschylo in Agamemnone et Choephoris.

τοιαῦθ' ἑλίσσων ἤνυτον σχολῇ ταχύς.
χοὔτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.
τέλος γε μέντοι δεῦρ' ἐνίκησεν μολεῖν
σοί· κεἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ' ὅμως.
τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος,
τὸ μὴ παθεῖν ἂν ἄλλο πλὴν τὸ μόρσιμον.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν, ἀνθ' οὗ τήνδ' ἔχεις ἀθυμίαν;

ΦΥΛΑΞ.

φράσαι θέλω σοι πρῶτα τἀμαυτοῦ. τὸ γὰρ

V. 231. *ἤνυτον*, adveni, viam confeci. Sic infra 799. *ταχύς.* Hanc lectionem servavit Scholiastes. Vulgo *βραδύς*, quo vocabulo verba *σχολῇ ταχὺς* exposita fuisse videntur. Erf.

V. 232. Cod. Par. *βραδεῖα.* Affert Plutarchus *περὶ τοῦ ἀκούειν* p. 48. A.

V. 234. *σοί.* Recte post hanc vocem interpungitur in August. b. et Ald. Eodem plane modo *σοῦ* in versus initio positum Oed. T. 546. De dativo cum verbis veniendi vid. Musgr. ad Phoen. 310. et Abresch. lectt. Aristaen. p. 71. [*Ἵκοντο ἐπειγομένοις* Homer. Il. XII. 374. Erf. Ex Addendis.] *Σοὶ* ita collocatum aliud est, quam *δεῦρό σοι μολεῖν.* Est enim pro copiosa custodis oratione explicandi caussa additum, postremo vicit, ut huc irem, ad te. Parum considerate V. D. in Diar. class. f. XXXIII. p. 56. scribi voluit, *σοὶ δ', εἰ τὸ μηδὲν ἐξερῶ, φράσω δ', ὅμως*, conferri iubens versum 67. qui ipse versus eum monere debebat, ut ita hic ne corrigeret.

V. 235. August. b. [La. R. Vat.] *πεφραγμένος.* schol. *ἠσφαλισμένος. γρ. δὲ καὶ δεδραγμένος, ὅπερ πρὸς τὸ ἐλπίδος συνάψεις.* Erf.

V. 238. *πρῶτα.* Turnebus e Triclinio pessime

πρᾶγμ' οὔτ' ἔδρασ', οὔτ' εἶδον ὅςτις ἦν ὁ δρῶν·
οὐδ' ἂν δικαίως ἐς κακὸν πέσοιμί τι.

ΚΡΕΩΝ.

εὖ γε στοχάζει, κἀποφράγνυσαι κύκλῳ
τὸ πρᾶγμα. δηλοῖς δ' ὥς τι σημανῶν νέον.

ΦΥΛΑΞ.

τὰ δεινὰ γάρ τοι προςτίθησ' ὄκνον πολύν.

πάντα. Parmeno servus apud Terentium in Eunucho V. 5.

Here, primum te arbitrari id quod res est velim:
quidquid huius factum 'st, culpa non factum 'st mea.

Pari modo Sostrata marito suo ait in Heautontim. IV. 1.

Primum hoc te oro, ne quid credas me advorsum edictum tuum
facere esse ausam. Brunck.

V. 241. εὖ γε στοχάζει, belle, i. e. commodi tui probe memor, coniicis s. iudicas, te non dignum esse, qui in malum quodpiam incidas. Erf.

V. 242. σημανῶν. Sic E. T. Augnst. [et Dresd. a. R. Vat.] ut legendum esse monuerat Valckenarius ad Phoen. p. 384. Apud Terentium Syrus servus, audita praemunitione Sostratae, eamdem coniecturam facit:

Nescio quid peccati portat haec purgatio. Br.

Vulgo σημαίνων, neque id male: indicare volens, afferens. Qui τί coniecit, censor Exp. Cyri Popponis in diar. litt. Hal. 1827. n. 195. p. 713. conferri iubens Plat. Protag. p. 311. B. et Eur. Iph. T. 557. valde dissimilia confudit.

ΚΡΕΩΝ.

οὔκουν ἐρεῖς πότ', εἶτ' ἀπαλλαχθεὶς ἄπει;

ΦΥΛΑΞ.

καὶ δὴ λέγω σοι. τὸν νεκρόν τις ἀρτίως
θάψας βέβηκε, κἀπὶ χρωτὶ διψίαν
κόνιν παλύνας, κἀφαγιστεύσας ἃ χρή.

ΚΡΕΩΝ.

τί φής; τίς ἀνδρῶν ἦν ὁ τολμήσας τάδε;

ΦΥΛΑΞ.

οὐκ οἶδ'. ἐκεῖ γὰρ οὔτε τοὺ γενῇδος ἦν
πλῆγμ', οὐ δικέλλης ἐκβολή· στύφλος δὲ γῆ
καὶ χέρσος, ἀῤῥὼξ οὐδ' ἐπημαξευμένη

V. 246. *Διψίαν κόνιν* attigit Eustathius p. 666, 57. (535, 25.)

V. 247. *κἀφαγιστεύσας*, i. e. *καὶ ἐφαγιστεύσας.* Glossa in T. et Dresd. a. *ἐπ' ἐκεῖνον καθοσιώσας.* — *ἃ χρή.* Sic membr. August. b. Dresd. a. et Aldus. Triclinius *χρῆν.* Erf.

V. 249. *γενῇδος.* Hesychius: *γενῇδα, ἀξίνην, πέλεκυν.* quae interpretatio non optime huic loco convenit, ut potius ligonem intelligi putem, diversum quidem a *δικέλλῃ*, ut sunt ubique duo ligonum genera, unum, quod supra caput elevatur, aliud, quod pedis ope deorsum in terram deprimitur. Musgr.

V. 250. *οὔτε — οὐ.* Satis frequens est haec constructio, cuius exempla congessit Schaeferus ad L. Bos. pag. 228. s. Erf. Respicit Suidas v. *στυφλός.*

V. 251. Voc. *χέρσος* non satis distinguitur a praecedente *γῇ*, neque tamen ideo sollicitandum est. Similiter Eurip. Phoen. 21. *ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα καὶ σπείρας βρέφος.* Talia pleonasmorum numero

τροχοῖσιν, ἀλλ' ἄσημος οὑργάτης τις ἦν.
ὅπως δ' ὁ πρῶτος ἥμιν ἡμεροσκόπος
δείκνυσι, πᾶσι θαῦμα δυςχερὲς παρῆν.
ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὔ·
λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις.
σημεῖα δ' οὔτε θηρός, οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.
λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐῤῥόθουν κακοί,
φύλαξ ἐλέγχων φύλακα. κἂν ἐγίγνετο

---

exemit Hermannus in Museo antiquitatis studiorum Vol. I. p. 204. Erf. Male interpungebatur *καὶ χέρσος ἀῤῥὼξ, οὐδ'* — Tacite correxit Elmsleius ad Bacchas 1135. *χέρσος* adiectivum est. Reisigius quum in Comm. crit. ad Oed. Col. p. 380. ut deformitatem quae ipsi videbatur Atticae dialecti removeret, *οὐδέ γ' ἡμαξευμένη* scribendum censuit. vereor ne de dialecto non rectius iudicaverit, quam iudicavit de particula *γέ*. De spiritu videndus H. Stephanus in Thes. T. I. p. 381. sive ed. novae p. 1909. in verbo *καθαμαξεύω*.

V. 255. Prima Turnebi ed. *ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο.* Et sic codd. Antea edebatur *οὐδὲν γὰρ ἠφάνιστο,* sed Iunt. sec. sic: *ὃ μὲν οὐδὲν, γὰρ ἠφάνιστο.* De verbo eo Toup. ad Suid. Vol. I. p. 92.

V. 260. *φύλαξ ἐλέγχων φύλακα*, pro *φύλακος ἐλέγχοντος*. Nominativus absolutus per ablativum absolutum latine reddendus. Huius schematis exempla protuli ad Aeschyli Persas 120. quibus adde Eurip. Iphig. T. 701. Ion. 945. Hipp 23. Vtrumque casum in eadem phrasi iungit Lysias p. 812. edit. Reiskii: *ὥςτε οὐκ ἔτι ὧν οὗτοι κλέπτουσιν ὀργίζεσθε, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ λαμβάνετε, χάριν ἴστε, ὥσπερ ὑμεῖς τὰ τούτων μισθοφοροῦντες, ἀλλ' οὐ τούτων τὰ ὑμέτερα κλεπτόντων.* Brunck. Adde Elmsl. ad Bacch. 1130.

πληγὴ τελευτῶσ᾽· οὐδ᾽ ὁ κωλύσων παρῆν.
εἷς γάρ τις ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος,
κοὐδεὶς ἐναργής, ἀλλ᾽ ἔφλεγε τὸ μὴ εἰδέναι.

V. 262. Schol. Rom. εἰ γάρ τις praefixum habet, fortasse librarii aut typographi errore, quum Elmsleius εἷς ediderit. Nec tamen hoc sensu caret, si interpungas, εἰ γάρ τις, ἦν ἕκαστος οὐξειργασμένος, vel, εἰ γάρ τις ἦν, ἕκαστος οὐξειργασμένος.

V. 263. Vulgo ἔφευγε τὸ μὴ εἰδέναι. Porsonus ad Eurip. Med. 139. 140. I. (p. 402. ed. rec. Lips.) citat: ἀλλ᾽ ἔφυγε τὸ μὴ εἰδέναι, me quidem, quae vis h. l. sit aoristi, non intelligente. Servandum itaque imperfectum esse ratus articulum expunxi. De particula μὴ post verba negativae vel prohibitivae facultatis vid. Hermann. ad Viger. p. 777. et in Museo antiq. stud. Vol. I. p. 218. Erf. Rectissime Porsonus ἔφυγε, quod plusquamperfecti vim habet: „amoliens a se accusationem scire sese negaverat," ideoque non erat ἐναργής. — Conf. Heindorf. ad Plat. Sophist. p. 339. Eivsdem adnot. MS. Frustra Porsoni correctionem defendere conatur Erfurdtius, occupatam illam iam, ut Wunderus monuit, in ed. Francofurtana a. 1567. cui addenda Vitebergensis a. 1585. Nam οὐκ ἔφυγον τὸ μὴ εἰδέναι est, non devitavi quo minus scirem, i. e. omnino scivi. Illud autem, ἔφυγον τὸ μὴ εἰδέναι est, devitavi, ut ne scirem, i. e. contigit mihi nescire. Iam quum hic, quae praecedunt, duobus modis intelligi possint, neutri apta est ista locutio. Nam aut hoc dicit custos: unusquisque fecisse putabatur: de nullo tamen constabat: tum adiicere debebat, sed contigit ei nesciri, qui fecisset, non autem, contigit ei, ut ipse nesciret. Aut hoc vult: unumquemque putabamus fecisse, nullum tamen manifesto tenentes:

ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῷ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.

---

tum aut idem illud addere debuit, sed contigit cuique nesciri qui fecisset, aut hoc dicere, sed non contigit nobis, ut sciremus. Quae quum ita sint, patere puto, locum corruptum esse. Ac valde antiquum hoc, ut videtur, mendum est, siquidem scholiastes sententiam declarare satis habuit his verbis: ἕκαστος μὲν γὰρ τὸν πλησίον ἐδόκει πεπραχέναι, ἀκριβῶς δὲ αὐτὸν κατελέγχειν οὐκ ἠδύνατο. Sanasse locum mihi videor certa emendatione. Hoc dicit: sed urebat nos, quod nesciremus nec certo possemus dicere. Transferri verbum φλέγειν ad animi cruciatum, satis constat: vide Oed. Col. 1695. Aristoph. Nub. 992. Accedit quod φεύγειν et φλέγειν etiam alibi permutata inveniuntur, ut apud Eurip. Ion. 84. conf. Brunck. ad Aristoph. Thesm. 1041.

V. 264. Nescio an antiquius aliud exstet superstitionis illius testimonium, qua diu captae fuerunt septentrionalium omnium populorum mentes. Nihil in historia notius, quam purgationes, quibus, adhibito sacramento, rei obiecta crimina amoliebantur, et innocentiam suam comprobabant. Earum diversa erant genera, quae omnia communi nomine indigetabantur, Iudicium Dei. Sollemnis fuit purgatio per ferrum candens: alia per medium ignem incessus, qualis fuit Hirporum θαυμαστὸς ἱεροποιΐα, cuius meminit Virgilius Aen. XI. 787. et medium freti pietate per ignem cultores multa premimus vestigia pruna. Brunck. Conf. Interpretes ad Horat. Epod. XVI, 17. sqq. Erf. La. ἔχειν, supra scripto αἴρειν.

τέλος δ', ὅτ' οὐδὲν ἦν ἐρευνῶσιν πλέον,
λέγει τις εἷς, ὃς πάντας ἐς πέδον κάρα
νεῦσαι φόβῳ προὔτρεψεν. οὐ γὰρ εἴχομεν
οὔτ' ἀντιφωνεῖν, οὔθ' ὅπως δρῶντες καλῶς
πράξαιμεν. ἦν δ' ὁ μῦθος, ὡς ἀνοιστέον
σοὶ τοὔργον εἴη τοῦτο, κοὐχὶ κρυπτέον.
καὶ ταῦτ' ἐνίκα, κἀμὲ τὸν δυςδαίμονα
πάλος καθαιρεῖ τοῦτο τἀγαθὸν λαβεῖν.
πάρειμι δ' ἄκων οὐχ ἑκοῦσιν, οἶδ' ὅτι.
στέργει γὰρ οὐδεὶς ἄγγελον κακῶν ἐπῶν.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ, ἐμοί τοι, μή τι καὶ θεήλατον
τοὔργον τόδ', ἡ ξύννοια βουλεύει πάλαι.

ΚΡΕΩΝ.

παῦσαι, πρὶν ὀργῆς κἀμὲ μεστῶσαι λέγων,

V. 271. καλῶς πράξαιμεν, i. e. εὐτυχήσαιμεν. Erf.

V. 272. ὡς ἀνοιστέον σοὶ τοὔργον εἴη, rem tibi renunciandam esse. Appian. de reb. Hisp. VI, 53. Γράκχῳ τὸ τόλμημα ἀνενεγκών. de reb. civil. II, 115. Βροῦτος δ' ἀνήνεγκέ μοι. Erf.

V. 275. καθαιρεῖ, damnat. Vocem forensem esse ostendit Pollux lib. VIII. 15. Lysias adv. Agoratum: τὴν μὲν καθαιροῦσαν [ψῆφον] ἐπὶ τὴν ὑστέραν, τὴν δὲ σώζουσαν ἐπὶ τὴν προτέραν, p. 467. Eurip. Orest. 862. καθεῖλον ἡμᾶς. Musgr.

V. 277. affert scholiastes Aeschyli ad Pers. 253.

V. 278. 279. Hos versus recte Tricliniani libri choro tribuunt, nuncio in vett. libris continuatos.

V. 280. λέγων ad μεστῶσαι referendum est: Graeci enim, ubi participium vel adiectivum infinitivo iun-

μὴ 'φευρεθῇς ἄνους τε καὶ γέρων ἅμα.
λέγεις γὰρ οὐκ ἀνεκτά, δαίμονας λέγων
πρόνοιαν ἴσχειν τοῦδε τοῦ νεκροῦ πέρι.
πότερον ὑπερτιμῶντες ὡς εὐεργέτην
ἔκρυπτον αὐτόν, ὅςτις ἀμφικίονας
ναοὺς πυρώσων ἦλθε, κἀναθήματα
καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν;

---

gunt, casum, qui praecesserat, ad quemque illud pertinet, servare solent. Sic El. 1132, 33. Vid. Matthiae Gramm. §. 535. Minus bene Brunck. post *μεστῶσαι* commate interpunxit, *λέγων* cum *παῦσαι* coniungens. Erf. Seidlero scribendum videbatur *καί με*. Me quidem haec istarum vocularum collocatio valde offenderet. Quod facilius quam quidquam aliud exspectes, hoc est, Creontem nuncio iratum, ubi etiam ex choro quod non placeat audivit, ita ei respondere: tace, priusquam tu quoque me ira impleas. Id esset *πρὶν ὀργῆς καὶ σύ με μεστῶσαι*, quod nec scriptum est, nec per metrum scribi potuit. At aliud dicit, et recte quidem, quum posuit *κἀμέ*, quod est adeo me, quo significat, tam stulte loqui chorum, ut quum cuiusvis iram, tum suam, quae praecipue gravis sit, commovere possit. Id apprime convenit feroci eius et superbo ingenio.

V. 281. Affert Eustathius p. 1431, 26. (Od. 76,3.)

V. 287. *γῆν ἐκείνων.* Digna notari locutio, utpote quae ostendit deos cuiuslibet gentis tanquam mancipes eius habitos esse. Mvsgr. V. D. in Diar. class. f. XXXIII. p. 56. commate post *ἐκείνων* distingui iubet, ut *γῆν* non ad *διασκεδῶν*, sed ad *πυρώσων* referatur. Sic etiam Schaeferus. Id si voluisset poeta, scripsisset, opinor, *καὶ διασκεδῶν νόμους*. Immo post *ἦλθε* posito commate, ut in veteribus libris, etiam *ἀναθήματα* ad *διασκεδῶν* referendum est, quod verbum recte et ad *ἀναθήματα*

ἢ τοὺς κακοὺς τιμῶντας εἰςορᾷς θεούς;
οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως
ἄνδρες μόλις φέροντες ἐῤῥόθουν ἐμοί,
κρυφῇ κάρα σείοντες· οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ

---

et ad *νόμους* refertur, minus proprie ad *γῆν*. Sed nemo nescit, saepissime verbum pluribus substantivis ita adiungi, ut uni tantum eorum proprie conveniat. Etiam Eustathius consentire videtur, qui p. 706, 22. (590, 6.) haec tantum afferat, *ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων ἦλθε.*

V. 288. Male Brunckius et Erfurdtius *ἦ*. Revocavit *ἢ* Schaeferus, falsus ille tamen in eo, quod id ad *πότερον* v. 284. referri putat. Id enim fieri nequit.

V. 289. *πόλεως ἄνδρες.* Sic *ἄνδρα στρατοῦ* Ai. 1044. *τὶς στρατοῦ* ibid. 1175. Erf. Scholiastes: *ἠρέμα ψιθυρίζοντες ὕβριζόν με.*

V. 291. Aut memoria falsus, aut pravo exemplari usus Eustathius hunc locum respiciens ter diversae lectionis meminit, quae metro nequaquam accommodari potest: *κάρα σείοντες, οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως εἶχον.* Brunck.. Non ita, ut refert Brunckius, sed p. 1536, 48. (Od. 226, 7.) ex Sophocle affert, *κάρα σείοντες, οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως εἶχον.* P. autem 824, 32. (751, 18.) ut Sophocleum posuit hoc tantum, *ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως φέρειν.* Denique p. 1653, 5. (Od. 389, 33.) ita scribit: *ὅθεν ὁ τραγικὸς Οἰδίπους φησὶ τῶν τινὰς πολιτῶν μὴ ἐθέλειν ὑπὸ ζυγῷ νῶτον εὐλόφως φέρειν.* Verba *εὐλόφως φέρειν* sine auctore citat Schol. ad Ai. 61. Ex his patet, Eustathium, qui multa ex lexicographis hausit, ista non ex ipso Sophocle, sed ex mutilo lexico, in quo duo diversi loci citati erant, attulisse. *Εὐλόφως* eleganter reponit Brunckius ad Philoct. 872. in Eurip. Antig. fr. 15.

λόφον δικαίως εἶχον, ὡς στέργειν ἐμέ.
ἐκ τῶνδε τούτους ἐξεπίσταμαι καλῶς
παρηγμένους μισθοῖσιν εἰργάσθαι τάδε.
οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν, οἷον ἄργυρος,
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε. τοῦτο καὶ πόλεις
πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων·
τόδ' ἐκδιδάσκει καὶ παραλλάσσει φρένας
χρηστὰς πρὸς αἰσχρὰ πράγμαθ' ἵστασθαι βροτῶν·

V. 292. Rarius est apud antiquiores ὡς de effectu, non de consilio dictum. Sic v. 303. et apud Aeschylum Pers. 509. Saepe invenitur apud recentiores, plerumque praegresso οὕτως vel similis potestatis vocabulo.

V. 293. τούτους, h o s e x c u b i t o r e s. Mvsgr.

V. 296. Νόμισμα quo significatu hic accipiendum sit, Euripidei Oedip. fr. V. docet:

οὔτοι νόμισμα λευκὸς ἄργυρος μόνον
καὶ χρυσός ἐστιν. —

Ἔβλαστε. Nota syllabam ante βλ correptam. Sic ἔβλαστες Phil. 1311. et ἔβλαψε in fragmento incerti poetae ap. Schol. ad Antig. 620. ed. Brunck. Huc sine dubio pertinet etiam ἔβλαστε Oed. T. 1376. Trach. 401. El. 238. Vid. Porson. ad Eurip. Hec. 302. Erf. Animadvertit Erfurdtius postea, in hoc Antigonae versu non fuisse, cur de correptione ante βλ diceret. Νόμισμα est i n s t i t u t u m. Quae ex Oedipo Euripidis affert Eustathius, iis reliqua verba addere debebat, quae haec sunt: ἀλλὰ κἀρετὴ βροτοῖς νόμισμα κεῖται πᾶσιν· ᾗ χρῆσθαι χρεών.

V. 299. ἵστασθαι. Herodot. VIII. 60. οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς ἀνθρωπηΐας γνώμας. Thucyd. IV. 56. πρὸς τὴν ἐκείνων γνώμην ἀεὶ ἕστασαν. Idem VI. 34. τῶν δὲ ἀνθρώπων πρὸς

πανουργίας δ' ἔδειξεν ἀνθρώποις ἔχειν,
καὶ παντὸς ἔργου δυςσέβειαν εἰδέναι.
ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδε,
χρόνῳ πότ' ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.
ἀλλ' εἴπερ ἴσχει Ζεὺς ἔτ' ἐξ ἐμοῦ σέβας,
εὖ τοῦτ' ἐπίστασ', ὅρκιος δέ σοι λέγω,
εἰ μὴ τὸν αὐτόχειρα τοῦδε τοῦ τάφου
εὑρόντες ἐκφανεῖτ' ἐς ὀφθαλμοὺς ἐμούς,
οὐχ ὑμὶν Ἅιδης μοῦνος ἀρκέσει, πρὶν ἂν
ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν,
ἵν' εἰδότες τὸ κέρδος ἔνθεν οἰστέον,

τὰ λεγόμενα αἱ γνῶμαι ἵστανται. Philippus rex apud Demosthenem p. 283 *κατὰ τὸ συμφέρον ἱσταμένων.* Plutarchus Vol. II. p. 74. A. *πρὸς ὁρμήν τινα βίαιον ἱσταμένους.* Mvsgr. La. *βροτούς,* superscripto *ῶν.*

V. 301. *δυςσέβειαν εἰδέναι.* Sic *δίκαια εἰδέναι* Eurip. Helen. 932. ubi plura Musgr. Erf.

V. 302. Adnotatam a me inveni coniecturam, in quam Seidlerus olim incidit, *ὅσοι δὲ μισθαρνοῦντες ἤνυσαν τάδ', οὐ χρόνῳ πότ' ἐξέπραξαν ὡς δοῦναι δίκην.* Recte vero libri. Nam *χρόνῳ* nihil aliud est quam aliquando, sive id mavis dicere postremo.

V. 309. *δηλώσηθ' ὕβριν.* antequam indicaveritis, quae ratio fuerit huius iniuriae. Il. *Α.* 74. *μυθήσασθαι μῆνιν*, causam irae indicare. Erf. Immo, quis hoc facinus perpetraverit.

V. 310. *ἵν' εἰδότες κ. τ. λ.* Acerbissima irrisio, qua facere iubentur, quorum faciendorum adempta erit facultas. Erf.

τὸ λοιπὸν ἁρπάζητε, καὶ μάθηθ' ὅτι
οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν.
ἐκ τῶν γὰρ αἰσχρῶν λημμάτων τοὺς πλείονας
ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ σεσωσμένους.

V. 311. Pro vulgato ἁρπάξητε, quod Lobeckius ad Phrynichum in ἁρπάσητε mutari iubet, ex codd. Aug. La. Vat. dedi ἁρπάζητε, probatum Elmsleio ad Med. 31. not. sec. Ac praesens etiam rectius ad sensum, quia τὸ λοιπὸν addidit, ut de saepius captando lucro cogitandum sit.

V. 313. τοὺς πλείονας. Nota articulum sequente particula ἤ. Timocles ap. Athen. p. 223. D. ἅπαντα γὰρ τὰ μείζον' ἢ πέπονθέ τις ἀτυχήματ' ἄλλοις γεγονότ' ἐννοούμενος. — Sic Oed. Col. 795. ἐν δὲ τῷ λέγειν Κάκ' ἂν λάβοις τὰ πλείον' ἢ σωτήρια. Erf. Non ubique ὁ πλείων ante ἢ dici potest, sed tum demum, quum aliud quid additur, quo comparativus revera spectat. In locis Sophocleis haec subest sententia: τοὺς πολλοὺς vel πλείστους ἴδοις ἂν μᾶλλον ἀτωμένους ἢ σεσωσμένους; τὰ πολλὰ vel πλεῖστα λάβοις ἂν κακὰ μᾶλλον ἢ σωτήρια. Vbi huiusmodi explicatio locum non habet, ibi abesse debet articulus. Schaeferus: „Sane notandus articuli usus, cuius κριτήριον habeo hanc verborum inversionem: πλείονας τοὺς ἀτωμένους ἴδοις ἂν ἢ τοὺς σεσωσμένους, τὰ κακὰ ἂν λάβοις πλείονα ἢ τὰ σωτήρια." Non satis intelligo mentem viri doctissimi. Nam dici quidem haec ita ut ipsi placet potuisse apertum est: sed si ex his inversa esse censuit ea, quae scripta apud Sophoclem exstant, factum credidit quod fieri non magis potest, quam ut dicatur ἴδοις ἂν τοὺς πολλοὺς ἀτωμένους pro ἴδοις ἂν πολλοὺς τοὺς ἀτωμένους. Nam ut re eodem redeant, modo tamen quo cogitantur diversissima sunt, is maior numerus est, qui est da-

ΦΥΛΑΞ.
εἰπεῖν τι δώσεις; ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω;
ΚΡΕΩΝ.
οὐκ οἶσθα καὶ νῦν, ὡς ἀνιαρῶς λέγεις;
ΦΥΛΑΞ.
ἐν τοῖσιν ὠσὶν, ἢ 'πὶ τῇ ψυχῇ δάκνει;
ΚΡΕΩΝ.
τί δὲ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου;

---

mnum consequutorum, quam qui est lucrum adeptorum, et, plures numero sunt, qui damnum, quam qui lucrum fecerunt. Patet id in tali exemplo, quale hoc est Euripidis Bacch. 875. 895. τί τὸ σοφόν, ἢ τί τὸ κάλλιον παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς, ἢ χεῖρ' ὑπὲρ κορυφᾶς ἐχθρῶν κρείσσω κατέχειν. Num invertere licet, τί κάλλιον τὸ παρὰ θεῶν γέρας ἤ? Nequaquam. Timoclis locum, qui eodem modo scriptus apud Stobaeum CXXIV. 19. exstat, non debebat huc trahere Erfurdtius. Nam in eo τὰ non pertinet ad μείζονα, sed haec est verborum constructio, ἅπαντα τὰ ἄλλοις μείζονα ἢ πέπονθέ τις γεγονότα ἀτυχήματα. Quamquam valde vereor, ne proclivi lapsu, cuius aliquot exempla dedit Porsonus ad Hecub. p. 100. τὰ scriptum sit a librariis pro τις. Id certe ad loci illius sententiam multo est accommodatius. Caeterum Sophoclis hos duos versus affert Etym. M. in v. ἀτωμένη p. 168, 25.

V. 315. La. εἰπεῖν δεδώσεις, sed supra scripto τι.

V. 318. τί δέ; ῥυθμίζεις — Sic in August. In E. πῆ δὲ — Membr. [et Dresd. a.] ut impressi, τί δαί. Triclinii glossa, διὰ τὸ μέτρον. Absque hoc sartum est metrum: vocalis brevis ante ρ produci-

ΦΥΛΑΞ.

ὁ δρῶν σ' ἀνιᾷ τὰς φρένας, τὰ δ' ὦτ' ἐγώ.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμ' ὡς λάλημα δῆλον ἐκπεφυκὸς εἶ.

---

tur. Vide ad Oed. T. 847. Hunc versum Grotius nescio unde, sed mire depravatum, inter Sophoclis incerta fragmenta retulit:

τί δαί, ῥιπίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὀπί.

eumque sic vertit: Tua verba vero suscitant luctus meos. Brvnck. Τί δὲ monente Porsono ad Eurip. Med. 1008. habet etiam Plutarchi de Garrul. p. 509. D. editio Aldina. Interpunctionem autem post τί δὲ in August. b. et Ald. elegantius abesse cum Hermanno iudico. — ὅπου, (Plut. ὅπη) id est, ὅπου ἐστί. Conf. Ai. 103. et 118. Erf. La. Ricc. τί δαὶ.

V. 319. Pronomen σ' in Triclinianis est et in La. Vat. et in scholiis Romanis et apud Plutarchum. Ald. Iuntt. et aliae vett. edd. omittunt.

V. 320. λάλημα. Id est λαλητής. Res pro persona. Sic in Ai. 381. 389. Vlysses ἄλημα appellatur. Brvnck. ἄλημα hic quoque legisse Scholiastam Schneiderus in Lex. Graec. s. v. ἄλημα ex eo coniicit, quod ille in expositione sua verbis περίτριμμα τῆς ἀγορᾶς οἷον πανοῦργος utatur, quum voc. ἄλημα in priore Aiacis loco per τρίμμα, in posteriore per πανούργημα ἢ περίτριμμα explicuerit. Pro δῆλον August. b. δῆλος, quae scriptura cur probari non possit, in aperto est. Habet tamen hanc virtutem, quod monet, ne corrigamus. Erf. Δοῦλον scribendum coniiciebat Beckius in diss. de Eurip. Rheso p. 461. not. 5. At alia huius loci ratio est, quam illius, cui hunc comparat, Iphig. Aul. 313.

ΦΥΛΑΞ.

οὔκουν τό γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.

V. 321. *εἰμὶ ποιήσας ποτέ.* Sic optime in E. Aldus et membr. [et La.] *οὔκουν τόδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.* In T. *τοῦτο ποιήσας ἐγώ.* Vnde Valckenarius ad Phoen. p. 269. coniiciebat legendum *τοῦτο ποιήσας ἔχω.* Brvnck. Difficile est locum sic constituere, ut nemini non satisfacias. Equidem, re diligenter pensitata, cur a Brunckiano textu discedam, caussae nihil video. Nam quod in August. b. conspirante illo cum Aldina et membranis, *εἰμὶ* supra *ποιήσας* scriptum est tamquam interpretatio, ecquis inde colligat, si qui codices idem in ipso textu exhibent, eos glossam potius quam genuinam poëtae manum repraesentare? Ac videtur h. l. aptissimum *εἰμὶ ποιήσας*, i. e. feci, aptius etiam, quam, quod paullo fortius esset, *εἴμ' ὁ ποιήσας*, is sum, qui fecit. Hermannus et Schaeferus, Aldinae uterque lectioni insistens, scribendum coniecerunt, ille, *οὔκουν τό γ' ἔργον* (vel *οὔκουν πότ' ἔργον*) *τοῦθ' ὁ ποιήσας ἐγώ*, hic in Melet. crit. p. 114. et ad L. Bos. p. 608. *οὔκουν ὅδ' ἔργον τοῦτο ποιήσας ποτέ.* Erf. Soloece ille quidem. Scholiastes male: *ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτε ἐφλυάρησα.* Reposui una littera mutata *τό γ'* pro *τόδ'*. Ita iam Reiskius. Haeserunt in hoc loco et librarii et interpretes, quod eum non recte intelligerent. Non dicit simpliciter, non ego sum is, qui fecit hoc facinus, quod necessario dicendum fuisset cum articulo *ὁ ποιήσας*, sed, ut solent, qui respondent, oratione uti pendente ex affirmatione vel negatione, quae in respondendo intelligitur, hoc dicit: non sum loquax, certe non qui hoc perpetraverim facinus. Metuit enim, ne suspicionem a se avertere velle multa loquendo videatur.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ ταῦτ' ἐπ' ἀργύρῳ γε τὴν ψυχὴν προδούς.

ΦΥΛΑΞ.

φεῦ·
ἦ δεινὸν, ᾧ δοκεῖ γε, καὶ ψευδῆ δοκεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

κόμψευε τὴν δόκησιν· εἰ δὲ ταῦτα μὴ
φανεῖτέ μοι τοὺς δρῶντας, ἐξερεῖθ' ὅτι
τὰ δειλὰ κέρδη πημονὰς ἐργάζεται.

V. 323. Deest φεῦ in Aug. b.

V. 323. ᾧ δοκεῖ γε. Sic in E. ut apud Scholiastam. Ceteri, ut vulgo, ἣν δοκῇ γε. Brunck. La. ᾧ δοκεῖ γε, supra scripta altera lectione.

V. 324. κόμψευε. De hoc verbo vid. Ruhnk. ad Timaeum p. 154. sq. Recte vertit Brunckius: de suspicione argutare quantumvis. Pro τὴν δόξαν August. b. τὸ δόξαν, non male. Moschopulus περὶ σχεδῶν p. 20. et p. 62. pro νῦν τὴν δόξαν citat τὴν δόκησιν, quibus vocibus in expositione vulgatae utitur scholiastes. Erf. Moschopulo auctore hoc recepi, non solum quod is eam scripturam bis, et in priore quidem loco de ipso illo vocabulo δόκησις dicens exhibet, sed etiam quod ea vox hic aptior videtur quam quod in vulgato est κόμψευε νῦν τὴν δόξαν, quam scripturam pariter ut τὸ δόξαν codicis Aug. ab interpretibus profectam puto. Nec certo colligas non ita legisse scholiastam ex verbis eius: σεμνολόγει· τὴν δόκησιν περιλάλει. Codicem Augustanum sequutus est Boissonadus.

V. 326. Perperam in impressis τὰ δεινά. Brunck. Sic etiam August. b. et Dresd. a. δειλὰ pro var. lect. habet schol. et Turn. in marg. Erf. Τὰ δειλὰ

ΦΥΛΑΞ.

ἀλλ' εὑρεθείη μὲν μάλιστ'· ἐὰν δέ τοι
ληφθῇ τε καὶ μή, τοῦτο γὰρ τύχη κρινεῖ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως ὄψει σὺ δεῦρ ἐλθόντα με.
καὶ νῦν γὰρ ἐκτὸς ἐλπίδος γνώμης τ' ἐμῆς
σωθείς, ὀφείλω τοῖς θεοῖς πολλὴν χάριν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Πολλὰ τὰ δεινά, κοὐδὲν ἀν-
θρώπου δεινότερον πέλει.
τοῦτο καὶ πολιοῦ πέραν

κέρδη dicit, quia ignavi est, lucri caussa clam illicita facere. His dictis abit Creon. Nam ex iis, quae respondet custos, prima tantum verba eiusmodi sunt, ut audiente Creonte dici possint. Vidit hoc et indicavit scholiastes.

V. 327. La. σοι superscripto τ.

V. 334. τοῦτο. id est κατὰ τοῦτο. Brunck. Ellipsis hic non magis est, quam v. 389. Vid. Herm. in Mus. ant. stud. Vol. I. p. 169. sq. Erf. Scholiastes, quem probat V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. ad τοῦτο supplet τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων. Immo infinite positum est pronomen, nullo certo nomine intellecto. Comparari potest supra v. 295. sq. et Aristoph. Pac. 25. *Καὶ* vel est etiam, vel, si ad aliud sequuturum καὶ refertur, mutata constructione subiici τὲ putandum est. Hic tamen etiam interpretandum arbitror, referendumque, ut omnis huius loci ratio ostendit, aeque ad terram ut ad mare. Neque enim καὶ — τέ pro et — et, sed τε — καὶ dicitur. Nec Latini et — que pro et — et dicunt, ut multis re non recte perpensa visum est: e. c. in Cic. Acad. I. 10. §. 37.

πόντου χειμερίῳ νότῳ
χωρεῖ, περιβρυχίοισιν
περῶν ὑπ' οἴδμασιν,
θεῶν τε τὰν ὑπερτάταν, Γᾶν
ἄφθιτον, ἀκαμάταν ἀποτρύεται,
ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος,

V. 335. *χειμερίῳ νότῳ.* Sic *ἀνέμῳ νότῳ* Athen. p. 109. A. nimboso vento Ovid. ex Ponto II. 3, 27. Erf. Quid ad Sophoclem Demetrii *ἀνέμῳ νότῳ*?

V. 337. *περῶν.* Sic E. T. gl. *διερχόμενος.* Perperam in aliis *πτερῶν.* — *ἐπ' οἴδμασι.* Sic etiam E. alii *ὑπ' οἴδμασι.* Brvnck. Solus, quod sciam, iste Brunckii codex *ἐπ'*. Caeteri omnes *ὑπ'*, idque revocavi. Notissimus hic usus huius praepositionis: inter alluentes undas.

V. 338. *θεῶν τὰν ὑπερτάταν.* Sic terram vocat propter vetustatem, quum Deorum pariter atque hominum mater esse perhibeatur. [Terram non propter vetustatem vocat *θεῶν ὑπερτάταν*, sed eadem ratione, qua Diana *θεῶν ἄνασσα* dicitur Eurip. Iphig. A. 1523. Vid. Lobeck. ad Sophocl. Aiac. 697. Sophocl. Triptolem. fr. *ἦλθεν δὲ Δαὶς θάλεια πρεσβίστη θεῶν.* Erf. Ex Addendis.] Nimirum istae appellationes deum designant eo de quo sermo est in negotio prae caeteris colendum. Hic quidem Terram *ὑπερτάταν θεῶν* dicit, quod homo etiam quae ut rerum omnium genitrix et benefica altrix sanctissime habenda est, aratro proscindit.

V. 340. *ἰλλομένων.* Aldus et membr. *παλλομένων.* Ceteri *εἰλομένων.* Vide doctos viros ad Timaei glossam in Lex. Platon. *γῆν ἰλλομένην.* Brvnck. *ἰλλομένων* pro var. lect. memorat Schol. Erf. Nam in La. est *ἀπλομένων* in textu. Vat. *εἰλομένων.*

ἱππείῳ γένει πολεῦον·

ἀντιστρ. α΄.

κουφονόων τε φῦλον ὀρ-
νίθων ἀμφιβαλὼν ἄγει,

Aug. b. *εἱλομένων*. Ricc. *εἰλημένων*. Iunt. *τειλλομένων*.

Ibid. *ἔτος εἰς ἔτος*. Sic tres codd. ut legendum esse metrica ratio evincit. In membr. ut apud Aldum *ἔτους εἰς ἔτος*. Brvnck. *ἔτος εἰς ἔτος* etiam Dresd. a. et August. b. quem tamen Brunckius trium illorum codd. mentione complexus esse videtur, et tres Laurentiani et Ricc. Scholiastam Rom. *ἔτος ἐξ ἔτους* legisse coniicias. Erf.

V. 341. Dresd. a. *πολεῦον*, ut scribendum censebat H. Stephanus. *πορεῦον* Turneb. pro var. lect. Erf. Etiam tres Laurentiani et Vat. *πολεῦον*. Ricc. *πολεύον*. Recte iudicavit Stephanus. Referuntur huius strophae participia ad *τοῦτο* v. 334. in antistropha autem subiectum quod vocant est *ἀνήρ*. Eaque commutatio magis poeticam reddit orationem. Servavi descriptionem versuum, quam dedit Erfurdtius. Libri veteres, quamvis in prava metrorum dispositione, tamen non male spondeum, quo hic versus incipit, hic et in antistropha praecedenti versui adiungunt. Certum est tres ultimos versus una numeri perpetuitate cohaerere. Quod si recte libri veteres hunc spondeum penultimo versui adiiciunt, erit hic pentameter dactylicus, pedibus omnibus aequali mensura incedentibus; sin Erfurdtii descriptio vera est, non aliter concinni erunt numeri, quam si ultimus versus ex trochaeo semanto et ithyphallico compositus habebitur.

V. 342. *κουφονόων*. Libri omnes *κουφονέων* mendose. Brvnck. Etiam La. ex emendatione: antea *κοῦφον ἔον*. Ricc. *κοῦφον νέον*.

καὶ θηρῶν ἀγρίων ἔθνη,
πόντου τ' εἰναλίαν φύσιν
σπείραισι δικτυοκλώστοις,
ἀριφραδὴς ἀνήρ·
κρατεῖ δὲ μηχαναῖς ἀγραύλου
θηρὸς ὀρεσσιβάτα, λασιαύχενά θ'
ἵππιον ἑξέτε' ἀμφὶ λόφον ζυγοῖ,

V. 344. *καὶ θηρῶν.* Sic Aldus et membranae. In E. et August. b. [Vat.] *καὶ θηρίων.* Reliqui *θηρίων τ'*, quod recepit Brunckius, improbante me propterea, quod voc. *θὴρ* magis poeticum est quam *θηρίον.* Erf. Immo plane a poesi tragica alienum est *θηρίον.*

V. 345. August. b. Ald. Brunck. *ἐναλίαν*, repugnante metro. „*φύσιν*, sobolem, gentem. Sic Lucret. I, 16. natura animantum. Idem I, 57. Omnis divum natura." Mvsgr.

V. 347. Vulgo *περιφραδής.* Exquisitius est *ἀριφραδής*, quod reposui ex Eustathio p. 135. [25. (102, 17.)] *φραδὴς, φραδέος, ἀπὸ τοῦ φράζω. ὡς τὸ, φραδέος νόου ἔργα τέτυκται. ὅθεν σύνθετον ὁ παρὰ Σοφοκλεῖ ἀριφραδὴς ἀνήρ, καὶ ὁ πρὸς διαστολὴν αὐτοῦ βαρυνόμενος Ἀριφράδης, τὸ κύριον.* Erf.

V. 348. Bene adnotavit scholiastes, quum ante de capiendis feris loquutus esset chorus, hic eum de domandis et mansuefaciendis loqui.

V. 350. *ὑπάξεται.* Metro flagitante praepositionem restitui a librariis omissam. Aldus et veteres codd. habent *ἄξεται.* Triclinii interpolationes nihil moror. Brvnck. Brunckium sequutus erat Erfurdtius. Neque aliter Matthiae in Gramm. Gr. §. 503. (502. ed. sec.) sect. 4. ubi hunc locum iis accenset, in quibus futurum ea, quae solent fieri, significet.

At haec futuri potestas tantummodo in conditionali sententia locum habet. Quare hic ferri futurum nequit. Absonum est enim hoc dici: si voluerit, etiam equum et taurum domabit. Rectius equi taurique praegressa mentione dicere potuerat: si volet, etiam immanissimas quasque domabit belluas. Librorum antiquorum consentiens scriptura haec est: λασιαύχενά θ' ἵππον ἄξεται ἀμφίλοφον ζυγόν, nisi quod in cod. Aug. et Vat. ἄξετ' est. Aliam discrepantiam mox memorabo. Triclinii recensio, λασιαύχενά θ' ἵππον ἑλὼν ἄγετ' ἀμφίλοφον ζυγόν. qua mutatione nihil turpius fingi potuit. Scholiastes: ἀμφίλοφον ζυγόν. ἀντὶ τοῦ περιβαλὼν αὐτῷ ζυγὸν περὶ τὸν λόφον ὑπάγει. ἢ ἀμφίλοφον, τὸν ἀμφιτράχηλον, τὸν ἀμφοτέρωθεν συνέχοντα τοὺς λόφους τῶν ὑποζυγίων. καὶ λείπει ἡ ὑπο· ὑπὸ ζυγὸν ἄγει. Apertum esse puto, verba scholio praefixa sic scripta fuisse, ἀμφὶ λόφον ζυγόν. His ego indiciis locum iam antiquitus foede corruptum audacius quidem, sed leni tamen mutatione ita restituendum puto: λασιαύχενά θ' ἵππιον ἐξέτε' ἀμφὶ λόφον ζυγοῖ, οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Sensus est, λασιαύχενά θ' ἵππιον λόφον ἀμφιζυγοῖ, οὔρειόν τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Rarius verbum est ζυγοῦν, ex quo ζυγωτὰ ἅρματα in Electra v. 702. Id proprie est iugum addere, inde domare. Photius: ζυγώσω, καθέξω, δαμάσω. Eadem ex Pausania affert Eustathius p. 956, 7. (935, 50.) Hesychius autem solum δαμάσω, aliis adiectis, habet. Ἐξέτεα autem ipsum florem aetatis, et robur iuventae domitu difficillimum significat. Aristoteles H. A. VI. 22, 3. de equis: ἡ μὲν οὖν θήλεια πέντε ἐτῶν τέλος λαμβάνει μήκους καὶ ὕψους· ὁ δ' ἄῤῥην ἓξ ἐτῶν. Plinius H. N. VIII. c. 42. sive sect. 65. „eaedem quinquennio finem crescendi capiunt, mares anno addito.“ Hoc ipsum significasse Sophoclem eo minus dubium videtur, quod ducem sequutus est Homerum. Is Iliad. ψ. 265. ἀτὰρ αὖ

οὔρειόν τ' ἀκμῆτα ταῦρον.

στροφὴ β'.

καὶ φθέγμα, καὶ ἠνεμόεν

τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν ἑξέτε', ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν, et eodem in libro v. 655. qui locus praecipue huc facit, ἡμίονον ταλάεργον ἄγων κατέδησ' ἐν ἀγῶνι, ἑξέτε', ἀδμήτην, ἥτ' ἀλγίστη δαμάσασθαι. Apte ibi Eustathius ἀλγεινὸς μὲν γὰρ καὶ βοῦς καὶ ἵππος δαμασθῆναι μετὰ ἓξ ἔτη, ἀλγίστη δὲ καὶ οὐ ῥᾳδίως εἴκουσα ζυγῷ ἡ σφριγῶσα ἡμίονος. Hanc emendationem (equinam urbane a quodam vocari audio) in textum recipere ausus sum, propterea quod confirmari videbatur a primo Laurentiano, in quo scriptum est ἕξεται, et iterum in scholio ad ταῦρον, ἀπὸ κοινοῦ τὸ ὑπὸ ζυγὸν ἕξεται, sed hic supra positum ά.

V. 351. Vulgo ἀδμῆτα, in quo vereor ut defendi primae correptio possit. La. ἀκμῆτα. Sic etiam Ricc. cum glossa ἀδάμαστον. Id recepi, conveniens bovi aratori. Proclivis erat error librariorum, indomitum potius hic dici debere censentium.

V. 352. ἀνεμόεν. Sic August. b. et Aldus. Reliqui ἠνεμόεν, ut dedit Brunckius. Ἀνεμόεν φρόνημα non sublimem rerum scientiam, sed celeritatem consilii significare videtur. Celeres animorum motus Cic. pro Arch. 8. Sic ἠνεμόεντα λαγωὸν, pernicem leporem, Nicand. Theriac. 453. καυλοὺς ἠνεμόεντας ibid. 616. quae loca citavit Musgravius. Adde ex Hermanni notis mss. Oppian. Cyneg. I, 284. 431. III, 98. Nonni Dionys. XXIX, 52. p. 742, 29. et XXXIII, 314. p. 838, 7. Ovidianum ventosi equi Fastor. IV, 392. idem in libro de metris p. 438. comparaverat. Erf. Recte scholiastes: τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν. Argutius alter: τὴν φιλοσοφίαν, τὴν ἀέρος

φρόνημα, καὶ ἀστυνόμους
ὀργὰς ἐδιδάξατο, καὶ
δυςαύλων πάγων αἴθρια καὶ δυςομ-

δίκην τοῖς πολλοῖς ἀκατάληπτον. Caeterum communis forma *ἠνεμόεν* ex Turnebi editione fluxit, quam praeferendam putat Wunderus, quia in antistropha respondet *μηχανόεν.* Accedere videntur Elmsleii codd. ex quibus nihil adnotatum est.

V. 353. Voc. *ἀστύνομος* exstat Pindar. Nem. IX, 74. Erf. Quod in scholiis est, *καὶ ἀστυνόμους ὀργάς, τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν*, Brunckius ad *ἀνεμόεν φρόνημα* pertinere ratus est, Passovius in Güntheri et Wachsmuthii Athenaeo vol. II. fasc. 2. p. 309. indicium esse putat, scholiasten illum *ἀστρονόμους* legisse. Vulgatam recte aliud scholion agnoscit. De *ἐδιδάξατο* Moschopulus in Dictt. Att. in v. *ἐδιδάξατο: ἀλλ' ὁ Σοφοκλῆς καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφεῦρε, καὶ ἀστυνόμους ὀργὰς ἐδιδάξατο.*

V. 354. Valckenarius ad Ammon. p. 70. pro *ὀργὰς* Scholiastam legisse coniicit *ἀρχάς*, quod placet Corayo in Prodromo Bibliothecae Graecae, p. *λϛ.* ubi simul *ἐδιδάξατο* per *αὐτὸς ἑαυτὸν ἐδίδαξε* interpretatur. Non ausim vulgatam sollicitare, quum *ἀστύνομοι ὀργαὶ* de moribus et institutis civilibus recte dici potuerit. Sic *ὀργὴ* non raro idem est quod *τρόπος.* Ai. 640. *οὐκ ἔτι συντρόφοις ὀργαῖς ἔμπεδος.* nostraeque fab. 867. *αὐτόγνωτος ὀργά.* 946. *κερτομίοις ὀργαῖς.* Thucyd. III, 82. *ὁ δὲ πόλεμος — τὰς ὀργὰς τῶν πολλῶν ὁμοιοῖ.* — *δυςαύλων πάγων* gravium cubantibus pruinarum. Vide Gataker. ad Antonin. p. 232. a. B. Erf.

V. 355. Hunc versum duabus syllabis antistrophico minorem felici coniectura supplevisse mihi vi-

deor. Genitivus *Διός*, quem sequentis verbi literis initialibus absorptum esse puto, ad sententiae etiam integritatem vel maxime necessarius est. Nam quod ex vulgata loci scriptura *βέλη* tribuuntur pruinis, id si ferri quodam modo potest, at minime illis *δύσομβρα βέλη* convenire intelligitur. Quibus vero domino, Iovi pluvio, redditis, vide mihi, quam eleganter, quam poëtice, procedat oratio. Habes iam *δυσαύλων πάγων αἴθρια*, exquisitius illud dictum pro *δυσαύλους πάγους αἰθρίους*, ut *ἄσημα βοῆς* infra v. 1194. pro *ἄσημος βοή*; habes copulam, diversa, ut par erat, coniungentem, non duobus epithetis ornantibus languide interpositam. Erf. Mire argutatur Erfurdtius, qui ante *δύσομβρα* inseruerat *Διὸς* uncis inclusum. Tantum abest, ut quidquam elegantiae habeat ista correctio, ut distinctionem contineat putidissimam. Perinde est enim ac si dicas, *βέλη, αἴθρια μὲν τὰ τῶν δυσαύλων πάγων, δύσομβρα δὲ τὰ τοῦ Διός, φεύγειν.* Quod in Scholiis Romanis ad *δύσομβρα φεύγειν βέλη* adscriptum est, *εὐαίσθητός ἐστι καὶ οἰκοδομημάτων*, ita corrigendum, *οὐκ ἄνευ ἐσθῆτός ἐστι καὶ οἰκοδομημάτων.* Similiter scholiastes secundus, *τὸ δὲ αἴθρια, ἀντὶ τοῦ ἐκτὸς οἴκου.* Cod. August. edd. Iunt. secunda et Francof. a. 1555. ante *πάγων* addunt *ψυχρά*, quod nemo non videret interpretis verbum esse, etiamsi non esset ea vox in scholiis Romanis ad *αἴθρια* adscripta. In stropha neque ad sensum quidquam deest, et numeri ex anapaestis in elegantissimos dochmiacos abeunt, ut hic nullum sit corruptelae indicium. Ad *παντοπόρος* non recte Scholiastes: *εἰς πάντα μηχανὰς ἐξευρίσκων καὶ ἐπ᾽ οὐδὲν ἄπορος τῶν μελλόντων.* Non enim haec per copulam coniungi debebant. Sensus est enim, si, ut vulgo, plene post *βέλη*, commate post *παντοπόρος* interpungas, *παντοπόρος ὤν, ἄπορος ἐπ᾽ οὐδὲν ἔρχεται τὸ μέλλον.* Haec postrema vero non recte scholiastes explicat, *ἐπ᾽ οὐδὲν τῶν μελλόντων.* Aliud est enim *ἐπ᾽ οὐδὲν μέλλον*, ad nullam rem futuram, in-

βρα φεύγειν βέλη παντοπόρος·
ἄπορος ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον
φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται·
νόσων δ' ἀμηχάνων φυγὰς
ξυμπέφρασται.

ἀντιστρ. β'.

σοφόν τι τὸ μηχανόεν
τέχνας ὑπὲρ ἐλπίδ' ἔχων,
ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει·
νόμους

---

finite dictum, quam finite, ad eorum, quae futura sunt, nihil. Quorum alterum est, ad nihil, si quid futurum est; alterum, ad nihil, quod est futurum. Sed interpunctionem huius loci bene correxit Passovius in Güntheri et Wachsmuthii Athenaeo vol. II. fasc. 2. p. 308. antistrophae comparatione monitus. Refertur illud *παντοπόρος* ad omnia, quae ante commemorata erant. Versus exit in Creticum, ultima soluta. Ceterum *δύςομβρα βέλη* ingentes et subitos imbres intelligi monet Eustathius p. 692, 55. (571, 26.)

V. 358. La. *αἴδαι μόνωι*, sed supra scripto *ον*.

V. 359. *ἐπεύξεται* Heind. ad Plat. Sophist. pag. 341. Erf. Heindorfii coniecturam, *ἐπεύξεται* gloriabitur interpretantis, quod hac constructione vereor ne non sit Graecum, iure improbant Passovius l. c. et Lobeckius ad Phryn. p. 726.

V. 362. Vide ad v. 352.

V. 363. *τέχνας* genitivus est singularis, non accusativus pluralis. Adiectivum enim *μηχανόεις* non habet activam significationem, sed qualitatem notat. Erf.

V. 364. *ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν* ele-

παρείρων χθονός,

---

ganter dictum pro ποτὲ μὲν ἐπὶ κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλόν. Sic Oed. T. 637.

> οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους, σύ τε, Κρέων, κατὰ στέγας.

Aegei fragm. III.

> κέστρᾳ σιδηρᾷ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν
> ἤλαυνε παίων.

Anacreon. Od. XXXIII. ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν. — Plura dabunt Hermann. ad Viger. p. 809. et Matthiae in Gramm. Gr. §. 595, 4. Erf. Poetae obversatus videtur Theognidis locus, quem laudant Xenophon. Mem. I. 2, 20. et Plato Protag. p. 589. Heind. Idem. Versum, quem dicit Erfurdtius, αὐτὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς τοτὲ μὲν κακός, ἄλλοτε δ' ἐσθλός, alius potius quam Theognidis esse, ex Xenophonte colligi potest.

V. 365. παρείρων. gl. ὁ φυλάττων τοὺς ἐν γῇ ὄντας νόμους. Verum non video qui significationem hanc verbum παρείρειν induere possit. Alias significat inserere. Locus vitii suspectus esse possit, tametsi in codd. scripturae nulla observatur varietas. Legendum forte νόμους εὐώρων. Brunck. Id vero sensum dat plane contrarium eius, qui requiritur. Reiskius et Musgr. coniecerunt γεραίρων, alii aliter. Verbum παρείρειν, quantum equidem scio, praeter hunc locum ter occurrit, in Aeschyli fragment. ap. Longin. de sublim. III, 1. Xenoph. Sympos. VI, 2. et Polybii Hist. XVIII, 1, 13. semperque valet inserere. Qui significatus nescio an hic quoque obtineat ac vertendum sit: inserens factis suis, i. e. adhibens, leges patriae et sacratam Deorum iustitiam. Certe sic intellexisse videri potest glossator, qui per φυλάσσων explicuit. Erf. Παρείρων comparari posse

videtur cum latino asserere, quod defendere, vindicare significat. IDEM. F. γὰρ αἴρων, i. e. ἀνέχων, τιμῶν. V. Aristophanes Ran. v. 378. ubi αἴρων Glossae interpretantur ὑψοῦν, μεγαλύνειν. SCHAEFER. At αἴρειν est laudibus tollere, non colere atque observare. Praeterea γὰρ hic valde languidam redderet orationem. Verbi παρείρειν exempla, quae Erfurdtius commemoravit, haec sunt: Aeschyli: εἰ γάρ τιν' ἑστιοῦχον ὄψομαι ψόλον, μίαν παρείρας πλεκτάνην χειμάῤῥοον στέγην πυρώσω καὶ κατανθρακώσομαι, quae Boreae verba sunt, si scintillam in foco videat, quasi siphone venti aedes se incensurum minantis; Xenophontis: ἦ οὖν λέληθέ σε ὅτι, μεταξὺ τοῦ ὑμᾶς λέγειν, οὐδ' ἂν τρίχα, μὴ ὅτι λόγον ἄν τις παρείρειε; Polybii, de vallo: λοιπὸν οὔτ' ἐπιλαβέσθαι παρείραντα τὴν χεῖρα δυνατόν, ἅτε πυκνῶν οὐσῶν καὶ προςπιπτουσῶν αὐταῖς, ἔτι δὲ φιλοπόνως ἀπωξυμμένων τῶν κεραιῶν. Quem locum afferens Suidas, explicat παρειςβαλόντα. Apparet ex his, propriam verbi notionem esse inserere, ita ut particula παρὰ adsignificet, praeter illa, quae iam adsunt, accedere id, quod inseratur, ut ad rem ipsam non pertinens. Simile verbum est παρενείρειν, cuius H. Stephanus exempla attulit e Plutarcho, an seni gerenda sit resp. p. 793. C. D. οὐδὲ γὰρ ἀκμάζων καὶ δυνάμενος ἀνὴρ ἐπαινεῖται, πάντα συλλήβδην ἀνατιθεὶς ἑαυτῷ τὰ κοινὰ πράγματα, καὶ μηδὲν ἑτέρῳ παριέναι βουλόμενος, ὥςπερ οἱ Στωϊκοὶ τὸν Δία λέγουσιν, εἰς πάντα παρενείρων καὶ πᾶσι καταμιγνὺς ἑαυτὸν ἀπληστίᾳ δόξης ἢ φθόνῳ τῶν μεταλαμβανόντων ἀμωςγέπως τιμῆς τινὸς ἐν τῇ πόλει καὶ δυνάμεως. Et ex Athenaeo V. p. 190. A. οὐ γὰρ ὡς πρόβλημα προτείνει, ἀλλ' ἐπιχαρίτως παρενείρας ὁ Μενέλαος, ἐπειδὴ ἤκουσε τῶν ἐπαίνων, τὸ μὲν εἶναι πλούσιος οὐκ ἀρνεῖται, et quae sequuntur. Membranae παρείρας. Schneiderus in Lex. Gr. citavit Libanium T. IV. p. 831, 6. θέαν δ' οὐκ ἂν ἔτ' ἐπριάμην, ἀλλ' ἐῤῥῶσθαι

φράσας τῷ ἀρχιτέκτονι καὶ τῷ σεμνῶς καθῆσθαι θεώμενος, ἑστὼς ἐθεώμην, παρενείρας που τοῖς μετοίκοις ἐμαυτὸν ἢ τοῖς ξένοις. Sed quod idem Oppianum addit Hal. V. 485. non laudo. Recte ibi olim ediderat ex cod. Pal. 1. ἀλλ' ὅτ' ἐς ἅλμην κοῦφα κυβιστήσειεν, ὁ δ' ἐγγύθι νήχετο κοῦρον, αὐτῆσι πλευρῆσι, πάρα πλευρὰς ἀναείρων, delphinus: quod probaverat Io. Wassius in Misc. Obss. Vol. IV. p. 370. In novissima autem editione ex Iuntina, quod Dorvillio placuerat, ἀνὰ πλευρὰς παρενείρων. Vulgo ἀνὰ πλευρὰς ἀναείρων. Haec consideranti παρείρειν non aptius hic ab Sophocle positum videbitur, quam si quis Latine diceret, leges et reverentiam deorum inserens, id ut esset idem quod adhibens. Adhibetur enim, quo opus est ei rei, cui adhibetur; inseritur autem, quod etiam abesse potest. Videtur id ipse aliquando sensisse Erfurdtius, qui quum adscripsisset, „Tibull. I. 1, 74. rixas inseruisse iuvat," id rursus deleverit. Recte dixisset chorus παρείρων, si spectasset eum, qui sepelivisset Polynicen, praetexens humana ac divina iura: sed apertum est, tantum abesse eum ab hac sententia, ut contrarium dicat, laudetque his verbis eos, qui pareant imperio, vituperans deinde secus facere ausos. Metro, non sensui consuluit Bothius delendo χθονός, quod nec per se credibile est librariis deberi et necessario positum, ut cum divinis humanae leges coniungerentur. Tolli potest mea sententia vitium huius loci hisce indiciis. Primo ipsum illud verbum παρείρων nec per se aptum est ad sententiam verborum, neque congruit cum iis verbis, quibus in explicando scholiastae utuntur. Deinde si scriptum ab Sophocle esset παρείρων, recte quidem procederet dochmius, sed tamen non ut singulis syllabis, quod in huiuscemodi carminibus usitatum est, responderet strophico. Porro quum interpretes articulum apposuerint, ὁ πληρῶν, ὁ φυλάττων, sensum eos loci potius quam verba declarare

θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν, ὑψίπολις·
ἄπολις, ὅτῳ τὸ μὴ καλὸν
ξύνεστι, τόλμας χάριν.
μήτ' ἐμοὶ παρέστιος
γένοιτο, μήτ' ἴσον φρονῶν,
ὃς τάδ' ἔρδει.
ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ

---

patet. Quem articulum, quum Livineii liber v. etiam in textu habeat, ὁ παρείρων, sic sentio, hoc verbum ipsum nihil esse nisi mendose scriptam interpretationem ὁ πληρῶν. At eo remoto metra labant. Minime vero, si attendas ad secundi scholiastae verba: ὁ φυλάττων τοὺς ἐν τῇ γῇ ὄντας νόμους καὶ τὴν θείαν δίκην σεβόμενος. Nam cur non, quod quivis alius faceret, τοὺς τῆς γῆς νόμους, sed τοὺς ἐν τῇ γῇ ὄντας dixit, nisi scriptum invenit, quod sic interpretandum videretur? Hinc repone: ποτὲ μὲν κακόν, ἄλλοτ' ἐπ' ἐσθλὸν ἕρπει νόμους τ' ἐγχθονίους θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν. Vsus est eo vocabulo eodem modo, ut peregrino opponeretur, Apollonidas epigr. 10. in Brunckii Anal. II. p. 134. sive in Anthol. Pal. vol. II. p. 697. ep. 235. ubi Pan ἐγχθονίου γλευκοπότης κύλικος vocatur.

V. 367. ἄπολις δ' ὅτῳ. — Adversativam particulam male omittunt membr. et Aldus. Brvnck. Abest etiam in Scholiis Romanis, et recte quidem. Erf. Habent δ' Vat. Aug. b. et edd. Turnebum sequutae. Scholiastes: ἄπολις δὲ ἐκεῖνος καὶ ταπεινὸς τῇ πολιτείᾳ, ᾧτινι μὴ τὸ καλὸν σύνεστι, καὶ ὅςτις μετὰ τόλμης τὸ καλὸν ἐκπληροῖ. Posterior explicatio a verbis poetae aliena. Sic potius dicere debebat, καὶ ὅςτις μετὰ τόλμης τὸ μὴ καλὸν ἐκπληροῖ.

V. 372. Vulgo sic legitur:

ἐς δαιμόνιον τέρας ἀμφινοῶ

τόδε, πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω
τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην.
ὦ δύστηνος,

τόδε· πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω
τήνδ' οὐκ εἶναι παῖδ' Ἀντιγόνην;

quae leviter corrupta esse dubitari non potest. Praeter enim quam quod copula post πῶς desideratur, propter duplicem negationem, quae verbis πῶς εἰδὼς ἀντιλογήσω inest, ex Graeci sermonis indole οὐκ ante εἶναι aut abesse debebat, aut scribi μὴ οὐ τήνδ' εἶναι. Hinc πῶς in ὅπως mutandum putavi, ut una tantum negatio remaneret. Sensus est: de incredibili hocce prodigio ambigo, quomodo sciens inficier hanc esse Antigonam. Erf. Negativa ante εἶναι Erfurdtium offendit. Sine causa, opinor. Longinus Sect. XXVIII. in. Καὶ μέντοι καὶ ἡ περίφρασις ὡς οὐχ ὑψηλοποιὸν, οὐδεὶς ἂν, οἶμαι, διστάσειεν. Schaefer. Non magis Sophocles hic potuit μὴ οὐ τήνδ' εἶναι scribere, quam Latine quisquam diceret: quomodo contradicam, quo minus haec sit Antigona. Quia verbis πῶς ἀντιλογήσω hoc subest, quomodo contendam, recte posuit οὐ. Acuendum voce atque erigendum est nomen Antigonae: quomodo contendam, hanc non esse Antigonam. Illud enim vult, Antigonam, non aliam esse. Per linguae leges licebat etiam dici, τήνδε μὴ εἶναι Ἀντιγόνην, sed alio, eoque hic non apto sensu. Id esset enim: quomodo contendam hanc non esse Antigonam. Id tum recte diceretur, si alius dixisset, esse Antigonam, idque confirmans chorus adderet, non habere se, quare non esse contenderet. Nec πῶς in ὅπως mutandum erat, siquidem saepe rectae interrogandi formae etiam in obliqua oratione admittuntur.

καὶ δυστήνου πατρὸς Οἰδιπόδα,
τί ποτ'; οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις,
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες;

ΦΥΛΑΞ.

Ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη.
τήνδ' εἵλομεν θάπτουσαν. ἀλλὰ ποῦ Κρέων;

ΧΟΡΟΣ.

ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος εἰς δέον περᾷ.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ;

V. 378. ἄξουσι emendatio Hermanni est pro ἄγουσι. Brunckius incertum ex codd. an solis edd. Turn. Steph. Cant. τοῖς βασιλείοισιν ἄγουσι νόμοις. Erf. Satius putavi, versibus aliter dispositis, Triclinianos libros sequi.

V. 380. ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἡ 'ξειργασμένη. Sic legendum esse ex more poetarum Atticorum et indole linguae nemo non videre poterat. Articulus in membranis praepostero loco positus, in aliis codd. plane omissus est. Prava est utraque lectio:

ἥδ' ἔστ' ἐκεῖν' ἡ τοὔργον ἐξειργασμένη.
ἥδ' ἔστ' ἐκείνη τοὔργον ἐξειργασμένη.

ἡ 'ξειργασμένη, ut infra 558. ἡ 'ξαμαρτία, pro ἡ ἐξαμαρτία. Brvnck. Vt Brunckius, emendavit etiam Porsonus.

V. 383. προὔβη τύχῃ. Haec est optima codicum omnium lectio. In impressis δίκῃ. ξύμμετρος. gl. εὔκαιρος. Brvnck. ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ coniecit Reisigius, iuvenis ingeniosissimus, faventibus Scholiis Romanis. Erf. Vulgo ποία ξύμμε-

ΦΥΛΑΞ.

ἄναξ, βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον.
ψεύδει γὰρ ἡ 'πίνοια τὴν γνώμην· ἐπεὶ
σχολῇ γ' ἂν ἥξειν δεῦρ' ἂν ἐξηύχουν ἐγώ,
ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε.
ἀλλ' ἡ γὰρ ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας χαρὰ
ἔοικεν ἄλλῃ μῆκος οὐδὲν ἡδονῇ,

τρος προὔβη δίκη. Reisigii coniecturam, petitam ex Scholiis Romanis, in quibus inverso ordine scriptum, ἐξέβην, προὔβην, tacens admisit Elmsleius ad Heracl. 461. Omninoque ea recipienda erat. Confirmarunt La. in quo est ἐξέβην τύχηι, supra scripto προύβην, et Ricc. in quo ἐξέβην τύχη.

V. 385. ψεύδειν hic eodem significatu dictum quo apud Polybium ψευδοποιεῖν, falsum esse aliquid ostendere. Eurip. Hippol. 436. et Cress. fragm. IX.

αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. Erf.

V. 386. σχολῇ γ' ἄν Sic Dresd. a. et in marg. Turn. estque id exquisitius vulgato σχολῇ ποθ'. Suidas: σχολῇ γ' ἄν, ἀντὶ τοῦ, οὐδ' ὅλως, βραδέως, οὐδαμῶς. Σοφοκλῆς· (Oed. T. 434.) ἐπεὶ σχολῇ γ' ἂν οἴκους τοὺς ἐμοὺς ἐστειλάμην. Vid. Perizon. ad Aelian. V. H. IX, 24. Erf. Ex codd. ab Elmsleio usurpatis nihil adnotatum est, ita ut σχολῇ πόθ' habere videantur.

V. 387. ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, propter minas tuas. Vide infra v. 687. Erf.

V. 388. ἐκτὸς καὶ παρ' ἐλπίδας, i. e. ἐκτὸς ἐλπίδων καὶ παρ' ἐλπίδας, cuiusmodi constructionis licentiam vernacula etiam lingua concedit. Erf. Ter respicit haec verba Eustathius p. 1275, 25. 1932, 49. 1959, 31. (1378, 46. Od. 793, 32. 832, 25.)

V. 389. μῆκος. Valet μέγεθος, ut in μήκεος ὀλ-

ἥκω, δι' ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος,
κόρην ἄγων τήνδ', ἣ καθευρέθη τάφον
κοσμοῦσα. κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἐπάλλετο.
ἀλλ' ἔστ' ἐμὸν θοὔρμαιον, οὐκ ἄλλου, τόδε.
καὶ νῦν, ἄναξ, τήνδ' αὐτός, ὡς θέλεις, λαβών,
καὶ κρῖνε, κἀξέλεγχ'· ἐγὼ δ' ἐλεύθερος
δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.

ΚΡΕΩΝ.

ἄγεις δὲ τήνδε τῷ τρόπῳ πόθεν λαβών;

ΦΥΛΑΞ.

αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε. πάντ' ἐπίστασαι.

βου apud Plutarch. vol. II. pag. 607. E. Subaudiendum autem *κατά*. Mvsgr. Vid. ad v. 334. *τοσοῦτο μῆκος ἐκτεινον λόγον* Aeschyl. Eum. 195. Herm. Vid. infra 442. Erf.

V. 390. Constructio est: *ἥκω, καίπερ δι' ὅρκων ἀπώμοτος ὤν*. Erf.

V. 392. Scholio in edd. vett. ex Romana praefixum, *κλῆρος ἐνθάδ' οὐκ ἔπαλλεν*. Sed Elmsleii ed. tantum *κλῆρος* habet.

V. 393. Vocem *ἕρμαιον* scholiasten Ven. ad Iliad. *ν*. 791. hic *ἑρμαῖον* scriptam invenisse adnotavit Lobeckius ad Phryn. p. 371. Haec Sophoclis commemoratio in Bekkeri indice neglecta est.

V. 395. 96. *ἐλεύθερος*, absolutus, ut infra v. 441. *δίκαιός εἰμι ἀπηλλάχθαι*, i. e. *δίκαιόν ἐστιν, ἐμὲ ἀπηλλάχθαι*. Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 296. p. 412. Erf.

V. 397. Delevi signum interrogandi post *τῷ τρόπῳ*. Vide ad v. 2.

V. 398. *ἐπίστασαι*. Sic pro *ἐπίστασο* reposui consentiente Hermanno. Frequenter nuncii in pero-

ΚΡΕΩΝ.

ἦ καὶ ξυνίης, καὶ λέγεις ὀρθῶς ἃ φῄς;

ΦΥΛΑΞ.

ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσαν, ὃν σὺ τὸν νεκρὸν
ἀπεῖπας. ἆρ' ἔνδηλα καὶ σαφῆ λέγω;

ΚΡΕΩΝ.

καὶ πῶς ὁρᾶται, κἀπίληπτος ᾑρέθη;

---

randa narratione his formulis utuntur: πάντ' ἔχεις λόγον, πάντ' ἀκήκοας λόγον. Erf. Comprobavit hanc emendationem La.

V. 399. ξυνίης. Sic pars codicum recte. Alii ξυνίεις. Brunck. ξυνιεῖς, quam formam Atticis non usurpatam esse docet Porson. ad Eurip. Orest. 141. Erf.

V. 400. ταύτην γ' ἰδὼν — Sic legendum. ὀρθῶς λέγω ἃ φημί, ἰδών γε ταύτην θάπτουσαν. Perperam codd. plerique [etiam La. Lb.] et Aldus ἴδον, August. εἶδον. Dawesius Miscell. critt. p. 267. emendaverat ἰδεῖν, quod per se quidem bonum est, minus tamen probabile quam ἰδών. Brunck. ὃν σὺ τὸν νεκρὸν ἀπεῖπας. Amant Graeci cum pronomine relativo iungere nomen, quod in altero membro poni debebat. Vid. Hermann. ad Viger. p. 711, 35. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 121. Matthiae Gramm. Gr. §. 474. Erf. Affert haec verba Eustathius p. 148, 33. (112, 26.)

V. 401. Codd. Par. Aug. ὡς ῥ' pro ἆρ'. Cod. Ricc. Dresd. et margo Turn. ὡς, sine ῥ'. Ita etiam Livineii liber v. cum interpretatione ἵνα. La. ἆρ' suprascripto ὡς.

V. 402. Tricliniani et Brunckius εὑρέθη. Neque aliter, ut videtur, codd. Sed quum Ald. et Iuntt. quae solent in hoc verbo augmentum omittere,

ΦΥΛΑΞ.

τοιοῦτον ἦν τὸ πρᾶγμ'. ὅπως γὰρ ἥκομεν,
πρὸς σοῦ τὰ δείν' ἐκεῖν' ἐπηπειλημένοι,
πᾶσαν κόνιν σήραντες, ἣ κατεῖχε τὸν
νέκυν, μυδῶν τε σῶμα γυμνώσαντες εὖ,

ηὑρέθη habeant, reponendum iudicavi *ἡρέθη*, quod Schaeferus ad Greg. Cor. p. 533. a poeta scriptum suspicatur, quia scholiastes ita explicat: *ποίῳ τρόπῳ συνελάβεσθε καὶ κατειλήφατε αὐτήν;* Sed illud non opus erat, ut ostenderet Schaeferus, non esse quod quis compositione similium aut parium, *ἐπίληπτος* et *αἱρεῖσθαι*, offenderetur. Sunt enim haec diversissima, quod *ἐπίληπτος* est *καταφανής*. Vide interpp. ad Hesychium. La. *εὑρέθη* supra posito *η*.

V. 403. Ricc. *τοιοῦτον γὰρ ἦν*.

V. 405. In verbis *ἣ κατεῖχε τὸν νέκυν*, articulus versum finiens meis certe auribus molestus est. Neque usquam alibi Sophocles eum sic collocat. Saepius quidem apud Sophoclem articulus in praecedente versu, nomen in sequente est, sed semper interiecta aliqua particula, vel adiectivo: Oed. T. 553. *τὸ δὲ Πάθημ'*. 995. *τό τε Πατρῷον αἷμα*. 1056. *τὰ δὲ Ῥηθέντα*. Oed. C. 265. *τό γε Σῶμ'*. 290. *τὰ δὲ Μεταξὺ τούτου*. 577. *τὰ δὲ Κέρδη*. Trach. 383. *τὰ δὲ Λαθραῖ'*. Phil. 422. *τά γε Κείνων κάκ'*. Ai. 1015. *τὰ σὰ Κράτη*. El. 619. *τὰ σὰ Ἔργ'*. Antig. 453. *τὰ σὰ Κηρύγματ'*. Oed. Col. 351. *τὰ τῆς Οἴκοι διαίτης*. Phil. 263. *ὃν οἱ Δισσοὶ στρατηγοί*. Quare nescio an scribendum sit *ἣ κατείχετο νέκυς*. Hermann. Sic rescripsit etiam Bothius. Vereor tamen, ne excusationis aliquid ista articuli collocatio habeat ab interpunctione statim post *νέκυν* sequente. Erf. Recte: vide Elem. doctr. metr. p. 119.

καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,
ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ μὴ βάλῃ πεφευγότες,
ἐγερτὶ κινῶν ἄνδρ' ἀνὴρ ἐπιῤῥόθοις
κακοῖσιν, εἴ τις τοῦδ' ἀφειδήσοι πόνου.

V. 407. ἄκρων ἐκ πάγων pro ἐν ἄκροις πάγοις, quia verbo καθῆσθαι, praeter propriam, alia etiam notio inest, quae τὸ ἐκ proprie adsciscit, notio sc. τοῦ κατασκοπεῖν. Vid. Matthiae in Misc. philol. Vol. II. P. II. p. 87. et in Gramm. Gr. p. 878. — ὑπήνεμοι, vento non expositi, ut Xenoph. Oec. 18, 7. Erf. Non advertera Boissonadus, ὑπήνεμον dici eum, a quo abit ventus, quum interpretatus est egregie ventorum flatibus expositos, ita ut odor statim dissiparetur: „ni legendum," inquit, „ἀπήνεμοι."

V. 408. ἀφ' αὐτοῦ. Codd. et impressi ἀπ' αὐτοῦ male. Vide Orvillium ad Charit. p. 328. [399. ed. Lips.] μὴ βάλοι Stephanus edidit ad structurae legem, recte. Perperam in aliis libris μὴ βάλῃ. Brunck. ἀπ' αὐτοῦ, probante etiam Hermanno, tuetur Musgr., constructionem esse monens: πεφευγότες ὀσμὴν ἀπ' αὐτοῦ, μὴ βάλοι, fugientes odorem eius, ne nos feriret. Nec βάλῃ damnandum erat. Vid. Matthiae Gramm. Gr. p. 736. Erf. Sic etiam Latini praepositione ab genitivum circumscribunt. Ruhnken. ad Ter. Andr. I. 1, 129. Idem not. ms. Βάλῃ La. R.

V. 409. Schneiderus in Lex. Graec. s. v. ἐγερτὶ perperam corrigit ἐγερσικινῶν. quod suae fabricae verbum aliorum vellem ab ἐγερσι incipientium exemplis defendisset. Erf.

V. 410. Libri omnes εἴ τις — ἀφειδήσοι, falsa et inepta sententia. Scribere potuisset Sophocle , εἴ τις μέλλοι ἀφειδεῖν, si quis statim neglecturus esset; at quae indefiniti futuri est, ea forma

χρόνον τάδ' ἦν τοσοῦτον, ἔς τ' ἐν αἰθέρι

---

uti, nisi me omnia fallunt, non potuit. Verissime Schaeferus in melet. crit. p. 85. coniecisse videtur, εἴ τις — ἀφειδῆσαι, si quis negligeret, non, neglexisset, quod foret ἤν τις ἀφειδήσῃ. Exemplis, quibus vulgarem illam optativi formam Atticis non inusitatam esse docuit, accedant haec: ἁρπαλίσαι Aeschyl. Eumen. 981. ἐνέγκαι Sophocl. Trach. 774. ἀλγύναις Oed. T. 446. ἐλπίσαι Eurip. Hecub. 820. παραλύσαι Alcest. 115. κτίσαι Suppl. 620. σπάσαι ibid. 830. Erf. Nihil mutandum. εἴ τις ἀφειδήσοι est, si quis negligere vellet. Phil. 376. Idem. not. ms. Et Schaeferus postea ad h. l. et Erfurdtius ad Ai. 304. mutaverunt sententiam, allatis his ex Philoct. 374. κἀγὼ χολωθεὶς εὐθὺς ἤρασσον κακοῖς τοῖς πᾶσιν, οὐδὲν ἐνδεὲς ποιούμενος, εἰ ταῦτα κεῖνος ὅπλ' ἀφαιρήσοιτό με, quo loco ad eumdem finem usus est V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 58. At exemplum hoc ita demum aliquem usum habet, si, ut ibi, ita hic quoque necessarium est, futurum poni. Scilicet non hic est verborum sensus, quem Erfurdtius putabat, alius alium excitans, si quem negligentem videret, sed, alius alium attentum reddens minitando malo, si quis neglecturus esset laborem. Caeterum observari operae pretium est, eodem redire φείδεσθαι πόνον, et ἀφειδεῖν πόνον, quoniam alterum est non satis operae adhibere, alteri verbo autem contemnendi et negligendi notio adhaesit.

V. 411. ἐν αἰθέρι μέσῳ κατέστη. Adumbratum hoc ex Homerico versu Ἰλ. Θ.

ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει.

observante Eustathio pag. 698. [27. (579, 13.)] Brunck.

μέσῳ κατέστη λαμπρὸς ἡλίου κύκλος,
καὶ καῦμ' ἔθαλπε· καὶ τότ' ἐξαίφνης χθονὸς
τυφὼς ἀείρας σκηπτόν, οὐράνιον ἄχος,
πίμπλησι πεδίον, πᾶσαν αἰκίζων φόβην

---

414. οὐράνιον ἄχος, ingens malum. Ai. 196. ἄταν οὐρανίαν. Aeschyl. Pers. 571. ουράνια ἄχη. Tertio abhinc versu turbo dicitur νόσος, ut ap. Aeschylum Prom. 932. tridens γῆς τινάκτειρα νόσος. Erf. Photius et Hesychius οὐράνιον ἄχος ex h. l. interpretantur τὸν κονιορτόν. At id quomodo significari hic verbis posset, ostendendum erat. Eustathius p. 151, 19. 345, 41. (quae hic scripta sunt, exstant etiam apud Eudociam p. 407. et Favorinum in v. Τυφωέα) 1196, 50. (114, 28. 261, 40. 1268, 29.) in eadem fuit sententia, in qua scholiastes, aetherem contristatum intelligi. At hoc quaesitum est. Melior videtur Erfurdtii explicatio. Ἄχος quum proprie dolorem et tristitiam significet, tamen saepe etiam de caussa dolendi dicitur, ita ut hic ingens molestia intelligi debeat. Caeterum libri veteres non distinguunt post σκηπτόν, ut si sensus sit, ventus turbinem excitavit usque ad ingentem molestiam. Sed Eustathius in secundo eorum quos attuli locorum οὐράνιον ἄχος ut nominativum ad τυφώς retulisse videtur, in tertio aperte ut accusativum ad σκηπτὸν refert.

V. 415. Verba πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος affert Eustathius p. 1944, 49. (Od. 811, 1.) Triclinius impeditam constructionem commentus est, χθονὸς cum φόβην coniungens, herbas et arbores ita dici ratus, et πίμπλησι πεδίον ὕλης πεδιάδος connectens. Hoc postremum eatenus verum est, ut plena oratio haec putanda sit, πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος, πίμπλησιν αὐτῆς πεδίον. Sed χθονὸς cohaeret cum ἀείρας.

ὕλης πεδιάδος· ἐν δ' ἐμεστώθη μέγας
αἰθήρ· μύσαντες δ' εἴχομεν θείαν νόσον.
καὶ τοῦδ' ἀπαλλαγέντος ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἡ παῖς ὁρᾶται, κἀνακωκύει πικρᾶς
ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς

V. 416. La. *ἔνθ' ἐμεστώθη.* Triclinius: *ἐμεστώθη δὲ πᾶς ὁ ἀήρ, ἤγουν σὺν τῷ πεδίῳ καὶ οὗτος τοῦ ἐκ τῆς γῆς συρφετοῦ πεπλήρωται.* Pugnaret haec adnotatio secum ipsa, si ille, ut Brunckius dedit, *ἐνεμεστώθη δὲ* scripsisset. *Ἔν δὲ* videtur per se constare, et simul. V. ad Electr. 703.

V. 418. *τοῦδ' ἀπαλλαγέντος.* gl. *τοῦ σκηπτοῦ πεπαυμένου.* Nullam caussam video, cur a librorum omnium lectione discedatur. Brvnck. Schaeferus in melet. crit. p. 85. scribendum coniicit *ἀπαλλαγέντες*, nominativo solute posito. Non adsentior. *ἀπαλλάττειν* interdum accusativo iunctum significat auferre, removere, ut *ἀπαλλάττειν αἰσχύνην*, quod ex Demosthene ac Plutarcho citat H. Stephanus in Thesauro T. I. p. 348. B. Erf. Hoc quoque olim sine causa solicitavi. Diodorus Sicul. XIX. c. 53. *ἐῴκει γὰρ τοὺς ἐν ἀξιώμασι τῶν ἀνδρῶν ὄντας καὶ δυναμένους πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι πάντας σπεύδειν ἐκ ποδῶν ἀπαλλάσσειν.* Dionysius Halic. Ant. Rom. VI. c. 51. *ἀπαλλακτέον ἡμῖν καὶ ταῦτα τὰ σώματα ἐκποδών.* Schaefer. Habet *ἀπαλλαγέντες* Vat.

V. 419. *πικρᾶς ὄρνιθος*, moestae volucris. Qui sic praeter Sophoclem locutus sit, neminem novi. Mvsgr. Simili tamen ratione *ἡδὺς* Oed. T. 82. et *τερπνὸς* Aeschyl. Agam. 147. significat laetus, ut superflua videatur Bothii coniectura *πικρῶς*. Erf.

V. 420. 1. *κενῆς εὐνῆς ὀρφανὸν λέχος.* Similia sunt Euripidea, *θρήνων ὀδυρμοὶ* Troad. 609. *κοί-*

εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος·
οὕτω δὲ χαὕτη, ψιλὸν ὡς ὁρᾷ νέκυν,
γόοισιν ἐξῴμωξεν, ἐκ δ' ἀρὰς κακὰς
ἠρᾶτο τοῖσι τοὔργον ἐξειργασμένοις.
καὶ χερσὶν εὐθὺς διψίαν φέρει κόνιν,
ἔκ τ' εὐκροτήτου χαλκέας ἄρδην πρόχου
χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει.

τας λέκτρον Med. 436. λέκτρων κοίτας Alc. 946. quae Porsonus, nec Sophoclei loci immemor, congessit ad Hecub. 302. Accedant ex Hermanni Notis mss. Aeschyl. Prom. 812. νᾶμα Πλούτωνος πόρου, ibid. v. 6. δεσμῶν πέδαι et Pers. 230. δυσμαὶ φθινασμάτων. Ne haec quidem pleonasmis adnumeranda esse, docuit nuper vir egregius in Museo antiqu. stud. Vol. I. p. 206. Heind. ad Plat. Phaedon. p. 73. Erf.

V. 422. Sic libri. Hic quidem non male legeretur καὐτή, quod habet cod. Par.

V. 425. Scholiastes: διψίαν· ξηράν. γράφεται διψίαν φέρει. Scilicet La. et Ricc. διψὰν ἐκφέρει. Διψία κόνις ex h. l. commemorata Eustathio p. 666, 57. (535, 25.)

V. 426. χαλκέας. Sic optime August. [Dresd. a. La. Ricc. Vat.] et T. Pessime vulgo χαλκέως. Heathium fugit praeclara huius loci emendatio a Piersono facta ad Moeridem p. 296. Confer notam nostram ad Comici Nubes 272. Brunck. εὐκροτήτου malleo bene indurati, ut Eurip. El. 819. Dorvill. ad Charit. p. 251. Erf. Dorvillius eo loco, p. 86. ed. Batavae, induratum malleo per εὐκρότητον significari docet. Ἄρδην, alte sublato urceo. Male V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 59. coniicit ἄρδων.

V. 427. χοαῖσι τρισπόνδοισι, lacte, vino et mel-

χἠμεῖς ἰδόντες ἱέμεσθα, σὺν δέ νιν
θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην·
καὶ τάς τε πρόσθεν τάς τε νῦν ἠλέγχομεν
πράξεις· ἄπαρνος δ' οὐδενὸς καθίστατο,
ἀλλ' ἡδέως ἔμοιγε κἀλγεινῶς ἅμα.
τὸ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐκ κακῶν πεφευγέναι,
ἥδιστον· ἐς κακὸν δὲ τοὺς φίλους ἄγειν,
ἀλγεινόν. ἀλλὰ πάντα ταῦθ' ἥσσω λαβεῖν
ἐμοὶ πέφυκε τῆς ἐμῆς σωτηρίας.

---

le. v. Eurip. Orest. 115. Iph. T. 163. στέφει, honorat, ut Ai. 93. Eurip. Hec. 128. Erf. Τρίσπονδοι χοαὶ dictae, quod etiam numero ternae essent. Homerus Od. λ. 26. ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὰς χέομεν πᾶσιν νεκύεσσιν, πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι.

V. 428. Vulgo χἠμεῖς δ'. Brunckius omisit δ', nihil monito lectore, ut videatur codices sequutus esse. Atque omissum puto in cod. Aug. ut ex quo nihil adnotaverim, ad Brunckii editionem collato. Omittunt etiam liber v. Livineii et La. Ricc. Vat. recte, hic quidem. Errare enim Porsonum, qui ad Orest. 614. καὶ — δὲ a tragicis iungi negat, iam Schaeferus observavit ad Long. p. 350. Deinde vulgo ἱέμεσθα. Sed La. ἱέμεσθα. Vide ad Oed. R. 1242. et L. Dindorfium ad Eurip. Suppl. 699.

V. 430. Edd. vett. male τάς γε πρόσθεν. Emendatam scripturam exhibent La. et alii codd. editam etiam a Turnebo.

V. 435. ταῦτα πάνθ' — Sic in E. concinnius quam vulgo πάντα ταῦθ' — Brvnck. Mirum profecto Brunckii iudicium.

ΚΡΕΩΝ.

σὲ δή, σὲ τὴν νεύουσαν ἐς πέδον κάρα,
φῄς, ἢ καταρνεῖ μὴ δεδρακέναι τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καὶ φημὶ δρᾶσαι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

ΚΡΕΩΝ.

σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν ᾗ θέλεις,
ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλεύθερον.

V. 437. σὲ δή. Subauditur καλῶ, ἀνακρίνω, vel simile verbum. Vide Musgravium ad Eurip. Helenam 555. Brunck. Et Schaeferum ad L. Bos. p. 628. Erf. Codd. Par. Aug. εἰς, ut Elmsleius ad Bacch. 911.

V. 439. τὸ μὴ οὔ. Ita rescripsi ex emendatione Hermanni in Museo antiqu. stud. Vol. I. p. 221. Vulgo τὸ μή, quod significaret: nec nego non fecisse. [Vt ad amussim congruat Antigonae responsio interrogationi Creontis, Schaeferus ad Theocriti Idyll. I. v. 68. scribendum suspicatur κοὐ καταρνοῦμαι τὸ μή, conferri iubens Porson. ad Euripid. Orest. v. 581. p. 162. ed. Lips. sec. Sic Aeschyl. S. Th. 376. pro οὐκ ἀπαρτίζει Guelf. οὐ καταρτίζει, quod in καταργίζει cum Hermanno mutandum. Erf. Ex Addendis.] La. κοὐ καπαρνοῦμαι.

[Ibid. τὸ μὴ οὐ. Schaeferus vulgatam sic defendit, ut, quemadmodum ἀρνοῦμαι τὸ μὴ δρᾶσαι sit, nego me fecisse, ita οὐκ ἀρνοῦμαι τὸ μὴ δρᾶσαι significare dicat, non nego me fecisse. Idem. Ex Addendis.] Errorem meum correxi ad Viger. p. 800.

V. 440. Cod. Par. οἷ.

V. 441. Forma loquendi similis Homericae Il.

σὺ δ', εἰπέ μοι, μὴ μῆκος, ἀλλὰ σύντομα,
ᾔδης τὰ κηρυχθέντα μὴ πράσσειν τάδε;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ᾔδη. τί δ' οὐκ ἔμελλον; ἐμφανῆ γὰρ ἦν.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ δῆτ' ἐτόλμας τούσδ' ὑπερβαίνειν νόμους;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη,
οἳ τούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὥρισαν νόμους.

XXI, 50. γυμνὸν, ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, expressae a Nostro Ai. 464. γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ. Vid. etiam Schaeferi melet. crit. p. 115. Erf.

V. 442. Cod. Aug. σύντομον, quod supra scriptum in Ricc. qui cum La. habet συντόμως.

V. 443. ᾔδης et v. seq. ᾔδη, ut et v. 460. ἐξῄδη ad atticismi normam reposui. Vide supra ad v. 18. et ad Oed. T. 433 Brunck.

V. 446. Affert hunc versum Clemens Alex. Strom IV. p. 493. (585.) ubi κηρύσσων legitur, et V. p. 589. (697.) ubi κηρύξας.

V. 448. Vulgo τούσδ', quod mihi etiamnum displicet. Quum enim τούσδε νόμους non intelligi possit nisi de iis legibus, quarum paullo ante vv. 443. 445. mentio facta erat, nominatim de edicto, quo Polynicem sepeliri vetuerat Creon, haud video equidem, qua ratione conveniant ista verba cum antecedentibus. Quippe sic dicitur ea lex Deorum niti auctoritate, a quibus constitutam esse Antigona modo negavit. Deinde quae Thebanis data fuerat, quo iure ἐν ἀνθρώποισι condita vocari

οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.

---

potest? Itaque non dubito scribendum esse *τοὺς*, quo admisso *οἱ ἐν ἀνθρώποισι νόμοι*, ut cum Xenophonte Memor. IV, 4, 19. loquar, sunt *οἱ ἐν πάσῃ χώρᾳ κατὰ ταὐτὰ νομιζόμενοι.* Sic *πᾶν τὸ ἐν ανθρώποις χρυσίον*, in toto orbe terrarum, Xenoph. Ages. 8, 6. Supra v. 193. pro *τῶν* August. b. et Dresd. a. pari lapsu *τῶνδ'* exhibent. Erf. *Τούςδ' — νόμους.* Scilic. *θάπτεσθαι τοὺς νεκροὺς*, ut recte Scholiastes. Legem enim iustorum mortuis persolvendorum intelligi oportere, satis docet versus proxime antecedens. Sic autem eximie magnanima puella, Creontis illud, *καὶ δῆτ' ἐτόλμας τούςδ' ὑπερβαίνειν νόμους;* tamquam parodià ridens. Schaefer. Sane respicit Antigona Creontis verba: at id ipsum ut recte possit, non, quod scholiastes vult, intelligi debet, sed contrarium, *τὸ μὴ θάπτεσθαι τοὺς νεκρούς.* Hoc dicit: non Iuppiter fuit, qui hoc mihi ediceret, neque inferorum Fas, qui has mortalibus leges sanxerint. Loquitur negligentius, *οἳ* posito, quod ad utrumque nomen referatur, quasi non praegressum esset *ὁ κηρύξας τάδε.* Compara, quae de hoc loco disseruit Süvernius in dissertatione, quam ad v. 185. memoravi, p. 17. qui Erfurdtio *τοὺς* scribi volenti assentitur.

V. 450. *ἄγραπτα.* Vide de his disputantem Xenophontem in Memor. l. c. *Τὸν τῆς φύσεως νόμον* et *τὸν τοῦ Διὸς θεσμὸν* observante Burtono vocat Dio Chrysostomus Orat. LXXX. p. 667. B. C. ed. Morel. Erf.

V. 451. A sensu huius loci Brunckius in versione aberravit, verba *θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν*, quae

οὐ γάρ τι νῦν τε κἀχθές, ἀλλ' ἀεί ποτε
ζῇ ταῦτα, κοὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου 'φάνη.

---

manifesto de se dicit Antigona, referens ad Creontem. Masculinum singularis numeri adhibetur, ubi de choro feminarum sermo est, vel ubi, ut nostro in loco, universe aliquis intelligitur, seu vir, seu femina sit, licet femina nunc innuatur. Vid. Hermann. ad Viger. p. 713. *Δύνασθαι* autem non raro idem significat quod *θέλειν*. Erf.

V. 452. *νῦν τε.* Sic *νῦν γε*, quod sensui repugnat, Hermanno auctore scripsi. Aristoph. Ran. 726. ed. Brunck. *νῦν τε καὶ πρώην.* Similiter Latinis heri et nudius tertius in proverbio est. — Ad sensum conf. Oed. R. 865. sqq. Erf. Hunc et sequentem versum afferunt Plutarchus Q. Symp. VIII. 9. p. 731. C. adv. Stoicos p. 1074. E. et Aristoteles Rhet. I. 13. priorem idem cap. 15. addito statim v. 454. In his omnibus locis constanter *γε*, ut in Sophoclis libris. Atque in ed. Oxon. adnotatum, consentire in *νῦν γε* La. Ricc. et codicem optimum Aristotelis. *Τὲ* pro eo tacite posuisse Gatakerum ad M. Antonin. p. 292. b. B. Schaeferus observavit ad Theocr. I. 68. Et hic quidem *γὲ* defendit: exempla afferens pauca, in quibus et *οὐ γάρ τι* et *οὐ γὰρ δή* et *οὐ γάρ που* insequentem habent *γε*. Eorum ingens numerus congeri potest: sed vereor ne frustra. Non enim *γε* propter praegressas illas particulas ponitur, sed quia illa vox, cui adiicitur, propter sententiae rationem aliquid minui augerive postulat. Id quomodo in Sophoclis versum cadat quum neque ostensum sit, neque perspicere ego quidem possim, malui quod res exigere videbatur, quam in tam proclivi aberratione libros sequi. Pro *ταῦτα* apud Aristotelem est *τοῦτο*, quod ipse fortasse posuit, quo suis haec verbis aptaret.

τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς
φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην
δώσειν. θανουμένη γὰρ ἐξῄδη, τί δ' οὔ;
κεἰ μὴ σὺ προὐκήρυξας. εἰ δὲ τοῦ χρόνου
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὔτ' ἐγὼ λέγω.
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγὼ, κακοῖς
ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν
παρ' οὐδὲν ἄλγος· ἀλλ' ἂν εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς

V. 454. Inepte vertit Brunckius: has quod violassem, cuiusvis hominis fastu perterrita, sane non debui Diis poenas luere. Sensus hic est: harum ego, nullius hominis decreta metuens, nolebam diis iudicibus poenas dare, i. e. nullius hominis metu adduci poteram, ut his legibus violandis divinam mihi poenam contraherem. Erf.

V. 458. *αὔτ'*. Sic bene exaratum in nonnullis codd. Gl. *αὐτὸ τὸ προαπελθεῖν*. Perperam in impressis [et Dresd. a.] *αὖτ'*, quod valet *αὖτε*. Brunck.

V. 459. Innumera in hanc sententiam apud scriptores antiquos, maximeque Tragicos exstant. Sic Noster apud Stobaeum Serm. 120.

Θανεῖν ἄριστόν ἐστιν, ἢ ζῆν ἀθλίως.

Aeschylus Prom. 749.

κρεῖσσον γὰρ εἰς ἅπαξ θανεῖν,
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Euripides Troad. 632.

τοῦ ζῆν δὲ λυπρῶς κρεῖσσόν ἐστι κατθανεῖν.

Caesar apud Sallustium in Catil. 51, 20. in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem, non cruciatum esse. Erf.

μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἐσχόμην νέκυν,
κείνοις ἂν ἤλγουν· τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι.
σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν,
σχεδόν τι μώρῳ μωρίαν ὀφλισκάνω.

ΧΟΡΟΣ.

δηλοῖ τὸ γέννημ' ὠμὸν ἐξ ὠμοῦ πατρὸς

V. 463. Vox *μητρὸς* in antiquis codd. compendiose scripta, unde perperam Aldus edidit *ματρὸς*, qua de re videndus Valckenarius ad Phoen. p. 6. — *ηνεχόμην*. Sic recte Piersonus ad Moeridem pag. 176. ut apud Comicum in Lysistr. 507. *ἠνεχόμεσθα*. In membr. ut apud Aldum *ἠνσχόμην*: in aliis *ἰσχόμην*. Brunck. [La. *ηἰσχόμην*.] Non spernendum est *ἰσχόμην*, rectius tamen *ἐσχόμην*, quod praebet Eustathius ad Il. *E*. pag. 529, 18 [400, 52. memorans ille tamen etiam *ἠσχόμην*.] Nimirum cum semel *ἰσχόμην* in *ἠσχόμην* ab Eustathio pro var. lect. adnotatum degenerasset, inde provenere ista portenta, *ἠισχόμην*, *ἠνσχόμην*. *Ἠνεχόμην*, quod Sophocli, Aristophani et Platoni obtrudere conatur Piersonus adstipulante Brunckio, mera est barbaries. Vid. Porson. in Praefat. ad secundam edit. Eur. Hecub. p. XVIII. Erf.

V. 465. *μῶρα δρῶσα*. Sic codd. omnes. Turnebus nescio unde *δρᾶσα*. Brunck. Id esset a *διδράσκω*. Erf.

V. 467. *δηλοῖ*, id est *δηλοῦται*. Activum pro passivo: ut Ai. 852. *ὡνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς*. Brunck. Thucyd. I. 21. *ὁ πόλεμος — δηλώσει ὅμως μείζων γεγενημένος αὐτῶν*. Nisi tamen activam hic quoque significationem habet, ut subaudiendum sit *τὸ πρᾶγμα*. Vid. Heindorf. ad Plat. Theaet. p. 379. et Parm. p. 195. Nam quod Wunderlich. in obss. ad Aeschylum p. 95. *δηλοῖ* pro *δηλοῖ ὂν* ac-

τῆς παιδός· εἴκειν δ' οὐκ ἐπίσταται κακοῖς.

ΚΡΕΩΝ.

ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
πίπτειν μάλιστα· καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰςίδοις.
σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
ἵππους καταρτυθέντας. οὐ γὰρ ἐκπέλει
φρονεῖν μέγ', ὅςτις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.

---

cipit, participii sic omissi exempla desidero. Erf. Recte Wunderlichius. Non magis hic in omisso participio haesitandum, quam apud Aeschylum Suppl. 722. εὔσημον γὰρ οὔ με λανθάνει.

V. 470. πίπτειν. Aldus et membr. minus bene πίπτει. Brvnck. Tueri studet πίπτει Doederlinus in Spec. ed. Soph. p. 38. Mihi infinitivus hic multum praestare videtur, siquidem aliud est, hoc an illo modo loquare. Quumque neque ex cod. Par. neque ex Augustano adnotata sit scriptura a Brunckii lectione diversa, hos libros infinitivum habere puto. Habent etiam La. Ricc.

V. 471. De vocabulo περισκελὴς vide Lobeckium ad Ai. 648. Hunc et sequentem versum corrupte scriptos habet schol. ad Hom. Odyss. α. 68.

V. 474. καταρτυθέντας. Verbum hac in re signatum. Themistoclis dictum a Plutarcho refertur: τοὺς τραχυτάτους πώλους, ἀρίστους ἵππους γίγνεσθαι, ὅταν ἧς προςήκει τύχωσι παιδείας καὶ καταρτύσεως. Brvnck. ἐκπέλει. Hesychius, hunc ipsum fortasse locum respiciens, per ἔξεστι interpretatur. Erf. Ricc. καταρτυσθέντας.

V. 475. ὅςτις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας. Insubide vertit Iohnsonus, qui servus est proximi. οἱ

αὕτη δ' ὑβρίζειν μὲν τότ' ἐξηπίστατο,
νόμους ὑπερβαίνουσα τοὺς προκειμένους·
ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα,
τούτοις ἐπαυχεῖν, καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.
ἦ νῦν ἐγὼ μὲν οὐκ ἀνήρ, αὕτη δ' ἀνήρ,
εἰ ταῦτ' ἀνατὶ τῇδε κείσεται κράτη.
ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς, εἴθ' ὁμαιμονεστέρα
τοῦ παντὸς ἡμῖν Ζηνὸς ἑρκείου κυρεῖ,

πέλας sunt quivis alii: *ὁ πέλας*, alius quivis. Vide Gatakerum Opp. T. I. p. 526. Brunck. Sententiam hanc Sophoclis affert Eustathius p. 55, 27. (41, 47.)

V. 480. *αὕτη.* Sic vulgatum *αὐτὴ* correxi cum Hermanno. Erf. Adscivit *αὕτη* Elmsleius ad Heracl. 561. cui cur *ἦτἄρ' ἐγὼ* scribendum videatur, non assequor. *Αὐτὴ* defendi potest, quum modo de ea loquutus sit Creon. Etiam Latine dicas ipsa. Vide Erfurdtium ad Oed. R. 1071. ed. min. Sed *αὕτη* praebet La.

V. 481. Schol. Eurip. Med. 1357. *Ἀνατεί, ἄνευ ἄτης καὶ βλάβης. γράφεται δὲ καὶ ἀνατὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀντιγόνῃ.* Erf. Barnesii est illud scholion. Etiam in La. Lb. *ἀνατί*, in Ricc. autem *ἀνατεί.* Vide ad Ai. 1206.

V. 483. *τοῦ παντὸς Ζηνὸς Ἑρκίου.* Id est, cognatis omnibus, qui mecum in iisdem aedibus conversantur, et eumdem Iovem Penetralem colunt. Vide auctores laudatos ad Hesychii glossam *Ἑρκείου Διός.* Ceterum ordo est: *ἀλλ' εἴτε κυρεῖ ἀδελφῆς, εἴτε ὁμαιμονεστέρας ἡμῖν τοῦ παντὸς Ζηνὸς Ἑρκίου.* — *ὁμαιμονεστέρας* in codd. meis omnibus reperi. Si qui sunt alii, in quibus *ὁμαιμονεστέρα* scriptum sit, librarii errori varietas imputanda est. Tragici verba non aliter interpretamur ac Eusta-

thius p. 1930. [30. (Od. 790, 15.)] χρῆσις δὲ Ἑρκείου Διὸς καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα Ἑρκεῖον Δία ἐκεῖνος τοὺς ἐν οἴκῳ πάντας δηλοῖ. Brunck. Ἑρκείου haud dubie rectius est quam Ἑρκίου. Κυρεῖ, sc. οὖσα. Nam participium verbi substantivi interdum omittitur. Sic Oed. Col. 726. καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ. El. 835. δειλαία δειλαίων κυρεῖς, quamquam hic locus aliter explicari potest. Aeschyl. Pers. 597. ὅςτις ἔμπορος κυρεῖ. Eurip. Phoen. 139. ὁμόγαμος κυρεῖ. 175. πόθεν κυρεῖ. 1074. τίς ἐν πύλαισι δωμάτων κυρεῖ; Hippol. 1421. ὃς ἂν μάλιστα φίλτατος κυρῇ βροτῶν. Erf. Quod ex scholiorum ed. Romana propagatum erat: ἀλλ' εἴτ' ἀδελφῆς εἴθ' ὁμαιμονεστέρα· εἴτε ἐξ ἀδελφῆς ἐμῆς, εἴτε οἰκειοτέρα καὶ συγγενικωτέρα πάντων τῶν οἰκείων — ἀθῷος οὐκ ἄπεισιν, editori Romano deberi per Elmsleium cognitum est. Nam codex in scholio οἰκειοτέρας καὶ συγγενικωτέρας praebet, in poetae verbis autem ὁμαιμ, superscripto ο. At in textu poetae codex ille La. ultimam verbi ὁμαιμονεστέρας litteram habet erasam. Hoc praetuli. Mirum enim, ne dicam ineptum est, ita potius dici, sive sororis meae, sive propinquioris mihi quam tota domus mulieris filia est, quam quod est maxime simplex, sive sororis meae filia est, sive tota mihi domo mea propinquior. Seidlero genitivum probanti quod placebat, τοῦ παντὸς Ζηνὸς ἑρκείου non ab isto comparativo regi, sed significare ἐκ τοῦ παντὸς Ζηνὸς ἑρκείου, sensumque esse, sive sororis, sive alius ex tota domo mea mihi propinquioris feminae filia est, mater scilicet vel filia Creontis, id ego quidem multo aegrius admittam, non solum quia sententia non fit melior, sed etiam quia obscurior est ista constructio, quam ut cuiquam audienti in mentem venire possit. Ac non ita haec construi poetam voluisse, additum παντὸς monstrat, quod aliter otiosum esset atque inutile. Id ipsum vero nomen quaeque ei adiuncta

αὐτή τε χὴ ξύναιμος οὐκ ἀλύξετον
μόρου κακίστου. καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον
ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.
καί νιν καλεῖτ'. ἔσω γὰρ εἶδον ἀρτίως
λυσσῶσαν αὐτήν, οὐδ' ἐπήβολον φρενῶν.

---

sunt verba non dubium praebent indicium, legendum esse ὁμαιμονεστέρα. Nam ut omissis illis recte dixisset, εἴτ' ἀδελφῆς εἴθ' ὁμαιμονεστέρας ἔτι ἐστίν, quo significasset, sive sororis sive propinquioris etiam, si fieri potest, filia est: at, quum appellavit propinquiorem quam tota sibi domus sua sit, tam ea iracunda oratio est, ut non in matrem, cui non est iratus, sed in filiam, cui est iratus, dici debuerit. Ex quo patere arbitror, quod dicit εἴτ' ἀδελφῆς idem esse atque εἴθ' ὁμαίμων, unde inferendum erat εἴθ' ὁμαιμονεστέρα πάντων.

V. 484. ἀλύξετον. gl. ἐκφεύξετον. Quo significare voluit grammaticus, patrios casus μόρου κακίστου pendere a suppressa praepositione ἐξ. Ellipsin non adgnoscit Eustathius p. 710. [57. (596, 18.)] ὅτι δὲ τὸ ἀλύξαι οὐ μόνον κοινότερον αἰτιατικῇ συντάσσεται, ἀλλὰ καὶ γενικῇ, δηλοῖ Σοφοκλῆς ἐν τῷ, Οὐκ ἀλύξετον μόρου κακίστου. Brunck. Eadem constructio est El. 626. ubi Musgr. praeter nostrum locum confert Oppian. Halieut. III. 104. et τῆς νόσου πεφευγέναι Philoct. 1044. Erf.

V. 485. Scholiastes, qui ad τοῦδε τάφου intelligi iubet περί, ἴσον cum ἐπαιτιῶμαι iunxit. At ἴσον τοῦδε τάφου βουλεῦσαι iungi debent. Sic in Phoen. 550. σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχων ἴσον.

V. 488. ἐπήβολον φρενῶν. Porphyrius Quaestion. Hom. I. τὸ ἐπήβολος σημαίνει τὸν ἐπιτυχῆ καὶ ἐγκρατῆ. Citat deinde ἐπήβολον φρενῶν ex Nostri Alcmaeone. Maximus Tyrius dissert. XXIV.

φιλεῖ δ᾽ ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς
τῶν μηδὲν ὀρθῶς ἐν σκότῳ τεχνωμένων.
μισῶ γε μέντοι χὤταν ἐν κακοῖσί τις
ἁλοὺς, ἔπειτα τοῦτο καλλύνειν θέλῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

θέλεις τι μεῖζον, ἢ κατακτεῖναί μ᾽ ἑλών;

ἀρετῆς ἐπήβολον. Mvsgr. Aeschyl. Prom. 444. φρενῶν ἐπηβόλους. Erf. Eustathius, qui p. 625, 37. (479, 21.) sine auctore commemorat φρενῶν ἐπήβολος, videtur spectavisse locum, qui est in Alcmaeone, quem ex Porphyrio affert p. 1448, 6. (Od. 99, 27.) De bis expressa re v. Valcken. ad Herodot. III. 25.

V. 489. August. b. Dresd. a. et margo Turnebianae κλοπαῖς. gl. λαθραίαις καταλήψεσι. Sed genuinum est κλοπεὺς cum πρόσθεν ᾑρῆσθαι coniungendum hoc sensu: Mens eorum, qui in tenebris pravi aliquid moliuntur, solet prius quam malefacta appareant, celator deprehendi s. tamquam celatorem se prodere. Musgravii versio, solet prius malefica convinci, Hermanno improbatur propterea, quod nomina in ευς ad singula facta referantur, veluti γναφεύς, τροφεὺς Aeschyl. Choeph. 756. σφαγεὺς Sophocl. Ai. 815. nisi multo usu ea invaluerit significatio, qua permanentem aliquem statum denotant, e. c. ἁλιεύς, βασιλεύς, ἑρμηνεύς, ἱερεύς, ἱππεύς, alia, quibus adnumerari non possit κλοπεύς, utpote nusquam, nisi hoc loco obvium. Erf. Etiam Philoct. 77. Κλοπεὺς habet Eustathius, hunc versum afferens p. 1931, 8. (Od. 791, 4.)

V. 491, 92. Antigonam tangi recte monuit Bothius. Erf. Versus 491—739. desunt in cod. Par.

KPEΩN.

ἐγὼ μὲν οὐδέν· τοῦτ᾽ ἔχων, ἅπαντ᾽ ἔχω.

ANTIΓONH.

τί δῆτα μέλλεις; ὡς ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων
ἀρεστὸν οὐδέν, μηδ᾽ ἀρεσθείην ποτέ·
οὕτω δὲ καὶ σοὶ τἄμ᾽ ἀφανδάνοντ᾽ ἔφυ.
καί τοι πόθεν κλέος γ᾽ ἂν εὐκλεέστερον
κατέσχον, ἢ τὸν αὐτάδελφον ἐν τάφῳ
τιθεῖσα; τούτοις τοῦτο πᾶσιν ἁνδάνειν
λέγοιτ᾽ ἄν, εἰ μὴ γλῶσσαν ἐγκλείσοι φόβος.

V. 496. Libri ἀρεσθείη. Elmsleius ad Oed. R. 322. scribi iubet ἀρέστ᾽ εἴη. Mihi facilius videbatur ἀρεσθείην. Alterutrum certe necessarium videtur.

V. 497. Ἀφανδάνοντα ex h. l. commemorat Eustathius p. 28, 42. 1417, 18. (22, 8. Od. 56, 9.)

V. 500. τοῖςδε τοῦτο. Sic ob euphoniam lego, libris omnibus invitis, in quibus τούτοις τοῦτο. Perpetua confusio est pronominum οἵδε et οὗτοι. Statim v. 509. ubi Aldus et plerique libri habent ὁρῶσι χοἵδε, in E. scriptum, ὁρῶσι χοὖτοι. Brunck. Revocavi librorum lectionem a Schaefero in melet. crit. p. 133. probabiliter defensam. Similibus, quae excitavit, locis adde Aeschyli Prom. 511.

Οὐ ταῦτα ταύτῃ Μοῖρά πω τελεςφόρος — Erf. La. Lb. Lc. Aug. ἁνδάνει. Glossa in Aug. ἀρέσκει.

V. 501. Libri omnes ἐγκλείσοι, praeclusurus esset, quod ab h. l. alienum est. Hinc Schaeferus in melet. crit. l. c. correxit ἐγκλείοι, sed melius videtur ἐγκλείσαι. Vide supra ad v. 410. Erf. Ἐγκλείοι coniecit etiam V. D. in Diar. class. fasc. XXXIII. p. 60. idemque, sed dubitanter, ταὐτὸ pro τοῦτο proposuit. Ἐγκλείσαι ego quoque conie-

ἀλλ' ἡ τυραννὶς πολλά τ' ἄλλ' εὐδαιμονεῖ,
κἄξεστιν αὐτῇ δρᾶν λέγειν θ', ἃ βούλεται.

ΚΡΕΩΝ.

σὺ τοῦτο μούνη τῶνδε Καδμείων ὁρᾷς.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρῶσι χοὖτοι· σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα.

---

ceram. Nihilominus revocandam duxi vulgatam, ut Eustathii quoque auctoritate munitam, p. 1391, 64. (Od. p. 21, 20.) quam sic interpretandam puto: hisce hoc omnibus placere dicatur, nisi metus os occlusurus sit, nempe quum quis dicere volet.

V. 504. Libri veteres hunc versum cum signo interrogationis scriptum habent. Id eodem redit. Schol. Rom. σοὶ τοῦτο μούνῃ. σοὶ μόνῃ τοῦτο δοκεῖ δίκαιον εἶναι ταφῆναι τὸν Πολυνείκη. Hic videtur σοὶ τοῦτο μούνῃ δοκεῖ habuisse.

V. 505. ὑπίλλουσι. Eustathius ad Odyss. Σ. pag. 1834. [53. (Od. p. 652, 24.)] Ἐκ τοῦ ἴλλειν γίνεται — τὸ, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα, ἤγουν ὑποβάλλουσι. κλείοντες οἷα ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύντες. Eodem redit Hemsterhusii explicatio ad Timaei Lex. Plat. p. 72. proposita: tibi subiiciunt, subvolvunt quasi atque adeo obnoxium habent os dicendique libertatem. Eurip. Oedip. fragm. XVI. Οὐρὰν ὑπίλλουσ' ὑπὸ λεοντόπουν φύσιν Ἐκαθέζετ'. Erf. Neque Eustathii, neque Hemsterhusii explicatio satis accommodata videtur. Melius scholiastes: γιγνώσκουσι καὶ οὗτοι. διὰ δὲ σὲ τὸ στόμα συστέλλουσι καὶ σιωπῶσιν. ἢ στρέφουσι τοὺς διὰ τοῦ στόματος λόγους. Ita intelligam: torquent os suum secundum te, i. e. ad exemplum tuum, eadem quae

ΚΡΕΩΝ.

σὺ δ' οὐκ ἐπαιδεῖ, τῶνδε χωρὶς εἰ φρονεῖς;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐδὲν γὰρ αἰσχρὸν τοὺς ὁμοσπλάγχνους σέβειν.

ΚΡΕΩΝ.

οὔκουν ὅμαιμος χὠ καταντίον θανών;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε, καὶ ταὐτοῦ πατρός.

ΚΡΕΩΝ.

πῶς δῆτ' ἐκείνῳ δυςσεβῆ τιμᾷς χάριν;

---

tu dicentes. Similiter nos, einem nach dem Munde reden. Initio versus χοὖτοι ex La. Ricc. Aug. pro vulgato χοἴδε dedi.

V. 508. χὠ καταντίον θανών. Eteocles nempe. Sic membr. et Aldus. In aliis χὠ κατὰ χθονὸς θανὼν, inepte; male positis hic vocibus, quae ad v. 515. pertinebant. Brvnck. Etiam Iuntina prior καταντίον. Sed secunda typographi errore κατ' ἀχθονὸς, quod repetitum in ed. Francof. a. 1555. Non prorsus damnandum κατὰ χθονός, quod habent etiam Vat. Aug. Dresd., si quidem Creon recte potuit Eteoclem sepultum vocare, quum is fuerit ipsius iussu sepultus, (v. v. 23. ss.) quod contra Polynices inhumatus iacebat.

V. 509. Non male legeretur, ὅμαιμος, ἐκ μιᾶς γε καὶ ταὐτοῦ πατρός.

V. 510. δυςσεβῆ. Sic tres codd. [etiam August. b. et Dresd. a.] optime. In membr. ut apud Aldum δυςσεβεῖ, sensu nullo aut pravo. Sententia est: πῶς δῆτα τιμᾷς τῷ Πολυνείκει χάριν, ἥτις ἐκείνῳ,

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ μαρτυρήσει ταῦθ᾽ ὁ κατθανὼν νέκυς.

ἤγουν τῷ Ἐτεοκλεῖ, δυςσεβὴς ἐστιν. Monuit Triclinius nomen *δυςσεβῆ* ad *ἐκείνῳ* referri. Bonam lectionem, quam ille suppeditabat, neglexit Turnebus, alias promtissimus ad pessima quaeque recipienda. Brvnck. Praefero Reiskii interpretationem: cur illi (Polynici) honorem tribuis impium, legibus adversantem? *Πατρῴαν τιμῶν χάριν* occurrit Eurip. Orest. 819. Pors. citante Musgravio. Erf. Non videntur interpretes respexisse versum 512. ex quo, si v. 508. 509. non docerent, certissime intelligitur, *ἐκείνῳ* de Eteocle dici. Nihil aliud dicit, quam, *πῶς δῆτα δυςσεβὴς εἶ εἰς ἐκεῖνον;* Impiam enim in Eteoclem dicit Antigonam, quod hunc non honoret magis, quam fratrem Polynicen. La. *δυσσεβῶι,* supra scripto *ηι.* Ricc. *πῶς οὖν ἐκείνῳ δυσσεβῆ τιμᾷς.*

V. 511. *ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς.* Sic optime E. T. [Dresd. a. et margo Turneb.] In membr. et apud Aldum *ὁ κατθανὼν νέκυς*, quod ineptum est, quum de utroque fratre perinde intelligi possit. At hic significatur Eteocles, cui iusta peracta fuerant, quique proinde perspicue designatur his verbis, *ὁ κατὰ χθονὸς νέκυς.* Brvnck. *Ὁ κατθανὼν* vera lectio est, altera versum anapaesto vitiante. Vter fratrum significetur, e nexu satis apparet. Sic supra v. 94. *τῷ θανόντι* de Polynice. Loquutionem *ὁ κατθανὼν νέκυς* defendit H. Stephanus ex Homeri *νεκύων κατατεθνειώτων* Odyss. *Λ.* 37. et *νεκύεσσι καταφθιμένοισιν* ibid. 490. — *Οὐ μαρτυρήσει.* Sic Eurip. Hipp. 977. *Οὐ μαρτυρήσει μ᾽ Ἴσθμιος Σίνις ποτὲ Κτανεῖν ἑαυτόν.* Erf. *Τῶν κατὰ χθονὸς νεκρῶν* mire dictum Eur. Suppl. 799. de cadaveribus nondum sepultis. Idem not. ms.

ΚΡΕΩΝ.

εἴ τοί σφε τιμᾷς ἐξ ἴσου τῷ δυςσεβεῖ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὐ γάρ τι δοῦλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο.

ΚΡΕΩΝ.

πορθῶν γε τήνδε γῆν· ὁ δ', ἀντιστὰς ὕπερ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους τούτους ποθεῖ.

V. 513. Quum huc usque inde a v. 508. omnia ad Eteoclem relata essent, nunc redit oratio, ubi ὁ δυςσεβὴς commemoratus erat, ad Polynicen, de quo hic et sequens versus intelligendi sunt. Correctoris est, quod in cod. Dresd. exstat, οὐ γάρ τις ἄλλος, ἀλλ' ἀδελφὸς ὤλετο. Non enim, inquit, Polynices servus Eteocli, sed frater periit.

V. 514. Convenientius consuetudini est quod editi habent πορθῶν γε, quam quod in La. Aug. Ricc. legitur, πορθῶν δὲ, receptum in ed. Oxon. Mox in Ricc. τήν γε γῆν, sed γε in δὲ correcto.

V. 515. τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ. Proba haec lectio Scholiastae debetur. Codd. omnes, τοὺς νόμους τούτους. Brunck. Ἰσοτιμία γὰρ ἐν Ἅιδου καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. Lucian. Mort. Dial. XXV. 2. et Dial. XXIV. Chiron τὴν ἐν Ἅιδου ἰσοτιμίαν laudat ut rem plane popularem. Vid. Iacobs. Anthol. Gr. Vol. IX. p. 243. Erf. Scholiastes: τοὺς νόμους τούτους. γράφεται ἴσους. λέγει δὲ τὸ θάπτειν. Servandum duxi librorum scripturam, cuius interpretatio esse videtur ἴσους, ducta ex v. 512. La. τούτους, adscripto γρ. τοὺς νόμους ἴσους.

ΚΡΕΩΝ.

ἀλλ' οὐχ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

τίς οἶδεν εἰ κάτωθεν εὐαγῆ τάδε;

V. 516. λαχεῖν ἴσον. E praeced. versu repetendum verbum ποθεῖ. ἀλλ' οὐ ποθεῖ ὁ χρηστὸς τῷ κακῷ λαχεῖν ἴσον. Perperam Ald. et membr. λαχεῖν ἴσος. In E. [et Dresd. a.] λαβεῖν ἴσον, ex frequenti librariorum lapsu in permutandis λαβεῖν et λαχεῖν. Brunck. Revocavi membranarum, Aldinae, et Iuntinarum scripturam, quae multo est exquisitior. Ad λαχεῖν enim ex praecedente versu τοὺς νόμους τούτους intelligendum. Bonus, inquit, non par est malo ad consequendum ea, quae debita sibi poscunt mortui. La. quoque ἴσος. Ricc. Vat. Aug. ἴσον.

V. 517. τίς οἶδεν. Sic codd. [et Schol.] sine particula [δ'], quam Aldus inseruit. εὐαγῆ. gl. ἀποδεκτὰ, εὐσεβῆ. Brunck. κάτωθεν. Hanc scripturam vulgata κάτω 'στὶν exquisitiorem servavit Scholiastes. Sic ἄνωθεν pro ἄνω Electr. 1058. et ἐνθένδε pro ἐνθάδε Plat. Gorg. §. 61. ubi v. Heindorf. Erf. Scholiastes: τίς οἶδεν εἰ κάτω 'στίν. γρ. κάτωθεν, ἀντὶ τοῦ κάτω· ὡς τὸ, Αἴας ἐγγύθεν ἦλθεν· ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. ὁ δὲ νοῦς· τίς οἶδεν εἰ καθ' Ἅιδου ἀλλήλοις διαλλάσσοντες ἡγοῦνται εὐσεβῆ τάδε; Non potest κάτωθεν pro κάτω, aut quidquam simile dici, sed servant adverbia ista suam sibi propriam significationem: quare non possunt usurpari, nisi ubi vel attractio vel alia ratio proprie dicta esse monstrat. Vide ad Trach. 1006. Hic κάτωθεν sic est intelligendum: quis scit, an illinc haec probentur? i. e. an ab inferis approbatio nobis veniat.

ΚΡΕΩΝ.

οὔτοι πόθ' οὐχθρὸς οὐδ' ὅταν θάνῃ, φίλος.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οὔτοι συνέχθειν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.

ΚΡΕΩΝ.

κάτω νυν ἐλθοῦσ', εἰ φιλητέον, φίλει
κείνους· ἐμοῦ δὲ ζῶντος οὐκ ἄρξει γυνή.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν πρὸ πυλῶν ἥδ' Ἰσμήνη,
φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη·
νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν

V. 518. Perperam libri omnes **οὔθ' ὅταν.** Brvnck. La. οὔδ' ὅταν.

V. 519. Apud Plutarchum de adulatore ab amico internoscendo p. 53. C. vulgo *οὐ γὰρ συνεχθεῖν, ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυ*, servatum Gatakero ad M. Antonin. p. 169. D.

V. 523. *δάκρυ' εἰβομένη.* Perperam Aldus et membr. *δάκρυα λειβομένα.* Brvnck. August. b. *λειβομένη.* Superiore versu post *Ἰσμήνη* addidi, mox post *ὕπερ* omisi interpunctionem. Sic iam Valcken. ad Eurip. Hippol. 173. Erf. Primus Turnebus edidit *δάκρυ' εἰβομένη.*

V. 524. *αἱματόεν* nove dictum de r u b e n t e c o l o r e, ut Latini nonnunquam vocem s a n g u i n e u s usurpant. Seq. vers. *ῥέθος* f a c i e m significare *Αἰολικῶς*, veteres Grammatici certatim observarunt. Erf. Grammatici, ut Suidas, qui ex scholiis ad h. l. hausit, et Philemon pag. 109. *ῥέθος* proprie *τὸ πρόσωπον* significare tradunt. Ita Eurip. Herc. f. 1204. *ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον.* Et Moschus IV. 2. *το*

ῥέθος αἰσχύνει,
τέγγουσ' εὐῶπα παρειάν.

ΚΡΕΩΝ.

σὺ δ', ἣ κατ' οἴκους, ὡς ἔχιδν', ὑφειμένη
λήθουσά μ' ἐξέπινες, οὐδ' ἐμάνθανον
τρέφων δύ' ἄτα κἀπαναστάσεις θρόνων,

πρὶν δέ τοι οὐκ ἔτ' ἔρευθος σώζετ' ἐπὶ ῥεθέεσσι. Male Heathius vultum unguibus laceratum *αἱματόεν ῥέθος* dici putat. Vulgo purpureum interpretantur, ad quem finem apte Seidlerus comparat *φύλλα αἱματόεντα ῥόδων* apud Leonidam Tar. 80. Non inservit autem hoc epitheton venustati virginis significandae, sed dolor atque indignatio, id est enim *νεφέλη ὀφρύων ὕπερ*, dicitur *αἰσχύνειν τὸ ῥέθος, ὥςτε αἱματόεν γενέσθαι*. Dolor, inquit, faciem puellae implet rubore, pulcras genas lacrimis perfundens. Pudebat enim Ismenen, quod non paris cum sorore pietatis rea esset. Id ut rubor in facie indicabat, ita verbis significat chorus. *Εὐῶπα παρειὰν* tetigit Eustathius p. 768, 40. (675, 24.)

V. 527. *ὑφημένη*. Sic legisse videtur antiquus enarrator; et proba est haec lectio. Libri omnes nostri praeferunt *ὑφειμένη*, quod non prorsus damnandum, Eurip. Herc. fur. 71.

οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς
σώζω νεοσσούς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.

Hesych. *ὑφειμένος, καθειμένος, ταπεινός*. Brunck. *ὑφειμένη* cum Hermanno unice verum esse puto. *ὑφῆσθαι* ne occurrere quidem recte monuit Bothius. Erf. *Ὑφειμένη* hic non est *ταπεινή*, ut Brunckio visum. Neque enim adiectivo hic, sed participio opus est. Paullo melius Musgravius, clam subrepens. Aptius dixisset, clam immissa.

V. 529. *δύ' ἄτα*. Membr. et Aldus *δύ' ἄτας*.

φέρ', εἰπὲ δή μοι, καὶ σὺ τοῦδε τοῦ τάφου
φήσεις μετασχεῖν, ἢ 'ξομεῖ τὸ μὴ εἰδέναι;

ΙΣΜΗΝΗ.

δέδρακα τοὔργον, εἴπερ ἥδ' ὁμοῤῥοθεῖ,
καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλλ' οὐκ ἐάσει τοῦτό γ' ἡ δίκη σ', ἐπεὶ
οὔτ' ἠθέλησας, οὔτ' ἐγὼ 'κοινωσάμην.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι

Eadem varietas enotata in Oed. Col. 531. Brunck. De constructione illa, ἐμάνθανον τρέφων, si cui his opus est, adeat Valckenarium ad Herodot. III. 1. Ἄτας etiam Iuntinae. Tricliniani, La. Ricc. ἄτα.

V. 533. καὶ ξυμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας. In φέρω praepositio σὺν e praecedente verbo repetenda ἀπὸ κοινοῦ. Est enim tamquam si dixisset καὶ ξυμφέρω. Brunck. Φέρω positum est διὰ μέσου. Vid. Triclin. ad Oed. R. 808. ed. meae mai. Eadem constructio in Aeschyli Prom. 331.

πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί.

quem locum Hermannus mihi suggessit. Nolim autem huc trahi Oed. C. 383. τὰ δ' ἐν μέσῳ ἢ λῆστιν ἴσχεις, ἢ δι' οὐδενὸς ποιεῖ, nam, λῆστιν ἴσχειν eiusmodi est, ut per se possit cum accusativo construi. Conf. Schaef. Ind. ad Gregor. v. συνθύειν. Lobeck. ad Ai. p. 295. Heind. ad Plat. Phaedon. p. 166. Erf.

V. 536. August. b. et Dresd. a. κακοῖσι, unde cum Hermanno coniicias poëtam scripsisse κακοῖσι σοῖσιν. Erf.

ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὧν τοὔργον, Ἅιδης χοἰ κάτω ξυνίστορες·
λόγοις δ' ἐγὼ φιλοῦσαν οὐ στέργω φίλην.

ΙΣΜΗΝΗ.

μήτοι κασιγνήτη μ' ἀτιμάσῃς τὸ μὴ οὐ
θανεῖν τε σὺν σοί, τὸν θανόντα θ' ἁγνίσαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

μή μοι θάνῃς σὺ κοινά, μηδ' ἃ μὴ ᾿θιγες

V. 537. ξύμπλουν — τοῦ πάθους. Euripides Iph. T. 603.

> Ὁ ναυστολῶν γάρ εἰμ' ἐγὼ τὰς συμφοράς,
> Οὗτος δὲ συμπλεῖ τῶν ἐμῶν μόχθων χάριν.
> Mvsgr.

Affert hunc versum Eustathius p. 1444, 46. (Od. 94, 52.) apud quem σύμπλουν legitur.

V. 541. ἁγνίσαι. Bene Scholiastes per τιμῆσαι interpretatur. Sic contrarium μιαίνειν Euripidi ἀτιμάζειν valet Suppl. 380. Heraclid. 265. Mvsgr. Ἁγνίσαι non est τιμῆσαι, sed hoc dicit, ne dedignare me et mori tecum et iustis peragendis lustrasse fratrem: ut scilicet humato bene sit apud inferos. Declarat hoc etiam responsio Antigonae.

V. 542. μηδ' scribendum putat V. D. in eph. Ien. 1812. No. 194. p. 516. propterea quod prior enunciatio a μὴ incipiat et negatio continuetur tantum. Erf. Μήτε si defendendum, prius μὴ pro μήτε recipiendum est. Vide censuram nostram Medeae ab Elmsleio editae ad v. 4. in Diar. class. XXXVIII. p. 275. seqq. Aliter μήτε tuendum putavit, sed

ποιοῦ σεαυτῆς. ἀρκέσω θνήσκουσ' ἐγώ.

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ τίς βίος μοι σοῦ λελειμμένῃ φίλος;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Κρέοντ' ἐρώτα. τοῦδε γὰρ σὺ κηδεμών.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί ταῦτ' ἀνιᾷς μ', οὐδὲν ὠφελουμένη;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἀλγοῦσα μὲν δῆτ', εἰ γέλωτ' ἐν σοὶ γελῶ.

ΙΣΜΗΝΗ.

τί δῆτ' ἂν ἀλλὰ νῦν σ' ἔτ' ὠφελοῖμ' ἐγώ;

---

non recte, ut mihi videtur, Reisigius in Coniect. ad Aristoph. p. 189. Sed La. *μὴ δ'*.

V. 546. Scholiastes: *ὠφελουμένη. ἀντὶ τοῦ ὠφελοῦσα.* Male. Cur sic me, inquit, enecas, nulla cum utilitate tua?

V. 547. *ἀλγοῦσα μὲν* — gl. *εἰ, ὥςπερ οἴει, σὺν γέλωτι ταῦτα προφέρω σοι, λυπουμένη προφέρω.* Brvnck. Recte. Sic v. 656. ad *κάρτα τοὺς ἔξω γένους* repetendum *ἀκόσμους θρέψω.* Erf. Nimirum, inquit, quia doleo, si mihi ridenda eris: eo scilicet, quod nunc sociam te mihi fuisse iactas, suppliciumque subire mecum vis, quum tamen facere, quod ego feci, non fueris ausa.

V. 548. *σ' ἐπωφελοῖμ'.* Sic bene in E. In aliis *σ' ἔτ' ὠφελοῖμ'*, vel, quod deterius est, *σέ τ' ὠφελοῖμ'*. Brvnck. In August. b. supra *τ'* scriptum *οι*. Erf. Nihil caussae erat, cur unius codicis scriptura praeferretur vulgatae. La. *σε τ' ὠφελοῖμ'*.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σῶσον σεαυτήν. οὐ φθονῶ σ' ὑπεκφυγεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

οἴμοι τάλαινα, κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου;

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

σὺ μὲν γὰρ εἵλου ζῆν· ἐγὼ δὲ κατθανεῖν.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλ' οὐκ ἐπ' ἀῤῥήτοις γε τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

καλῶς σὺ μὲν τοῖς, τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν.

V. 550. Notandum hyperbaton, pro, *καὶ μόρου τοῦ σοῦ ἀμπλάκω;* etiam mortis tuae societate priver?

V. 553. *καλῶς σὺ μέντοι.* Sic optime Scholiastes. E praecedenti nomine *λόγοις* adsumendum verbum *ἔλεγες*. In membr. et in Aldina *σὺ μὲν τοῖς*. In E. T. [et Dresd. a. Vat.] *σὺ μὲν θοῦ*, cum glossa, *ἤγουν ἄριστα τούτοις προςετέθης ἐν μόνῳ λόγῳ, καὶ οὐκ ἐφρόνεις ὥςπερ ἐγώ.* In August. *σὺ μέν θ' οὐ.* superscriptum *ἢ οὐ.* Vnde hanc lectionem elicias: *καλῶς σὺ μέν τ' οὔ.* id est *σὺ μέντοι οὐ καλῶς ἔλεγες*: quod a sensu nostrae lectionis non multum abludit: quippe nostra morata est, nimirum ironica; et idcirco melior. Brvnck. Pro *τοῖςδ'* disiunctim scripsi. *τοῖς δ'*. Erf. Edd. vett. *καλῶς σὺ μὲν τοῖς, τοῖςδ'* (vel *τοῖς δ'*) *ἐγώ.* La. primo *καλῶς σὺ μὲν τοῖς*, deinde ex emendatione *καλῶς σὺ μέν τοι.* Ricc. *καλῶς σὺ μέντ' οἴου.* Scholiastes ab Elmsleio descriptus: *καλῶς σὺ μέντοι· τοῖς δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν. σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν, μὴ συμπράττουσά μοι· ἐγὼ δὲ*

ΙΣΜΗΝΗ.

καὶ μὴν ἴση νῷν ἐστὶν ἡ 'ξαμαρτία.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

θάρσει. σὺ μὲν ζῇς· ἡ δ' ἐμὴ ψυχὴ πάλαι
τέθνηκεν, ὥςτε τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν.

τούτοις, ἢ ἀνδράσιν ἢ τοῖς ἐμοῖς δόγμασιν. τινὲς δὲ, τῷ νόμῳ καὶ τῷ δικαίῳ. Quem σὺ μὲν σοὶ legisse, recte adnotavit Martinus. Schaeferum, qui τούτοις δὲ in scholiastae codice fuisse putavit, fefellit editio Romana, in qua verba illa, ut si Sophoclis sint, litteris sunt uncialibus scripta. Μέντοι etsi ferri potest, tamen non verum videtur, quia vix τοῖς δὲ dixisset Sophocles, nisi praegresso alio τοῖς. Non male legeretur, καλῶς σὺ μέν· τούτοις δ' ἐγὼ 'δόκουν φρονεῖν. Sed praestat vulgata. Sunt illi autem non dativi, sed ablativi: tu quidem illis, his autem ego dictis factisve sapere mihi videbar.

V. 554. V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 60. γε post νῷν inseri vult, quia particulae καὶ μὴν non sequente γὲ semper novae personae adventum indicent. Perridicula haec vis foret harum particularum. Aeschylus Pers. 406. καὶ μὴν παρ' ἡμῶν Περσίδος γλώσσης ῥόθος ὑπηντίαζε. Agam. 940. καὶ μὴν τόδ' εἰπὲ μὴ παρὰ γνώμην ἐμήν. 1187. καὶ μὴν ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων ἔσται δεδορκώς. Choeph. 172. καὶ μὴν ὅδ' ἐστὶ κάρτ' ἰδεῖν ὁμόπτερος. Eumen. 714. καὶ μὴν βαρεῖαν τήνδ' ὁμιλίαν χθονὸς ξύμβουλός εἰμι μηδαμῶς ἀτιμάσαι. Suppl. 317. καὶ μὴν Κάνωβον κἀπὶ Μέμφιν ἵκετο.

V. 556. Insolentiorem structuram, τοῖς θανοῦσιν ὠφελεῖν pro τοὺς θανόντας, adnotavit Eustathius p. 725, 55. (617, 8.) Sensum recte explicuit scho-

ΚΡΕΩΝ.

τὼ παῖδε φημὶ τώδε, τὴν μὲν ἀρτίως
ἄνουν πεφάνθαι, τὴν δ' ἀφ' οὗ τὰ πρῶτ' ἔφυ.

ΙΣΜΗΝΗ.

οὐ γάρ ποτ', ὦ 'ναξ, οὐδ' ὃς ἂν βλάστῃ μένει
νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ' ἐξίσταται.

ΚΡΕΩΝ.

σοὶ γοῦν, ὅθ' εἵλου σὺν κακοῖς πράσσειν κακά.

---

liastes: οἷον, προῃκάμην τὸ ζῆν, βοηθῆσαι βουλομένη τῷ ἀδελφῷ.

V. 559. ὃς ἂν βλαστῇ. Apud Eustathium p. 720. ὃς ἂν βλαστοῖ, male. In seq. v. πράσσουσιν exhibent E. T. [et Dresd. a.] Perperam Aldus πράττουσιν. Brunck. Adulatoria oratio, et tamquam veniam deprecantis. Musgr.

V. 559. Apud Plutarchum in Phocione c. 1. p. 742. A. et de ira cohib. p. 460. D. ἀλλ' οὐ γάρ, ὦναξ et πράξασιν. Apud Greg. Cor. de dial. Ion. §. 29. p. 417. ἀλλὰ γάρ, ὦναξ et πράττουσιν, sed quidam eius libri νοῦς, οὐδ' ὃς μένει τοῖς καλῶς πεπραγόσιν. Eustathius p. 720, 7. (609, 5.) affert ὃς ἂν βλαστοῖ νοῦς. Vulgatum βλαστῇ, quod etiam apud Plutarchum et Gregorium est, βλάστῃ scribendum esse, Schaefero auctore ad Electr. 1061. Antig. 912. adnotavit Martinus. Scholiastes hos versus male sic interpretatur, quasi corrigi Ismene perversitatem mentis infortunio dicat. Hoc illa dicit, etiam qui ante recta mente usi sint, rebus adversis perturbatos prava consilia sequi.

V. 561. ξὺν κακοῖς. Sic August. optime. Gl. σὺν τῇ ἀδελφῇ. In E. T. [et Dresd. a. Vat.] σὺν κακῇ. In membr. ut apud Aldum σὺν κακῷ. Since-

ΙΣΜΗΝΗ.

τί γὰρ μόνῃ μοι τῆςδ' ἄτερ βιώσιμον;

ΚΡΕΩΝ.

ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγ'. οὐ γὰρ ἔστ' ἔτι.

ΙΣΜΗΝΗ.

ἀλλὰ κτενεῖς νυμφεῖα τοῦ σαυτοῦ τέκνου;

---

rum est quod praetulimus, et tragico stylo congruum: nomen plurale cum emphasi singularem personam notans. Vide ad Oed. T. 365. et 1403. Brvnck. *Σὺν κακοῖς* videri potest etiam scholiastes legisse, cuius haec verba sunt: *πρὸς ὅ φησι Κρέων, σοὶ γοῦν μένει κακὸς ὁ νοῦς, ὁπότε εἵλου τῶν κακῶν εἶναι κοινωνός.* Cod. Aug. *σὺν κακοῖς.* Sic etiam La. supra scripto *ῃι.* *Σὺν κακοῖς* quum ambiguum sit, et non minus cum malo tuo quam cum malis hominibus significare possit, qui priorem interpretationem probabant, *σὺν κακῷ;* qui posteriorem, *σὺν κακῇ* adscripsere. Et hos quidem, qui Antigonam dici viderunt, recte sensisse, responsio Ismenae docet.

V. 563. *ἀλλ' ΗΔΕ μέντοι μὴ λέγ'.* Sic legendum. Materialiter, ut aiunt, positum est hic *ἥδε*, repetitum ex *τῆςδ'* in praec. versu. [Aristoph. Acharn. 35. Matthiae p. 389. Erf.] Optima glossa est in August. *τὸ ἥδε.* Id est, *ἀλλὰ μέντοι μὴ λέγε τὸ ἥδε.* In membr. et T. [ac La.] ut apud Aldum, *ἀλλ' ἥδε μέν σοι μὴ λέγ'.* In E. *ἀλλ' ἥδε μὲν τοι σοὶ μὴ λέγ'.* Nemo non videt *μέντοι* unice verum esse. Saepissime *σοι* et *τοι* commutantur. Brvnck. *μέντοι* satis frequens est in responsionibus. Vid. Heindorf. ad Plat. Cratyl. p. 152. Erf.

ΚΡΕΩΝ.

ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.

ΙΣΜΗΝΗ.

οὐχ ὥς γ' ἐκείνῳ τῇδέ τ' ἦν ἡρμοσμένα.

ΚΡΕΩΝ.

κακὰς ἐγὼ γυναῖκας υἱέσι στυγῶ.

ΙΣΜΗΝΗ.

ὦ φίλταθ' Αἷμων, ὥς σ' ἀτιμάζει πατήρ.

ΚΡΕΩΝ.

ἄγαν γε λυπεῖς, καὶ σύ, καὶ τὸ σὸν λέχος.

V. 565. *ἀρώσιμοι.* Perperam Aldus et membr. *ἀρώσιμαι.* Vide Taubmannum ad Plauti Asinariam V. 2. 23. Brvnck. Ald. et Iuntinae *ἀρώσιμαι — γύναι.* La. Ricc. Turn. *ἀρώσιμοι.* Deinde Ricc. *γοναί.* Affertur hic versus in Excerptis e cod. Paris. post Gregor. Cor. p. 677. et Bachmanni Anecd. vol. II. p. 366, 5. ita, *ἀρώσιμαι γὰρ χ' ἀτέρων εἰσὶ γνῶμαι.* In Moschopuli Dictt. Att. in v. *ἀρόω* sic, *ἀρόσιμοι γὰρ χ' ἑτέρων εἰσὶ γυῖαι.*

V. 567. *υἱάσιν.* Dativus pro Genitivo, figura Colophonia. Vid. Matthiae Gramm. Gr. p. 526. n. 3. Erf. Reposui *υἱέσι* ex cod. Dresd. et Lc., monitu Lobeckii ad Phryn. p. 69. Vt epici cur *υἱάσι* dicere quam *υἱέσι* maluerint apertum est, ita non est obscurum cur Attici, qui dativos in *εσι* uno *σ* terminatos usurpare solent, non opus habuerint *υἱάσι* dicere.

V. 568. Hunc versum Aldus et Turnebus Antigonae tribuunt contra meliorum codd. fidem, etiam illius qui Sophoclem a Triclinio recensitum exhibet. Doctos viros fefellit istud sequentis versus *τὸ σὸν*

ΙΣΜΗΝΗ.

ἦ γὰρ στερήσεις τῆςδε τὸν σαυτοῦ γόνον;

ΚΡΕΩΝ.

Ἅιδης ὁ παύσων τούςδε τοὺς γάμους ἔφυ.

ΙΣΜΗΝΗ.

δεδογμέν', ὡς ἔοικε, τήνδε κατθανεῖν.

λέχος, quod soli Antigonae convenire opinati sunt. At ibi τὸ σὸν λέχος non valet nuptiae tuae, quatenus illa cui hoc dicitur nuptura fuisset, sed nuptiae quas crepas, τὸ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενον λέχος, ut bene Scholiastes exponit. Sic El. 1110. οὐκ οἶδα τὴν σὴν κληδόν'. Philoct. 1251. τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον. Euripid. Heracl. 285. τὸ σὸν γὰρ Ἄργος οὐ δέδοικ' ἐγώ. Id est ὃ κομπεῖς Ἄργος. Brvnck. La. Αἵμων, quod recepi. Vulgo Αἷμον. Interesse nonnunquam videri aliquid, utrum vocativo quis an nominativo utatur, monitum ad Aiac. v. 89. Qua in re si non fallor, aptior est nominativus in appellatione absentis per figuram rhetoricam. Sic in Aiace ὦ φίλτατ' Αἴας v. 977. 996. et φίλτατ' Αἴας v. 1015. ubi Suidas vocativum habet, quem exhibet idem v. 923. ubi Sophoclis libri ὦ δύςμορ' Αἴας. Et sine epitheto Αἴας in hac figura v. 1269. Diversa ratio est, quum epitheton postponitur, ut in Electra v. 808. Ὀρέστα φίλτατε. Caeterum etiam La. versum tribuit Ismenae, cuius eum esse etiam si non docerent Creontis quae sequuntur verba, eo intelligi potest, quod ab Antigonae ingenio commemoratio Haemonis hoc tempore valde abhorret.

V. 571. Pro ἔφυ La. ἐμοί.

V. 572. Cod. Aug. hunc versum tribuit choro, non male, sed tamen contra morem tragoediae.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ σοί γε κἀμοί. μὴ τριβὰς ἔτ', ἀλλά νιν

Nam chorus si hic loqueretur, duos minimum versus haberet.

V. 573. μὴ τριβὰς ἔτ'. Sic libri omnes, quos corruptos esse pronuntiat Toupius ad Suidam III. 163. legendum statuens, μὴ τριβάζετ'. Mihi cum erudito viro non amplius convenit; quin sinceram esse vulgatam lectionem aio. Supprimitur verbum nomini τριβὰς aptum, ἐμβάλλετε, ποιεῖτε, vel simile. Estque haec ellipsis elegans, in familiari sermone valde usitata. Sic Cicero libro de Finibus II. 6. Tum ille, Finem, inquit, interrogandi, si videtur. et IV. extremo: Scrupulum, inquam, abeunti: sed videbimus. Vbi verba itidem supprimuntur. Iratum autem et festinantem Creontem maxime convenit quam paucissimis mandata sua complecti. Brvnck. Aristoph. Acharn. 344. μή μοι πρόφασιν. Vesp. 1174. μή μοι γε μύθους. Vid. et Electr. 369. Mvsgr. καὶ σοί γε κἀμοί, et tibi et mihi decretum est, i. e. recte coniicis Antigonae supplicium a me constitui. Moram inique ferentis aspera et acerbae cavillationis plena oratio. Alexis ap. Athen. p. 170. A. Καὶ μὴ προφάσεις ἐνταῦθά μοι· μηδ', Οὐκ ἔχω. Erf. Scholiastes: καὶ σοί γε κἀμοί. οὐ μόνῃ ταύτῃ ὥρισται τὸ ἀποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ σοί· μηκέτι οὖν μοι τριβὰς ἐμβάλλετε. ἢ καὶ ἐμοὶ καὶ σοὶ δέδοκται μηκέτι διατρίβειν ἐν τοῖς λόγοις. Posterior explicatio eo tantum mala est, quod interpunctionem post κἀμοὶ sublatam habet. Prior ad scripturam refertur, quae haec est: καὶ σοί γε. καί μοι μὴ τριβὰς ἔτ'. Recte vero vulgata. Δεδογμένα est certum est. Hoc enim dicit Creon: non minus tibi, quam mihi certum est, illam mori.

κομίζετ' εἴσω, δμῶες· ἐκ δὲ τοῦδε χρὴ
γυναῖκας εἶναι τάςδε, μηδ' ἀνειμένας.
φεύγουσι γάρ τοι χοἰ θρασεῖς, ὅταν πέλας
ἤδη τὸν Ἅιδην εἰςορῶσι τοῦ βίου.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Εὐδαίμονες, οἷσι κακῶν ἄγευστος αἰών.

V. 575. *γυναῖκας εἶναι*, i. e. intus in thalamis agere. Sarcastica phrasis, qua significat eas indecore, nec pro honestarum mulierum more, extra aedes vagari. Vide quae Toupius notavit ad Suidam v. *Ἀμπαλίνωρος*. — *ἀνειμένας*. Clytaemnestra apud Nostrum Electr. 516. *ἀνειμένη μὲν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει*. Mvsgr. Sic intellexit locum etiam Wakef. in Silv. Crit. P. I. p. 34. aliter quidem, sed ita, ut illorum ratio una probari possit, Corayus ad Isocrat. p. 241. his verbis usus: *Ταύτας ἀπὸ τοῦ νῦν χρὴ γυναῖκας εἶναι, ἤγουν ὡς γυναῖκας ὑποστέλλεσθαι, καὶ μὴ εἶναι ἀνειμένας, τουτέστι μὴ ἀνυποστόλως παῤῥησιάζεσθαι*. Brunckius, tamquam si *μή*, non *μηδὲ* legatur, hunc in modum vertit: mulieres istas dehinc libere vagari nequaquam convenit. Erf. Scholiastes, cuius verbis praefixum est *ἐκ δὲ τοῦδε χρή*, *δὲ* in *μηδὲ* abundare dixit. Ab eo se in errorem abduci passus est Brunckius.

V. 578. Prima quinque verba huius carminis posuit Stobaeus Serm. CIII. *περὶ εὐδαιμονίας*. Nequis putet, ineptam esse hanc sententiam, ut quae nihil aliud quam felices esse qui non sint infelices dicat, meminerit, negligentius loqui poetam, quia statim explicat, quod intelligi velit. Hoc enim dicit, felices esse, quibus non acciderit insigne aliquod malum, ut quod soleat infinitam aliorum afferre

οἷς γὰρ ἂν σεισθῇ θεόθεν δόμος, ἄτας
οὐδὲν ἐλλείπει, γενεᾶς
ἐπὶ πλῆθος ἕρπον·
ὅμοιον ὥςτε ποντίαις

---

malorum copiam. Caeterum versus Erfurdtius ita distinxerat, ut Brunckius, nisi quod vocem *γενεᾶς* quinto versui adiecerat. Quae versuum distinctio etsi talis est, ut nihil in antistropha mutari necesse sit, tamen, qui hoc genus numerorum, quod ex epitritis et dactylico metro compositum est, satis cognitum habeat, non poterit dubitare, quin prava sit ista descriptio. Vide Elem. doctr. metr. p. 647. seqq. Itaque restitui distinctionem versuum eam, quam rectissime Aldina exhibet, servata tamen numeratione versuum Erfurdtiana. Wunderus cum eoque Dindorfius etiam tertium versum longiorem fecerunt, ut ex epitrito et ordine logaoedico constaret,

οὐδὲν ἐλλείπει γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἕρπων.

Nam altera quidem metiendi ratio, quam Wunderus in Conspectu metrorum proposuit, ut medius inter duos epitritos sit dimeter dactylicus, prorsus repugnare videtur his Doriis numeris, in quibus non locus est dactylicis acatalectis. Quin etiam prior illa descriptio proportionem habet aliam, quam quae generis illius propria est. Quam proportionem servat divisio in duos versus, quorum prior ex epitrito et choriambo constat. Quare hic quoque sequendam Aldinam duxi.

V. 583. Libri omnes *ὅμοιον ὥςτε ποντίας ἁλός*, versu exuberante. Primam vocem deleri iussit Seidlerus meus in Novo Mercurio Germanico, 1804. Partic. 3. p. 169. ubi perpolitam huius carminis dedit interpretationem vernaculam. Sic versus non solum antistrophico exacte respondet, verum etiam,

οἶδμα δυςπνόοις ὅταν
Θρῄσσῃσιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν

---

quod studiose quaesiverunt Tragici, eadem metri species apparet sequente versu. Erf. Vulgatam agnoscit Triclinius. Scholiastes vero ita: *ὅμοιον ωςτε ποντίας ἁλός. τὸ ἑξῆς, ὅμοιον, ὡς ὅταν Θρῄσσῃσιν ποντίαις δυςπνόοις πνοαῖς οἶδμα ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ· ἀντὶ τοῦ, ἐκ βάθους κινήσῃ τὴν θάλασσαν. τὰ γὰρ βαθέα μέλανα ἐκάλουν. Ομηρος· δνοφερὸν χέει ὕδωρ. καὶ ὁ Ποσειδῶν κυανοχαίτης. ἔρεβος. μέλαν. ὕφαλον. ἐκ βάθους.* Hunc *ποντίαις* legisse, quod postea repertum est in La. ex emendatione positum, non legisse autem *ἁλός*, intellexerunt Elmsleius in addendis ad Heracl. 750. quem vide etiam ad scholiastam, et Martinus. Quae scriptura quum et metro accommodata sit, et propter difficiliorem verborum compositionem facile in vulgatam mutari potuerit, recipienda mihi visa est. Sensus est: similiter ut, quum fluctus marinis vehementibus Thraciis flabris concitatus submarinam caliginem percurrit, ex fundo nigrum provolvit et turbulentum limum. *Ὕφαλον ἔρεβος* vocat fundum maris. *Δυςήνεμον* Hesychius, Suidas, aliique grammatici interpretantur *δυςτάραχον, τὸ κακοὺς ἀνέμους ἔχον.* Scholiastes, *τὴν ὑπὸ ἀνέμων ταραχθεῖσαν.* Doricam formam et scholiastes agnoscit, et habent libri veteres; communem Tricliniani. *Τὸ σφοδρὸν τῆς τραγῳδικῶς εἰπεῖν δυςπνόου Θρῄσσης πνοῆς* commemorat hunc locum respiciens Eustathius p. 732, 28. (625, 8.)

V. 585. Verte: quum tenebrae ex imo mari prodeunt, hiscentibus sc. undis. Erf.

θῖνα καὶ δυςάνεμον,
στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

ἀντιστρ. α'.

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πίπτοντ'·
οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν
γένος, ἀλλ' ἐρείπει
θεῶν τις, οὐδ' ἔχει λύσιν.

V. 587. sq. *δυςανέμῳ στόνῳ βρέμουσιν* — Sic optime correxit Iacobs. ad Anthol. Gr. T. XII. p. 210. Vulgo *δυςάνεμον, στόνῳ βρέμουσι δ'* — quod neutiquam ferri potest. Languet enim *δυςάνεμον θῖνα* post *δυςπνόοις Θρῄσσῃσι πνοαῖς*, nec solent antiqui poetae epitheta ornantia per copulam coniungere. Erf. Restitui vulgatam.

V. 590. Libri omnes *φθιμένων*, quod ex mea emendatione Erfurdtius in editione maiore in *φθιτῶν* mutaverat. Non debebat postea vulgatam revocare, quae aperte debetur correctoribus metricis, in brevi syllaba, cui in strophico longa respondet, haerentibus. Anceps ubi locum habeat in hoc genere metri, dictum in Elem. doctr. metr. p. 649. Vulgatam illud *φθιμένων* ineptissime quidam cum *οἴκων* construxerunt. Mortuos fratres intelligi vidit Brunckius: sed quod vertendo expressit, veteres Labdacidarum domus calamitates vigere video, novis cladibus clades defunctorum excipientibus, non est ab Sophocle isto modo dictum. Hoc ille dicit: antiqua Labdacidarum gentis mala video defunctorum malis addita. Resuscitari enim antiqua mala novis, et primi sceleris poenas iterum iterumque renovari.

V. 594. *οὐδ' ἔχει μίαν λύσιν.* Libri omnes, *οὐδ*

νῦν γὰρ ἐσχάτας ὅπερ
ῥίζας ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,

ἔχει λύσιν, defecto versu. Vocem *μίαν* addidi ex coniectura, quam firmat ipse Tragicus in El. 142. *ἐν οἷς ἀνάλυσίς ἐστιν οὐδεμία κακῶν.* Brunck. *Οὐδὲ εἷς* Attice dici pro *οὐδείς*, ne Heindorfio quidem credo monenti ad Plat. Phaedr. 55. Illud semper est, ne unus quidem, hoc simpliciter nullus. Ceterum vide ad v. 583. Erf. *Οὐδ' ἔχει λύσιν*, scilicet *τὰ κακά.* Iuntinae habent *λύσις.*

V. 595. Hic versus deest in Aug. Vulgo *ὑπὲρ.* La. *ὕπερ.*

V. 596. *φάος.* Hesych. *φάος, φῶς, χαρά, σωτηρία.* Euripid. Bacch. 608. *ὦ φάος μέγιστον ἡμῖν.* Idem Iph. Taur. 856. *δόμοις ἐξεθρέψω φάος.* Musgr. Brunckium, qui *ῥίζας ἐτέτατο* edidit, sequuti sunt recentiores. Libri omnes, etiam La. Ricc. *ῥίζας τέτατο.* Aliud monstrare poterat scholiastes, cuius haec verba sunt: *λείπει ἄρθρον τὸ ὅ. τὸ δὲ λεγόμενον ἐστὶ τοιοῦτο· νῦν γὰρ ὅπερ ἐτέτατο φῶς* (codex *φησι*) *καὶ σωτηρία ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Οἰδίποδος ἐσχάτης ὑπὲρ ῥίζης, ἀντὶ τοῦ ὅπερ ἔβλαστεν ἄνω τῆς ῥίζης, θάνατος καταλαμβάνει. νῦν γὰρ φησὶν ὅπερ ἦν λείψανον γενεᾶς, τοῦτο μέλλει καλύπτειν ἡ κόνις, τὸ καταλειφθὲν φησιν ἀπὸ Οἰδίποδος βλάστημα. κατ' αὖ νιν. αὐτὴν τὴν ῥίζαν. ἐὰν στίξωμεν κἆτ' αὖ νιν, οὐδὲν λείπει τῷ λόγῳ.* Si interpunctione post *δόμοις* posita scribatur *κἆτ' αὖ νιν*, nihil deesse dicit. Non enim habuit in codice suo pronomen *ὅ*, sed deesse collegit ex adnotatione antiquioris interpretis, secundum quem sensum loci explicuit. In eo autem et scholiastae et Triclinius falluntur, quod *νιν* non ad *φάος*, sed ad *ῥίζας* referunt. Patet ex his, difficile esse, certi quid de huius

κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν

---

loci scriptura pronunciare. Nam restituto κάτ' αὖ νιν, de quo non dubitandum puto, ea quae praecedunt tribus modis scribi possunt, aut ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας ὃ τέτατο, aut ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας ἐτέτατο, de qua ratione ad v. 597. dicam, aut ἐσχάτας ὅπερ ῥίζας ἐτέτατο. Ad numeros suavius est ἐτέτατο quam ὃ τέτατο. Ad sententiam valde impeditum φάος ὑπὲρ ἐσχάτας ῥίζας, et, si quid video, etiam perversum. Nam ἐσχάτην ῥίζαν quin filias Oedipi, quae solae superstites sint, dicat, non potest dubium esse. At quid his luminis affulsit? Nihil profecto, praeterquam ut vita, sed ea misera et luctuosa fruantur. Non ergo ipsis quidquam laetabile accidit, sed domui Oedipi ex ipsis, quod non penitus gens illa deleta est atque exstirpata. Quare verba illa sic construenda essent, ἐτέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις ἐσχάτας ὑπὲρ ῥίζας, ut ὑπὲρ significaret de. Quod nemo non videt quam et moleste et invenuste dictum esset. At omnia et planissima sunt et nitidissima, si reponitur ὅπερ ἐτέτατο, ut puellae istae ipsae, id quod sunt, supremae propaginis lux in Oedipi domo esse dicantur. Id igitur restitui.

V. 597. κἆτ'. Dresd. a. κατ', quo admisso male deest copula. — φοινία. Aldus φονία. Ruente metro Brunckius eum praetulit ordinem, quo dispositae sunt voces in E. θεῶν φοινία τῶν. Erf. Etiam scholia Romana κατ', et Triclinius, qui id cum ἀμᾷ iungendum monet. Sed La. κἆτ' ἂν νιν, Admisit κἆτ' αὖ νιν Gaisfordius. Sed in hoc genere metri multo elegantius ab iambo fit initium: quare rarus, nec praeter necessitatem recipiendus spondeus. Neque propterea quidem, quod ὑπὲρ ῥίζας ἐτέτατο legeret Gaisfordius, opus erat ut κἆτα reciperet. Nam particulae αὖ ea est ra-

νερτέρων ἀμᾷ κόνις,

---

tio, ut quodammodo ipsa copulae vicem sustineat. Ἀμᾶν proprie est multa simul corripere, quod nos dicimus zusammenraffen. Metendi enim significatus ex eo ortus, quod in metendo culmi manipulatim prehensi falce resecantur. Γῆν sive κόνιν ἐπαμᾶσθαι usitatum de pulvere sibi manipulatim iniiciendo: vide Dorvill. ad Charit. p. 366. sqq. (422. sqq.) qui tamen male interpretatus est Sophoclis verba. Quum καταμᾶν τινὸς κόνιν sit iniicere alicui pulverem, consentaneum est, si κόνις τινὰ καταμᾶν dicitur, id esse obruere, ut ex his, quae scholiastes scripsit, verum sit postremum: ἀμᾷ κόνις. θερίζει καὶ ἐκκόπτει. ἢ καλύπτει.

V. 598. κόπις. Vulgo κόνις ineptissime. Meritis laudibus extollit egregiam hanc emendationem Heathius*), qua nihil verius. Vide Fragm. inc. LXXXIV. Brvnck. Dorv. ad Charit. pag. 423. Gladius Diis inferis ποιητικῇ tribuitur ἀδείᾳ, ut Iovi μάκελλα Aeschyl. Agam. 538. Aristoph. Av. 1240. et χαλινὸς Aeschyl. Prom. 677. Marti μάστιξ Aeschyl. Agam. 654. Veneri flagellum Horat. Od. III, 26, 11. Erf. Κόπις probavit Valckenarius in Diatr. de fr. Eur. pag. 225. estque ea profecto elegantissima coniectura, ut non mirer praelatam esse librorum scripturae. Vt recte iudicari de hoc loco possit, bene tenendum est, quid hoc toto carmine dicere velit chorus. „Felices sunt," inquit, „quorum gens non aliquod divini-

*) In prioribus Addendis et Corrigendis in Notis ad Sophoclem, quae in multis exemplaribus deesse ex Schaefero meo audivi. Askewius ibi auctor esse dicitur illius emendationis, quam Reiskius quoque reperit. Erf. Gaisfordius primum κοπὶς coniecisse Iortinum ait.

tus immissum malum experta est. Hoc enim quibus accidit, malum ex malo nascitur. Ita vetus Labdacidarum culpa singulis in generationibus denuo punitur ab diis. Nam etiam quod ex harum virginum vita, quae solae superstites sunt, in Oedipi domo expansum erat lumen, obruunt dii inferi, animique vesania, et mentis furialis error.“ Igitur quid hoc est, quod de diis inferis dicit? Nihil profecto aliud, quam quod paullo ante, ἐρείπει θεῶν τις, ira deorum inferorum nondum placata. Id apte per falcem, quae demetat ultimum germen Labdacidarum, significari, non est obscurum. Difficilius explicatu est κόνις, sed eo ipso, ut mihi videtur, praeferendum. Quum enim minime necessarium sit, diis inferis hoc tribui, quod Oedipi filiae sibi malum contraxerint, praesertim quum id iam indicatum sit his verbis, ἀλλ' ἐρείπει θεῶν τις, aliud est, quod recte hic dici, apteque cum sequentibus verbis coniungi possit, humatio Polynicis. Sensit aliquid huius rei Triclinius, quum scripsit, εἰκότως δὲ τὸ κόνις τέθειται. διότι γὰρ ἐκάλυψεν Ἀντιγόνη τὸν ἀδελφὸν Πολυνείκην κόνει, διὰ τοῦτο τεθνήξεσθαι ἔμελλε. Eam humationem poeta vocat funestum deorum inferorum pulverem. Vsitatum est enim Graecis ea, quae consecrata sunt inferis, inferorum dicere. Ita Euripides in Oreste 1019. νερτέρων πυρᾶς, ubi quum ex eadem fabula v. 123. νερτέρων δωρήματα afferre posset Porsonus, attulit tantum νερτέρων στέφη ex Troad. 1247. Adde Aeschyli Pers. 621. ἀλλ', ὦ φίλοι, χοαῖσι ταῖςδε νερτέρων ὕμνους ἐπευφημεῖτε, ubi ne quis ὕμνους potius quam χοαῖσι cum νερτέρων iungi velit, et illa Euripidis exempla prohibent, et quod paullo post dicit Atossa: γαπότους δ' ἐγὼ τιμὰς προπέμψω τάςδε νερτέροις θεοῖς. Vides hic νερτέροις θεοῖς, ut apud Sophoclem. Nam quum omnis sepulturae atque inferiarum honos maxime ad placandos deos inferos spectet, saepe nihil refert, utrum mortuus, an dii inferi nominentur. Aperte utrosque comprehendit

λόγου τ' ἄνοια, καὶ φρενῶν Ἐριννύς.

στροφὴ β'.

τεάν, Ζεῦ, δύνασιν τίς ἀνδρῶν
ὑπερβασία κατάσχοι,

Aeschylus in Supplicibus v. 25. ὕπατοί τε θεοί, καὶ βαρύτιμοι χθόνιοι, θήκας κατέχοντες. Non enim dii, sed mortui θήκας κατέχουσιν, ut in Agamemnone est v. 461. οἳ δ' αὐτοῦ περὶ τεῖχος θήκας Ἰλιάδος γᾶς εὔμορφοι κατέχουσιν.

V. 599. De scriptura nominis Ἐριννὺς vide praefationem.

V. 600. Tricliniani libri, τὰν σὰν Ζεῦ δύναμιν. Vide ad v. 603. Ricc. Vat. Aug. δύναμιν. Etiam La. sed supra scripto σ.

V. 601. κατάσχῃ. Sic in E. Vulgo κατάσχοι. Optativus in hac loquendi forma non adhibetur, nisi cum particula ἄν. Brunck. ὑπερβασίᾳ. Hesychius: ὑπερβασίης, ὑπερηφανίας. — κατάσχοι, superaverit. Hesychius: κατασχεῖν, κατακρατεῖν. et alibi: κατέσχες—περιεκράτησας. Musgr. Ald. Turn. Brunck. Erf. ὑπερβασίᾳ. Scholiastes, ὑπερηφανίᾳ κρατῆσαι δύναται. Sed La. Ricc. Iuntinae et Stephani editio, quaeque hanc sequutae sunt, ὑπερβασία. Scholiastes minor, ὑπερφρόνησις. Hoc recipiendum duxi. Nam malum facinus Iove potentius fore sperat is, qui facit; non autem ut Iovis potentiam superet, malum facinus facit. Revocavi etiam librorum omnium scripturam κατάσχοι. Scholiastes: κατάσχοι. εὐκτικῶς· ὡς ποιήσαι, τρίτου προσώπου. Mira adnotatio, nisi aliud ille legit verbum, cuius aoristus cum ποιήσαι comparari posset. Coniunctivus hic ne ferri quidem potest. Non est enim hic deliberationi locus, neque de eo sermo est, quid debeat quis facere, sed illud quaeritur, quid putemus fieri. Si ἂν addidisset, sensus

τὰν οὔθ' ὕπνος αἱρεῖ πόθ' ὁ παντογήρως,
οὔτ' ἀκάματοι θεῶν

---

esset, quis poterit tuam vim vincere? Nunc omisso ἂν obliqua oratione utitur, quis vincat? i. e. quem putas vincere Iovem? Vidit hoc Reisigius in commentat. de particula ἂν p. 133. quem confer.

V. 602. παντογήρως. Huius vocabuli fidem non erat quod Schneiderus in Lexico Graeco addubitaret. Interpretor: qui ad senium ducit omnia. γηρᾶν activo significatu habet Aeschyl. Suppl. 901. Erf.

V. 603. οὔτε θεῶν ἄκμητοι. Sic correxit Hermannus de metris p. 317. nunc, mutata sententia, ἀκάματοι θεῶν οὐ legendum suspicans, in quo, fateor, male me habet vocis οὐ collocatio. August. b. et Ald. οὐδ' ἀκάματοι θεῶν, Schol. οὔτ'. Brunckius edidit οὔτε θεῶν ἀκάματοι et in antistropha εἰδότι δ' οὐδὲν προςέρπει, quae quomodo sibi respondeant, equidem non dixerim. θεῶν μῆνες sunt menses, quae Deorum sub imperio advehuntur ac decurrunt. Erf. La. οὔτ' ἀκάματοι. Ex iis, quae et alii et ego ipse alio tempore alia in hoc vexatissimo loco coniectavi, ut in Elem. doctr. metr. p. 534. et in Epitome §. 467. quibus aliquot alias possem coniecturas adiicere, nihil hodie placet. Seidleri coniectura, quam in Diar. class. XLII. p. 346. commemoravi, οὔτ' ἀκάμαντοι θεῶν, et in antistropha ῥέπει pro ἕρπει, est illa quidem facillima, sed neque ῥέπει satis aptum illo loco verbum videtur, neque ἀκάμαντος proba forma est, cui ne ex Hesychio quidem, quem solum auctorem habet, aliquid praesidii accedit, quum apud illum ἀκάμαντα scribendum esse certissimum sit. Et hanc quidem formam non mirarer cum altera, ἀκάματος, permutatam esse. Eustathius p. 1053, 22. (1068, 11.)

μῆνες; ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ δυνάστας
κατέχεις Ὀλύμπου
μαρμαρόεσσαν αἴγλαν.
τό τ' ἔπειτα, καὶ τὸ μέλλον,

ἀκάμαντα δὲ Σπερχειόν, ἀντὶ τοῦ ἀέναον, καὶ ὡς εἴ τις εἴποι ἀκάματον, καθὰ καὶ Διονύσιος, ἀκαμάτοιο ῥόον φησὶν Ὠκεανοῦ. Apud Suidam v. ἀκάματα, ubi ed. Mediol. in Sophoclis versu Electrae 164. ἀκάμαν, aliae veteres edd. ἀκάμαντα habent. Ἀκάμας χρόνος dictus Euripidi Pirith. fr. 3. Ἠέλιον ἀκάμαντα dixit Homerus. Sed apud Sophoclem antistrophicum versum corruptum esse arbitror.

V. 604. ἀγήρως δὲ χρόνῳ δυνάστας. Sic Dresd. a. Turn. Steph. Cant. [La.] In membr. et August. b. ut apud Aldum, ἀγήρῳ δὲ χρόνῳ. In E. ἀγήρως χρόνῳ, quod recepit Brunckius. „Particulam δέ, inquit, metrum respuit. Versus est antispasticus dimeter brachycatal. ut versus 619." Haec vero falsissima. Erf. Revocavi ἀγήρῳ ex libris veteribus et scholiasta, in quo nihil est quod reprehendas. Ἀγήρως tamen iam antiquitus lectum esse, ex hoc scholio ad v. 610. apparet: ὁ λόγος· σὺ μὲν, ὦ Ζεῦ, ἀγήρως τε καὶ δυνάστης εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον εἶ· ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολιτεία οὐδέποτε χωρὶς κακῶν ἐστίν.

V. 607. Τό τ' ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον. Scholiastes Romanus: τὸ ἐσόμενον καὶ τὸ μετ' ἐκεῖνο μέλλον καὶ πάλιν ἐσόμενον. τινὲς δὲ τὸ ἔπειτα ἰδίως ἐπὶ ἐνεστῶτος λελέχθαι φασίν, ἀντὶ τοῦ νῦν. Posteriore loco prolata vocis ἔπειτα significatio vereor ut confirmari possit loco Euripideo, Iph. T. 1263. τά τε πρῶτα τά τ' ἔπειθ' ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν: ubi quum praecedat τὰ πρῶτα, necessario ea temporis pars intelligi debet, quae τὰ πρῶτα proxime

καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει
νόμος ὅδ᾽, οὐδὲν ἕρπειν
θνατῶν βιότῳ πάμπολύ γ᾽ ἐκτὸς ἄτας.

---

sequitur, i. e. ὁ ἐνεστώς. Noster autem ita commemorat τὸ ἔπειτα, ut non praeteritum, sed praesens aliquod tempus videatur tamquam anterius cogitasse. Quocirca vel alteram Scholiastae interpretationem praetulerim, qua tempus a praesenti proximum significari ait, vel putaverim verbis τό τ᾽ ἔπειτα καὶ τὸ μέλλον omnino futuri temporis notionem subesse, quemadmodum Cicero de Fin. I, 20. coniunxit consequentis ac posteri temporis. Apud Platonem Parmen. §. 31. legitur τοῦ ἔπειτα τοῦ μέλλοντος, Heindorfio articulum ante μέλλοντος delendum esse censente. Sed pari iure suspiceris, τοῦ ἔπειτα καὶ τοῦ μέλλοντος, vel τοῦ τε μέλλοντος. Erf. Τὸ ἔπειτα, dehinc, aliquam continet praesentis temporis notationem, a quo proximum est cum eoque cohaeret.

V. 609. Libri omnes et Brunck. ἕρπει, Scholiastes ἕρπων, quod haud dubie ortum ex ἕρπειν. πίπτει et πίπτειν confusa sunt supra v. 470. Erf.

V. 610. πάμπολύ γ᾽ ἐκτὸς ἄτας. Sic optime emendat Heathius. Vulgo πάμπολις ἐκτὸς ἄτας. Istud πάμπολις, quod saltem cum οὐδὲν genere congruere deberet, glossa exponit παγκόσμιος; nec sic inde ullus tolerabilis sensus exoritur. Brunck. Νόμος ὅδ᾽ οὐδέν᾽ ἕρπει θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἐκτὸς ἄτας. Sic hunc locum edidit Aldus, omnibus, ni fallor, Mss. consentientibus, et sic lectum interpunctumque interpretatur scholiastes. Gaisford. Dubito ego quidem, οὐδέν᾽ an non sit in codd. omnibus, quum id neque ex Augustano adnotaverim, et in sola Aldina et quae ex hac expressa est Colinaei editione esse videam. Iuntinae caeteraeque omnes

οὐδὲν genere neutro. Livineii liber v. ἐπαρκέσαι, quod videntur etiam quidam ex scholiastis legisse. Scholia ab Elmsleio descripta haec sunt: καὶ τὸ πρὶν ἐπαρκέσει. ὅ ἐστιν, ἀεὶ δυνάμενον (f. δυνάμενος) βοηθεῖν. νόμος ὅδ' οὐδὲν ἕρπει. οὐδείς, φησίν, ἔστι νόμος ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν, ὥςτε φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους τὸ συμβησόμενον. Ἢ οὕτως. οὐδείς ἐστι νόμος, ὃς δύναται τῶν ἤδη τελειωθέντων κακῶν προςάγειν βοήθειαν. Ἢ οὕτως. ὁ δὲ νόμος ὁ πάντων ἀνθρώπων κοινὸς τοῦτο ἔχει, μηδένα ζῆν ἄνευ λύπης. Ὁ λόγος· σὺ μὲν, ὦ Ζεῦ, ἀγήρως τε καὶ δυνάστης εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον εἶ· ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων πολιτεία οὐδέποτε χωρὶς κακῶν ἐστίν. πάμπολις. ὁ κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕρπων νόμος, ὅ ἐστι πάντες ἄνθρωποι. Has turbas omnes procreavit perantiqua menda πάμπολις, quae si aliquo saltem modo defendenda est, non video aliam rationem, quam ut coniuncta cum ἕρπων, quod vel legit vel coniecit unus ex scholiastis, verba sic accipiantur: ἐπαρκέσει νόμος ὅδ', οὐδέν, ἕρπων θνατῶν βιότῳ πάμπολις, ἐκτὸς ἄτας: semper valebit haec lex, usu veniens mortalium vitae per omnes urbes, nihil sine malo. At hoc ad constructionem durum, ad sententiam falsum est. Nam quis sic sine moderatione nihil in vita malo aut culpa vacare dicat? Tum autem etiam πάμπολις ineptum vocabulum est, quia hic non urbes et civitates, sed gentes, familiae, domus respiciuntur. Quae debeat loci sententia esse, non est obscurum, videruntque cum Heathio Brunckius et Erfurdtius. Huius scripturam, quae omni ex parte satisfacit, recipere non dubitavi. Brunckius, qui ἕρπει tenebat, plene interpunxit post ὅδ'. Ita vero et inconcinna est oratio, et ambiguum manet, utrum ἐπαρκέσει νόμος ὅδ' ad praegressa an ad sequentia sit referendum. Ante Heathium et Brunckium male posita erat plena interpunctio post ἐπαρκέσει, quae rectius certe posita fuisset post πρίν, sublata ma-

ἀντιστρ. β'.

ἁ γὰρ δὴ πολύπλαγκτος ἐλπὶς
πολλοῖς μὲν ὄνασις ἀνδρῶν,
πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων·
εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει,

---

iore post *αἰγλὰν* interpunctione. Sed omnino recte Erfurdtius. Culpa Antigonae commemorata chorus veneratur Iovis invictum imperium, aeternamque quam tulerit hominibus legem, ut nihil in vita diu culpae expers maneat, spe mentes mortalium ad errorem pelliciente.

V. 611. *πολύπλακτος* Vatic. Conf. Dorv. Char. p. 604. Erf.

V. 612. Recte hic Brunckius, nescio an ex libris Mss. vulgatam *ὄνησις* in *ὄνασις* mutavit.

V. 614. *οὐδὲν εἰδότι*, nihil sentienti. Eur. Iph. T. 477. *κοὐδὲν οἶδ' οὐδεὶς κακόν*, ubi frustra Critici aestuant. Sic etiam Lat. nescio a Poetis exquisite usurpatur pro non sentio, quam significationem a Lexicographis praetermissam Ruhnkenius in praef. ad Schelleri lexicon p. XI. illustrat loco Lucani, VII, 173. sua quisque pericula nescit. — Iuvenal. IX. 129. obrepit non intellecta senectus. — Cic. Cat. II. 14. Erf. Libri omnes *εἰδότι δ' οὐδὲν ἕρπει.* Non debebam in Diar. class. XLII. pag. 346. reprehendere eos, qui *οὐδὲν* cum *εἰδότι* iungunt. Nam id necessario faciendum, modo recte se haberet scriptura, quae neque cum strophico versu congruit, et ab eo offensionem habet, quod paullo ante eadem verba, *οὐδὲν ἕρπει*, leguntur. Nam etsi unum verbum saepissime iteratur, ut mox *ἄτα* v. 620. 621. tamen duo eodem modo coniuncta si tam brevi intervallo redeunt, non possunt non displicere. Eo magis, quod in libris est, vel oculis librarii tribuendum, ad superiora

πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προςαύρῃ.
σοφίᾳ γὰρ ἔκ του
κλεινὸν ἔπος πέφανται,

---

aberrantibus, vel repetendum ex adnotatione interpretis videtur. Facillima et veri simillima correctio est, *οὐκ εἰδότι δ' ἕρπει.* Relinquitur tamen aliquid dubitationis ex ipsa compositione orationis. Nam si haec sententia per particulam *δὲ* a superioribus separata est, paullo durius ad *ἕρπει* intelligendum est *ἀπάτα*, quum tamen structura orationis potius *ἐλπὶς* intelligi postulet. Et fieri sane hoc quoque potest, si cogitatur *ἐλπὶς ἀπάτη γενομένη.* Elegantius, nisi fallor, iungerentur haec cum praecedentibus hoc modo: *πολλοῖς δ' ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων οὐκ εἰδόσιν ἕρπει.* Nam etiam si alter versiculus plane abesset, nihil desideraretur ad sententiam.

V. 615. *πυρὶ θερμῷ*, summo periculo. *Ἐν πυρὶ βέβηκας* Musgravius observat teste Suida ad eos dici, qui in magno discrime versentur. — *προςάρῃ.* Sic pars codicum, ut legisse videtur etiam scholiastes Romanus, quamquam expositioni eius praefixum est *ΠΡΟΣΑΥΣΗι.* Ceteri codd. et Aldus *προςψαύσῃ.* Brunckius pessumdato metro scripsit *ψαύσῃ.* Ipse in maiore ed. ex coniectura Musgravii et Hermanni *προςάψῃ* dederam. *Προςαύρῃ* Seidl. ap. Schaef. ad Gregor. Corinth. pag. 915. (Add. Hesych. in *ἐπαύρῃ.*) Erf. Probavit Seidleri emendationem etiam Buttmannus in Lexilogo vol. I. pag. 82. ubi de huius verbi origine disputat, recepitque Gaisfordius. Similiter *ἐπαύρῃ* apud Nicandrum Ther. 763. scholiastes per *ἅψηται* explicat. La. *προςαύσηι*, supra scripto *αιρει.* Ricc. *προςαρμόσῃ.* Iuntina a. 1547. *προςπαύσῃ.*

V. 617. *πέφανται. ἀπεφάνθη, ἐγνωματεύθη.* Eustathius p. 1728. Brunck. Trach. 1. *Λόγος μέν ἐστ'*

τὸ κακὸν δοκεῖν πότ' ἐσθλὸν
τῷδ' ἔμμεν, ὅτῳ φρένας

ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς. Erf. Affert hunc versum Eustathius p. 189, 25. 1728, 22. (143, 24. Od. 497, 15.)

V. 618. In scholiis Romanis citantur hi versus, quos servavit etiam Athenagoras in Legat. p. 106. ed. Oxon.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακά,
τὸν νοῦν ἔβλαψε πρῶτον, ᾧ βουλεύεται.

Eadem sententia expressa est in fragm. Aeschyli apud Plutarch. de audiend. poet. p. 63. ed. Oxon. Euseb. praepar. evang. lib. 13. c. 3. et Stobaeum p. 62. ed. Schow.

— θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

item in iambis a Lycurgo c. Leocratem p. 198. R. excitatis:

ὅταν γὰρ ὀργὴ δαιμόνων βλάπτῃ τινά,
τοῦτ' αὐτὸ πρῶτον ἐξαφαιρεῖται φρενῶν,
τὸν νοῦν τὸν ἐσθλόν, εἰς δὲ τὴν χείρω τρέπει
γνώμην, ἵν' εἰδῇ μηδὲν ὧν ἁμαρτάνει.

quos versus Heynius ad Il. IX. 116. comparavit una cum Archilochi fragmento trochaico:

ἤμπλακον, καὶ πού τιν' ἄλλον ἥδ' ἄλη κιχήσατο.

Ἄλη enim pro ἄτη scribendum ex coni. Hermanni. Erf.

V. 619. Libri veteres, etiam La. ἔμμεν'. Elmsleius, ut relatum in Diar. class. XXXIII. p. 61. poetica infinitivi forma, ut videtur, offensus, τῷδε μὲν corrigebat, ut μὲν ad omissam alteram partem sententiae referretur. Repetit hoc ipse Elmsleius ad Bacch. 311. At friget hoc. Et quis ita coercere audeat tragicae poeseos libertatem, ut ei for-

θεὸς ἄγει πρὸς ἄταν·
πράσσει δ' ὀλιγοστὸν χρόνον ἐκτὸς ἄτας.
ὅδε μὴν Αἵμων, παίδων τῶν σῶν
νέατον γέννημ'· ἆρ' ἀχνύμενος
τῆς μελλογάμου

---

mam non modo lyricis, sed etiam epicis usitatissimam formidandam fuisse putet? Immo, si Aeschylus in choricis carminibus ἔσσεται et ἔσκε, Euripides ἐοῦσαν, posuit, aliquot exemplis vulgare εἶναι in talibus carminibus usurpari ostendendum erat. Apud Aeschylum quidem unum tantummodo, nisi fallor, exemplum exstat, Suppl. 545. εὐχόμεθ' εἶναι. At ibi displiceret ἔμμεν, quia etiam Homerus in illa formula εἶναι usurpat. Apud Sophoclem infinitivum agnoscere videtur Eustathius p. 453, 26. (345, 10.) κατὰ γὰρ τὴν τραγῳδίαν τὸ κακὸν δοκεῖ πότ' ἐσθλὸν εἶναι τῷδε ὅτῳ θεὸς φρένας ἄγει πρὸς ἄτην.

V. 621. πράσσειν. Perperam libri omnes πράσσει. Bina verba δοκεῖν et πράσσειν eadem constructionis lege tenentur. BRVNCK. Non debebat Erfurdtius perversissimo obsequi Brunckii iudicio. Ipsius haec chori verba sunt. Ὀλιγοστὸν scholiastes interpretatur, οὐδὲ ὀλίγον. Scilicet ὀλιγοστός, paucesimus, unum de paucis, itaque hic partem exigui temporis notat.

V. 624. τῆς μελλογάμου τάλιδος. Aldus et veteres codices [etiam La. Ricc.] τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος. Vox νύμφης interpretatio est nominis τάλιδος et ex interlineari glossa in textum irrepsit. Voces τῆς μελλογάμου Triclinius reiecit, quae etiam pro glossemate haberi possunt. At obstat Pollux, qui eas pro genuinis adgnoscit III. 45. et probabile est hoc epitheto rarius nomen poëtam ipsum interpretari voluisse. Hesych. Τάλις. ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί· οἱ

τάλιδος ἥκει μόρον Ἀντιγόνης,

δὲ, γυναῖκα γαμετήν· οἱ δὲ, νύμφην. Vox est Aeolica: nugatur Eustathius, qui eam a verbo ταλάω deducit, p. 962. [35. (945, 17.)] ἐκ τοῦ ταλάω γίνεται καὶ ταλασίφρων, καὶ ταλασιουργεῖν ἐπὶ γυναικῶν, τὸ ἐμμένειν ἔργοις καὶ ταλασίᾳ. ἴσως δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ τραγικῷ τάλις, τουτέστι μελλόγαμος παρθένος, μελλονύμφη, ὡς καὶ αὐτὴ ταλασίαν ἀσκοῦσα. Brvnck. Adde alium locum p. 699, 26. [(580, 39.)] ἴσως δὲ καὶ ἡ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ μελλόνυμφος τάλις· τάλαιναν γὰρ αὐτὴν ἡρμήνευσάν τινες, εἰ καὶ ἕτεροι ὄνομα ἡλικίας νέας αὐτό φασιν. Hic quidem μελλόνυμφος memoriae errore citavit. Νύμφης in Dresd. a. nomini τάλιδος glossae loco suprascriptum. Zonaras p. 1711. Τάλις, ἡ νύμφη. An et illa, τῆς μελλογάμου, glossatori debeantur, iudicatu difficillimum est, nam nec Pollucis locus rem conficere videtur, et Suidas in Τάλις tam νύμφης quam μελλογάμου agnoscit. Photius: Τάλιδος, τῆς μεσογάμου. (l. μελλογάμου) οὕτως Ἀριστοφάνης. Erf. Veteres libri, τῆς μελλογάμου νύμφης τάλιδος. Livineii liber p. omittit νύμφης. Triclinii recensio τῆς μελλογάμου νύμφης omittit. Apud Pollucem sic, ἄρ' ἀχνύμενος μελλογάμου τάλιδος et reliqua usque ad finem anapaestorum. Sed dicit ille ibi de voce μελλονύμφη· βέλτιον δὲ ὡς Σοφοκλῆς ὠνόμασε, τῆς μελλογάμου, i. e. ut unus codex, βέλτιον τῆς κατὰ Σοφοκλέα μελλογάμου. Apud Suidam v. τᾶλις ex Antigona allatum, μελογάμου νύμφης τάλιδος ἥκει. In Suidae cod. Leid. totum hoc caput omissum esse Martinus refert.

V. 625. μόρον. Regitur ab ἀχνύμενος. Pindar. Pyth. VII. epod. 1. τόδε ἄχνυμαι. Comparari potest εὐσεβεῖς — Θνήσκοντας οὐ χαίρουσι Eurip. Hippol. 1354. χαίρω δέ σ' εὐτυχοῦντα Rhes. 391. Mvsgr. Vid. Brunck. ad Ai. 136. Schaef. ad L.

ἀπάτας λεχέων ὑπεραλγῶν;

ΚΡΕΩΝ.

Τάχ' εἰσόμεσθα μαντέων ὑπέρτερον.
ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων

Bos. p. 25. Matthiae Gramm. Gr. §. 551. p. 798. Erf.

V. 626. Recte scholiastes: ὑπὲρ τῆς τῶν λεχέων ἀπάτης, ὅ ἐστιν ἀποτυχίας, ἀχθόμενος. Ita in Hippolyto v. 260. ὡς κἀγὼ τῆσδ' ὑπεραλγῶ. Et in Alcest. 885. μία γὰρ ψυχή· τῆς ὑπεραλγεῖν, ἄχθος μέτριον. Alibi enim ὑπεραλγεῖν est nimis dolere, ut in Medea v. 118. in Heraclidis v. 620. quod ὑπεράχθεσθαι dicit Sophocles in Electr. 177. ibidem ὑπεραλγῆ χόλον eo significatu addens.

V. 627. Verba μαντέων ὑπέρτερον affert Eustathius p. 711, 61. (597, 46.)

V. 628. Ἆρα μὴ idem propemodum est, quod μὴ solum, nisi quod ἆρα μὴ paullo fortius. Vtrumque est suspicantis id factum esse, de quo sermo est. Nos: du bist doch nicht der braut wegen erzürnt? Sic etiam in Electra 446. Fallitur Schaeferus in Meletem. crit. p. 66. ἆρα in hac formula συλλογιστικὸν esse putans. Id enim in initio poni non potest. In Aristophanis versu, quem affert, Pac. 855. e libro Rav. aliisque legendum, λείχειν ἄρ' αὐτῇ κἀνθάδε σκευαστέον. Eumdem errorem iteravit Schaeferus p. 92. admissum etiam a Valckenario ad Hippol. 1315. Vigerio de idiot. p. 487. Heindorfio ad Plat. Charm. p. 73. Formula ἆρ' οὖν enim, sic illa semper, numquam ἄρ' οὖν scribenda, eodem modo, ut οὔκουν, paullatim simpliciter in affirmatione usurpari coepit, quum initio per interrogationem cum negatione iunctam affirmaret: ἆρ' οὖν εὖ λέγεις; nonne ergo recte dicis? i. e.

τῆς μελλονύμφου, πατρὶ λυσσαίνων πάρει;
ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

---

recte sane dicis. Apud Xenoph. Cyrop. VII. 5, 40. ἆρα, (sic scribe) ἔφη, ὦ ἄνδρες, νῦν μὲν καιρὸς διαλυθῆναι; nonne nunc tempus est discedendi? In eiusdem Oecon. c. 18. extr. τὰ μὲν δὴ ἀμφὶ σπόρον ἐπιστάμενος ἄρα ἐλελήθειν ἐμαυτὸν ἐπιστάμενος, omnia sana sunt, modo ne ante ἄρα interpungas cum Zeunio, aut prius ἐπιστάμενος cum Schneidero eiicias. Lucianus in Auct. vitarum c. 23. extr. T. I. p. 564, 45. (ed. Bip. T. III. p. 108.) ὁρᾷς δὲ δῆτα καὶ τὸν συλλογισμόν, ὁποῖά φησιν· εἰ τὸν πρῶτον τόκον λήψεται, καὶ τὸν δεύτερον· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πρῶτον λήψεται, ἄρα καὶ τὸν δεύτερον. Hic quum coniecissem, ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πρῶτον λήψεται, καὶ ἄρα καὶ τὸν δεύτερον, faciliorem rationem ostendit Fritzschius meus in Quaest. Lucian. p. 142. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸν πρῶτον, λήψεται ἄρα καὶ τὸν δεύτερον.

V. 629. τῆς μελλονύμφου. Regitur a λυσσαίνων. Sic θυγατέρος θυμούμενος Euripid. Orest. 751. Mvsgr. At hic potius ψῆφον τῆς μελλονύμφου iungenda. Verba πατρὶ λυσσαίνων πάρει affert Eustathius p. 732, 35. (707, 27.) In La. adscriptum γρ. θυμαίνων, quod qui posuit, recte iudicavit λυσσαίνων gravius verbum esse, quam quod huic dicto accommodatum videretur.

V. 630. „Legendum opinor:

ἢ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλα;

ubi σοὶ μὲν interpretandum tibi quidem certe, etiamsi non aliis, μὲν intellecto, ut millies, περιγραφικῶς. — Πανταχῇ autem vertendum ubique, omni in re. Conf. Oed. Col. v. 122. Ai. v. 1369.“ Schaefer. melet. cr. p. 66. De particula μέν, non sequente δέ, vid. Hermann. ad Viger. p. 800. φίλοι mutare non opus videtur, si πανταχῇ

ΑΙΜΩΝ.

πάτερ, σός εἰμι· καὶ σύ μοι γνώμας ἔχων
χρηστὰς ἀπορθοῖς, αἷς ἔγωγ' ἐφέψομαι.
ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς ἀξίως ἔσται γάμος
μείζων φέρεσθαι σοῦ καλῶς ἡγουμένου.

---

vertas quoquo modo, ut Aeschyl. Pers. 223. Erf. Pro *πανταχῇ* Livineii liber v. *πάνθ' ἃ χρή.* Etiam in huius verbi explicatione a vero aberravit Schaeferus. *Πανταχῇ* est quocunque modo. Hoc enim dicit Creon: an me amas, quoquo modo de Antigona statuero?

V. 632. *ἀπορθοῖς*, dirigas, oro. Optativo enim modo accipiendum, non indicativo. Mvsgr. Scholiastes: *ἀπορθοῖς. ὀρθῶς καθηγῇ.* Noli de optativo cogitare, sed sic intellige: *σύ μοι τὰς γνώμας ἀπορθοῖς, ὥςτε χρηστὰς εἶναι, ἔχων χρηστὰς γνώμας.* La. *σύ μου*, non male.

V. 633. *ἀξίως ἔσται.* Verbum substantivum saepe iungitur adverbiis. Homer. Il. *Δ.* 14. *ὅπως ἔσται τάδε ἔργα. Η.* 424. *διαγνῶναι χαλεπῶς ἦν.* Eurip. Hecub. 732. *εἴ τι τῶνδ' ἐστὶν καλῶς.* Sic etiam *γίγνομαι.* Thucyd. II. 14. *χαλεπῶς αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο.* Plura, quamquam non satis apta omnia, dabunt Schaefer. ad Dionys. de compos. verbor. p. 76. sq. et Matth. Gramm. Gr. §. 308. et 604. [Aeschyl. Eum. 609. seq. *εἰ δικαίως εἴτε μὴ τῇ σῇ φρενὶ δοκεῖ τόδ' αἷμα* (sc. *εἶναι*). Vid. Musgrav. ad Orest. 74. Ex Addendis.] Erf. Vid. ad v. seq.

V. 634. *μεῖζον.* Sic pro *μείζων* exhibet Dresd. a. Musgravii emendationem confirmans. Similiter Oed. T. 501. *πλέον ἢ 'γὼ φέρεται.* Erf. Male vero Musgravius. Neque *ἀξίως* cum *ἔσται*, sed cum *μείζων* coniungendum. Mihi, inquit, nullum merito connubium potius erit, quod consequar, quam quod

ΚΡΕΩΝ.

οὕτω γὰρ, ὦ παῖ, χρὴ διὰ στέρνων ἔχειν,
γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι.
τούτου γὰρ οὕνεκ' ἄνδρες εὔχονται γονὰς
κατηκόους φύσαντες ἐν δόμοις ἔχειν,
ὡς καὶ τὸν ἐχθρὸν ἀνταμύνωνται κακοῖς,

---

tibi probetur. Exquisitius loquitur, hoc volens: merito ego nullum connubium tibi, si quod tu connubium probas, praeferam. Apte comparabis Eurip. Protesilai fr. 8. in quo recte Musgravius *ἀξίως* pro *ἄξιος* dedit, quod apud Suidam est in v. *πενθερά· ἀξίως δ' ἐμὸς γαμβρὸς κέκλησαι, παῖδά μοι ξυνοικίσας.* Apparet ex his, quae Erfurdtius ad *καλῶς ἔσται* firmandum attulit, potius ad *καλῶς ἡγουμένου* adhiberi debuisse. Constructionem melius, non etiam verbum *ἡγουμένου*, intellexit scholiastes, cuius haec verba sunt: *οὐδείς μοι προκριθήσεται γάμος τῆς σῆς ἀρχῆς, καλῶς σοῦ ἄρχοντος.*

V. 635. *διὰ στέρνων ἔχειν*, in animo habere, sentire, animatum esse. Hesychius: *στέρνον· διάνοια, φρένες.* Erf.

V. 636. *ἑστάναι*, stare. Frustra Musgr. *ἱστάναι*, statuere. Cf. v. 701, 2. Erf. Etiam Schaeferus coniecit *ἱστάναι*. Librorum scripturam habuit etiam scholiastes, neque est, cur eam mutatam velis.

V. 639. La. Iunt. sec. *ἀνταμύνονται*. Coniunctivum habet Francof. a. 1555. cum caeteris libris. Recte hoc verbo usus est Thucydides III. 84. IV. 19. bis. Hic facile quis *ἀνταμείβωνται* coniiciat. Commutari enim haec verba, notum est. Aeschylus Sept. ad Theb. 1057. *παθὼν κακῶς, κακοῖσιν ἀντημείβετο.* Choeph. 120. *Η. καὶ ταῦτά μοὐστὶν εὐσεβῆ θεῶν πάρα; Χ. πῶς δ' οὔ; τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.* Sed insolentiora amans Sopho-

καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί.
ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,
τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους
φῦσαι, πολὺν δὲ τοῖσιν ἐχθροῖσιν γέλων;
μή νύν ποτ', ὦ παῖ, τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς
γυναικὸς οὕνεκ' ἐκβάλῃς, εἰδὼς ὅτι
ψυχρὸν παραγκάλισμα τοῦτο γίγνεται,
γυνὴ κακὴ ξύνευνος ἐν δόμοις. τί γὰρ

---

cles eodem significatu ἀνταμύνωνται dixit, si quidem etiam ἀμύνεσθαι pro ἀμείβεσθαι usurpatur. Thucyd. I. 42. ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι. Vide ibi interpretes, et Eustathium p. 546, 27. (414, 33.) Conf. Philoctet. v. 602.

V. 641. φιτύει. Aldus et codd. mendose φυτεύει, claudicante versu. Prima in φιτύω producitur, corripitur in φυτεύω. Aeschylus Prom. 233.

ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
τὸ πᾶν, ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.

Eurip. Alcest. 301.

σοῦ κατθανόντος, ἄλλα φιτύσειν τέκνα.

et 1159.

εὐδαιμονοίης, καί σ' ὁ φιτύσας πατήρ.

Vide quae notavimus ad Apollonii Argon. IV. 80. Brunck. Respicit h. l. Eustathius pag. 767, 30. (673, 47.)

V. 642. πέδας. Sic scholiastes. Vulgo πόνους. πέδαι h. l. metaphorice sunt impedimenta. Erf. La. πόνους. γρ. πέδας, quod receperat Erfurdtius.

V. 644. In T. τὰς φρένας γ' ὑφ' ἡδονῆς. Recte. Sine hoc fulcro stare nequit versus: nam ultima in φρένας brevis est. Brunck. Etiam La. Ricc. omittunt γ', ut dubitandum videatur an Sophocles πρὸς ἡδονῆς scripserit.

γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός;
ἀλλὰ πτύσας ὡσεί τε δυσμενῆ μέθες
τὴν παῖδ' ἐν Ἅιδου τήνδε νυμφεύσειν τινί.
ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν εἷλον ἐμφανῶς ἐγὼ
πόλεως ἀπιστήσασαν ἐκ πάσης μόνην,
ψευδῆ γ' ἐμαυτὸν οὐ καταστήσω πόλει,
ἀλλὰ κτενῶ. πρὸς ταῦτ' ἐφυμνείτω Δία
ξύναιμον. εἰ γὰρ δὴ τά γ' ἐγγενῆ φύσει

V. 648. ἕλκος, dolor, ut Aeschyl. Agam. 651. Hesych. ἕλκη, λῦπαι. Erf. Hanc sententiam cum aliis aliorum similibus dictis comparat Clemens Alex. Strom. VI. p. 746, 3. (624. ed. Col.)

V. 649. πτύσας. Simplex pro composito ἀποπτύσας, quod praebet August. b. [et Ricc.] Illud satis defenditur adiectivo θεόπτυστος: alioqui suspicarer, ἀποπτύσας δ'. Erf.

V. 650. Ald. νυμφεύσειν. August. b. et Dresd. a. [Ricc.] τινά. Vid. infra v. 810. Erf. Ediderat Erfurdtius cum Brunckio νυμφεύειν, quod videtur in codd. esse. Certe sic La. Ricc. et, credo, Aug. Exquisitius est, quod in impressis legitur, νυμφεύσειν. Exempla huiusmodi infinitivorum futuri dabunt, quos Martinus nominavit, Poppo Obss. in Thucyd. p. 152. seq. Schaeferus ad Poes. gnom. p. 116. Lobeckius, perspecte de hac re explicans, ad Phryn. p. 717. et 747. seqq.

V. 655. τά γ' ἐγγενῆ. Sic dedi ex coniectura, libris vel τάδ' vel τά τ' ἐγγενῆ exhibentibus. Γε nonnumquam idem fere valet, quod nostrum g r a d e. Sic supra v. 515. ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ, ubi Aldus ὅδ' Ἅιδης, literis γ' et δ' itidem confusis. Alcmaeonis fragm. VII. ὅταν οἵ γ' ἀγαθοὶ κατανικῶνται. Vid. etiam Porson. in praef. ad secundam edit. Hecubae p. XXXVII. Brunckius

ἄκοσμα θρέψω, κάρτα τοὺς ἔξω γένους.
ἐν τοῖς γὰρ οἰκείοισιν ὅςτις ἔστ' ἀνὴρ
χρηστός, φανεῖται κἀν πόλει δίκαιος ὤν.
ὅςτις δ' ὑπερβὰς ἢ νόμους βιάζεται,
ἢ τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ,
οὐκ ἔστ' ἐπαίνου τοῦτον ἐξ ἐμοῦ τυχεῖν.
ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν,
καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.

---

edidit, *εἰ γὰρ δῆτα τἀγγενῆ*. Erf. Edd. ante Brunckium *τάδ'*. Codd. La. Ricc. Aug. *τά τ'*. Sic etiam schol. Rom. omisso *δή*. Sed verba illa, omissa ab Elmsleio, non videntur in codice praemissa esse scholio.

V. 658. Post hunc versum Erfurdtius collocaverat versus 664—667. de qua transpositione v. ad. v. 664.

V. 660. La. primo *τοῖς κρατ.... οῦσιν νοεῖ.*

V. 662. *στήσειε.* Herodotus I, 97. *στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα.* III, 84. *ὡς βασιλέα στήσονται.* V, 42. *ἐστήσαντο βασιλῆα.* Vide et Oed. T. 940. Mvsgr. Elmsleium, qui ad Heracl. 959. *χρῆν* scribi malebat propter optativum *στήσειε*, non puto in eo perseverasse. Non enim de eo, quod aliquando oportuerit, sed de eo, quod semper oportet, sermo est. Ob id ipsum autem etiam *στήσειε* dici debebat. Nam si coniunctivum posuisset, de futuro tantum tempore loqueretur: obtemperandum est ei, cui erit imperium commissum.

V. 663. *καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.* Sic Corinthius rex Medeae ait apud Senecam:

aequum atque iniquum regis imperium feras.

τἀναντία notat *καὶ μεγάλα καὶ ἄδικα.* Brvnck. Minime. *Τἀναντία* tantum ad *δίκαια* spectat. Scholiastes: *τὰ ἐναντία τῷ δικαίῳ δηλονότι.* Thucyd.

καὶ τοῦτον ἂν τὸν ἄνδρα θαρσοίην ἐγὼ

IV. 62. εἴ τῳ τι ἔστιν ἀγαθόν, ἢ εἴ τῳ τὰ ἐναντία. Boissonado placet Eldikii πικρὰ pro μικρά.

V. 664—667. Perverso ordine haec vulgo leguntur post v. 663. ut, quem verbis τοῦτον τὸν ἄνδρα designari putes, multum quaerendo reperias neminem. Scholiastae eosque sequuti recentiores interpretes intelligere solent τὸν κλύοντα τοῦ ὑπὸ τῆς πόλεως σταθέντος ἄρχοντος, subiecto e verbis τοῦδε χρὴ κλύειν artificiosius eruto. Qui si accuratius locum expendere voluissent, minime commissuri erant, ut sic ineptire facerent Sophoclem: qui paret principi, (τὸν κλύοντα) eum confidam — — parere (ἄρχεσθαι) velle. At fortasse respicitur ille ipse, ὃν πόλις ἔστησεν. Cave credas. Nam neque ideo quisquam, quod a civitate rex est creatus, bonus rex futurus est, nec video, quomodo, qui principatum tenet, idem προςτεταγμένος et παραστάτης dici possit. Ne multa, nihil sani loco inest, nisi versus ad mentem Seidleri mei transponantur. Erf. Seidlerum sequuti Erfurdtius et Schaeferus post versum 658. posuerunt versus 664—667. quod probavit V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 62. Vulgatum ordinem defendere adnisi sunt Passovius in Diar. Ienens. a 1810. m. April. n. 84. pag. 66. seq. Doederlinus in Spec. ed. Sophocl. p. 31. seq. Solgerus in versione Germanica, et Benedictus in Obss. in Soph. p. 123. hic quidem illis infelicius, quamquam etiam Passovius iis est adversus Erfurdtium argumentis usus, quibus quis rectius adversus ipsum uti queat. Ex iis argumentis, quae Seidlerum movisse videntur ut versus transponeret, Erfurdtius illud attulit, quod levius est. Nam sive τοῦτον τὸν ἄνδρα cum scholiasta ad proxime praecedentia referri, et τὸν τῷ βασιλεῖ πειθόμενον intelligi placet, sive, quasi obiter dictis iis, quae intermedia

καλῶς μὲν ἄρχειν, εὖ δ' ἂν ἄρχεσθαι θέλειν·

---

sunt, τὸν ἐν τοῖς οἰκείοις χρηστὸν respici mavis, utrumque excusari, immo defendi potest. At aliud est, quod non ita temere profligare possis. Nam quum Creon, ut iure ab se occidi Antigonam ostendat, hoc utatur argumento, quod is demum bonus civis sit, qui se in suos severum praebeat, quomodo potest huic illum opponere, qui leges contemnat, nec pareat imperium tenentibus? Recte id faceret, si illa, ἐν τοῖς οἰκείοισιν ὅστις ἔστ' ἀνὴρ χρηστός, ad Haemonem spectarent, quem vellet sponsam suam posthabere regio edicto. At apertum est, etsi haec ita dicit, ut Haemonem sibi inde exemplum capere velit, tamen de se eum loqui, et a se decretum Antigonae supplicium defendere. Itaque si quid his volebat opponere, non poterat aliud, quam hoc, qui adversus suos lenis esset, malum esse civem. Ac licebat quidem illum etiam legibus immorigerum appellare, sed illud nullo modo dici poterat, ὅστις τοὐπιτάσσειν τοῖς κρατοῦσιν ἐννοεῖ. Nam quae haec ratiocinatio est: „occidi volo Antigonam: nam qui in suos severus est, etiam a civibus iustus habetur: sed non laudo eum, qui aut leges violat, aut imperantibus imperare audet." Num enim, si ignosceret Antigonae, ut eum leges, i. e. suum ipsius edictum migrare concedamus, regi, quum ipse rex sit, se immorigerum praeberet? Profecto hoc inepti sophistae foret, regem, qui sententiam suam mutaret, regi immorigerum dicere. Transpositis vero versibus, non solum haec oppositionis perversitas sublata est, sed totus locus ita est constitutus, ut id ipsum, quod praecipue spectabat Sophocles, efficeret, commendaret Atheniensibus obedientiam adversus leges et magistratus. Sic enim procedunt sententiae: „occidi volo Antigonam: nam si in cognatis immorigeros feram, ferendi erunt etiam in alienis. Qui enim in

suos severus est, is erga totam civitatem iustus habebitur: talemque virum confido et bene imperare, et promptum esse ad obediendum, quumque pugnandum est, fortiter hostem sustinere. At qui aut leges contemnit, aut imperantibus sese maiorem putat, is numquam a me laudabitur: sed qui a populo imperium accepit, ei obediendum est sive levia, sive iusta, sive contraria imperet: nihil enim perniciosius est effrenata licentia." — Nolui mutare quae de hoc loco in superiore editione scripsi, ut caussam cognoscere cupienti in promptu essent argumenta, quibus in utramque partem certatum est. Probarunt Seidleri transpositionem quum alii, tum etiam Gaisfordius. Me, ut vulgatum ordinem restituerem, moverunt, quae Matthiae dixit, cuius haec est adnotatio: „An Seidlerus recte hos versus transposuerit, ego quoque dubito. Nam quod Hermannus in secunda ed. ad transpositionem defendendam dicit, quum Creon, ut iure ab se occidi Antigonam ostendat, hoc utatur argumento, quod is demum bonus civis sit, qui se in suos severum praebeat, non posse huic illum opponi, qui leges contemnat, nec pareat imperium tenentibus: Creon, ut Antigonam iure a se occidi ostendat, non hoc argumento utitur, quod is demum bonus civis sit, qui se in suos severum praebeat, sed illo, quod, qui magistratibus non pareat, ut Antigona, malus civis sit. Nam severus in suos esse potest etiam qui neminem ex iis interficit, quando innocentes sunt. Ita igitur procedit ratiocinatio: ne quis mihi generis propinquitatem obiiciat, quasi idcirco parcere Antigonae debeam, quod mihi genere propinqua sit. Imo qui in suos severus est, quum deliquerunt, is bonus et iustus est. Deliquit vero Antigona: nam edictis regis non paruit, quod deinde ad totum genus refertur, quum proprie de Antigona valeat. Ita versus 661. 662. [Brunck.] non nisi ad diluendum id, quod pro Antigona dici possit, valent; vera causa, cur Antigona supplicio afficienda sit, continetur

δορός τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον
μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.
ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν.
αὕτη πόλεις τ' ὄλλυσιν, ἥδ' ἀναστάτους
οἴκους τίθησιν· ἥδε σὺν μάχῃ δορὸς

„versibus 663. seqq. ad universum genus relatis iis, „quae proprie ad Antigonam pertinebant. Itaque „nec is, qui leges contemnit, opponitur ei, qui se „in suos severum praebet.“

V. 666. Hinc iudice Valckenario ad Phoen. 248. expressum illud Platonis in Apol. Socrat. p. 28. D. οὗ ἄν τις — ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ μένοντα κινδυνεύειν. Erf.

„προστεταγμένον, iussum, i. e. ubi iussus est.“ Musgr.

V. 668. Δὲ pro γὰρ habet Stobaeus Serm. XLIII. περὶ πολιτείας, ubi h. v. affert. Recepi hoc, quoniam est in La. superscripto, quod caeteri Sophoclis libri habent, γάρ.

V. 669. τ' quod vulgo post πόλεις additur, recte omittit Dresd. a. Erf. Omisit etiam Schaeferus. Ego restitui. Exorsus est enim orationem, ut si deinde dicturus esset, καὶ ἀναστάτους οἴκους τίθησι: quod mutans, pro καὶ posuit ἥδε. Eadem figura supra v. 296. τοῦτο καὶ πόλεις πορθεῖ, τόδ' ἄνδρας ἐξανίστησιν δόμων, pro καὶ ἄνδρας. La. πόλις θ, supra posito τ'.

V. 670. δορὸς non cum Musgravio a τροπάς, sed a μάχῃ regi puto. Eurip. Erechth. fr. I. v. 29. οὐκ ἄν νιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορός. Erf. Mihi hic aptius videtur δορὸς cum τροπὰς coniungi. Hostilia arma proelio fugata quum solvi dicit, amitti indicat victoriam, hoste ex fuga se colligente, et in victores duci non parentes impetum dante. Quod sequitur, τῶν ὀρθουμένων, scholiastes interpreta-

τροπὰς καταῤῥήγνυσι· τῶν δ' ὀρθουμένων
σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.
οὕτως ἀμυντέ' ἐστὶ τοῖς κοσμουμένοις,
κοὔτοι γυναικὸς οὐδαμῶς ἡσσητέα.

---

tur *τῶν ἀρχομένων*, ad rem recte, sed minus proprie. Significat enim eos qui recte faciunt, quod hic quidem ad obedientiam duci praestitam spectat.

V. 671. *τροπὰς καταῤῥήγνυσι.* Sic Athenaeus p. 130. C. *πολλοὺς κατέῤῥηξε ἡμῶν γέλωτας.* — *τῶν ὀρθουμένων* recte explicat scholiastes: *τῶν ὀρθῶς ἀρχομένων.* Erf.

V. 672. *τὰ πολλὰ σώματα* pro *τοὺς πολλούς.* Sic Eurip. Hecub. 301. *τὸ μὲν σὸν σῶμ', ὑφ' οὗπερ εὐτύχουν*, nihil aliud est quam *σέ, ὑφ' ἧσπερ* —. Apposite scholiastes comparat Homer. Il. E. 531.

Αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται. Erf.

V. 673. *κοσμουμένοις*, iis quae instituta et apparata sunt. Erf. Scholiastes: *τοῖς ἄρχουσιν. Ὅμηρος· δύω κοσμήτορε λαῶν. Κοσμεῖν* a *κομεῖν* inserto *σ* formatum: unde *κόσμοι* magistratus Cretensium, quorum munere fungi *κοσμεῖν.* V. Valcken. ad Theocr. Adoniaz. p. 272. seq. *κοσμεῖσθαι* vereor ut activo significatu accipi possit: videtur potius, ut paullo ante *ὀρθουμένων*, de iis dictum, qui quod agunt, *κοσμίως*, i. e. recte gerunt atque uti decet. Contrarium est *ἀκοσμεῖν* v. 726. Affert hunc versum propter pluralem *ἀμυντέα* Eustathius p. 59, 28. (44, 50.)

V. 674. *ἡσσητέα* pro *ἡσσητέον*, ut superiore versu *ἀμυντέα* pro *ἀμυντέον.* Aristoph. Lys. 450. *οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἔσθ' ἡττητέα ἡμῖν.* Erf. Aristophanis versum, non Sophoclis respexisse videtur Eustathius p. 759, 38. (662, 36.) quum *οὐ γυναι-*

κρεῖσσον γάρ, εἴπερ δεῖ, πρὸς ἀνδρὸς ἐκπεσεῖν·
κοὐκ ἂν γυναικῶν ἥσσονες καλοίμεθ' ἄν.

ΧΟΡΟΣ.

ἡμῖν μέν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλέμμεθα,

κῶν ἡσσητέα attulit. Tanto minus obsequendum Porsono, qui ex Eustathio et v. 676. γυναικῶν legi iussit. Vt ibi γυναικῶν, ita hic γυναικὸς praestat. Hic enim Haemonem, ne Antigonae amore vinci se patiatur, monet: illic universe dicit, turpe esse mulierum amori succumbere.

V. 677. Simillimus est locus Euripideus, Phoen. 500. et 501. ubi chorus sic:

> ἐμοὶ μέν, εἰ καὶ μὴ καθ' Ἑλλήνων χθόνα
> τεθράμμεθ', ἀλλ' οὖν ξυνετά μοι δοκεῖς λέγειν.

Eum ex nostro fuisse derivatum non dubitat Valckenarius; nam aliquot annis ante actam esse Sophoclis Antigonam, quam Euripidis committerentur Phoenissae. Erf. Sensus est: nisi ob senium fallimur. Corruptam scripturam κεκλίμεθα, quae est in codd. Ricc. Aug. Dresd. Livineii v. cum interpretatione, παρετράπημεν τοῦ λελογισμένου, habuit Moschopulus in Dict. Att. qui post v. κλύδων haec satis inepta scripsit: λέγει μὲν ὁ κανὼν ὅτι παραλήγουσαν τὴν αὐτὴν ἔχει ὁ παρακείμενος τῷ μέλλοντι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ κεκλίμεθα τοῦτο οὐ διασώζεται. παντάπασι γὰρ δῆλον ὂν ἐκ τοῦ κλινῶ μέλλοντος τοῦτο κλινόμενον, ὃ δὴ τὴν παραλήγουσαν συστέλλει, ὅτι τὰ ἀμετάβολα τηροῦσα ἡ πέμπτη συνεσταλμένην ἔχει τὴν παραλήγουσαν, ἣ ἐξακολουθεῖν ὁ παρακείμενος βούλεται, ἐνταῦθα μακρὸν εὕρηται, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ, ἡμῖν μὲν, εἰ μὴ τῷ χρόνῳ κεκλίμεθα, παρὰ Σοφοκλεῖ. Schaeferus coniiciebat βεβλάμμεθα, sed ut tamen

λέγειν φρονούντως ὧν λέγεις δοκεῖς πέρι.

ΑΙΜΩΝ.

πάτερ, θεοὶ φύουσιν ἀνθρώποις φρένας,
πάντων ὅσ᾽ ἐστὶ κτημάτων ὑπέρτατον.
ἐγὼ δ᾽ ὅπως σὺ μὴ λέγεις ὀρθῶς τάδε,
οὔτ᾽ ἂν δυναίμην, μήτ᾽ ἐπισταίμην λέγειν·
γένοιτο μεντἂν χἀτέρως καλῶς ἔχον.

---

loco motam nollet vulgatam, quam defendit v. 1218. ἢ θεοῖσι κλέπτομαι, quod scholiastes interpretatur, ἢ ἀπατῶμαι ὑπὸ τῶν θεῶν. La. κεκλήμεθα.

V. 678. Durior verborum collocatio, quam mirum est cur non ita mollire maluerit: δοκεῖς φρονούντως ὧν λέγεις λέγειν πέρι.

V. 679. Vtitur hoc exordio Haemon propter ea, quae chorus modo dixerat.

V. 680. Libri χρημάτων, etiam La. in quo tamen quum supra scriptum sit κτ, recipiendam duxi scripturam aptiorem, quum hic non sit de opibus atque divitiis sermo. Conf. v. 698. et 1037. Deinde Lc. ὑπέρτερον.

V. 682. August. b. οὔτ᾽ ἐπισταίμην, male. Ἐπισταίμην hic esse vere εὐκτικόν, monuit Schaeferus in melet. crit. p. 91. Erf.

V. 683. Inepte vulgo χἀτέρῳ, quod vel ex χἀτέρως, vel ex χἀτέρα corruptum est. Illud habuit scholiastes ideoque praetuli. In accusativum pluralem adverbium transiit Eurip. Suppl. 573. ubi nihil viderunt Critici. Legendum: πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρως ἄλλους πόνους. Erf. Scholiastes: δυνατὸν δὲ καὶ ἑτέρως καλῶς μεταβουλεύσασθαι. Quem necesse est χἀτέρως legisse. Quare hoc cum Erfurdtio recepi. Dativo si usus esset poeta, dixisset potius καὶ ἄλλῳ, scilicet καλῶς ἔχον τὸ κτῆμα τῶν φρενῶν. Χἀτέρα in Sophocle probat V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 62.

σὺ δ' οὐ πέφυκας πάντα προσκοπεῖν, ὅσα
λέγει τις, ἢ πράσσει τις, ἢ ψέγειν ἔχει.
τὸ γὰρ σὸν ὄμμα δεινὸν ἀνδρὶ δημότῃ

V. 684. σοῦ. Sic August. et E. In aliis, ut apud Aldum, σοί. Verbo προσκοπεῖν superscripta glossa ὑπέρ, qua declaratur potestas praepositionis πρὸ in compositione: πέφυκα δ' οὖν πάντα σκοπεῖν ὑπὲρ σοῦ. In membr. non προσκοπεῖν scriptum, sed simplex σκοπεῖν. Brvnck. Scholiast. pro var. lect. σὺ δ' οὖν πέφυκας. Erf. Vulgo, σοὶ δ' οὖν πέφυκα. Σοὶ in σοῦ mutarunt Brunckius aliique. La. σοῦ, supra scripto ι. Ego quidem vereor, ut Sophocles Haemonem introduxerit ita pro patre sollicitum, quum ea in re exprobratio insit invisae populo tyrannidis. Itaque recepi scripturam a scholiasta commemoratam. Manifestum est enim, hunc non σὺ δ' οὖν, sed σὺ δ' οὐ scripsisse: id quod ipsum ab Elmsleio in codice inventum est. Σοῦ, quod in codd. est, prodere videtur, aliam exstitisse scripturam, σοῦ δ' οὐ πέφυκε πάντα προσκοπεῖν.

V. 685. Pronominis τὶς saepius repetiti exempla vide apud Porsonum Addend. in notis ad Hecubam p. 103. ed. rec. Lips. Erf.

V. 686. το γὰρ σόν. Exspectabas τὸ σὸν γάρ. Sed sic Oed. T. 671. τὸ γὰρ σόν, οὐ τὸ τοῦδ' ἐποικτείρω στόμα. ibid. 1024. ἡ γὰρ πρὶν αὐτὸν ἐξέπεισ' ἀπαιδία. Eurip. Orest. τὰ γὰρ πρίν. Troad. 292. τὸ μὲν σὸν οἶσθα, πότνα. Hec. 301. quem locum ad v. 672. excitavi; 589. καὶ νῦν τὸ μὲν σόν, ὥστε μὴ στένειν, πάθος, coll. 1195. porro ibid. 378. ἢ ζῶν. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος. nostrae fab. v. 45. τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν. Ai. 104. ἔγωγ' Ὀδυσσέα, τὸν σὸν ἐνστάτην, λέγω. 996. ὦ φίλτατ' Αἴας, τὸν σὸν ὡς ἐπῃσθόμην Μόρον. Erf.

λόγοις τοιούτοις, οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων·
ἐμοὶ δ' ἀκούειν ἔσθ' ὑπὸ σκότου τάδε,
τὴν παῖδα ταύτην οἷ' ὀδύρεται πόλις,
πασῶν γυναικῶν ὡς ἀναξιωτάτη
κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει·
ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
πεπτῶτ' ἄθαπτον μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν

V. 687. *λόγοις τοιούτοις*, propter eiusmodi sermones. Vid. Brunckius ad v. 1204. [*Λόγοις τοιούτοις*, si eiusmodi spectantur sermones. Eadem verba simili sensu leguntur Aeschyl. Agam. 604. Ex Addendis.] Erf. Recte animadvertit Seidlerus, alienum esse exemplum, quod ex Agamemnone affert Erfurdtius. Ibi enim ablativi potestate dici *λόγοις τοιούτοις*, hic proprie dativi, hoc sensu: tuum enim adspectum reformidant cives talibus sermonibus, quibus non gaudeas, i. e. timeris dicturis talia.

V. 688. Scholiastes: *ἐμοὶ δὲ πάρεστιν ἀκούειν τῶν λάθρα κατὰ σοῦ λεγομένων.* Quoniam quae clam dicuntur, etiam audiuntur clam, ad audientem transtulit poeta, quod de dicentibus dici debebat.

V. 691. Periodus haec ex eo genere est, cuius non pauca apud veteres exempla exstant. Duplicem enim apodosin habet, alteram praemissam v. 690. 691. alteram in fine, v. 695. protasi in medio posita v. 692 — 694. Caeterum observa *μήθ' ὑπὸ κυνῶν εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινός*, quod quum potuisset per *οὔτε — οὔτε* exprimi, praetulit alteram negationem, quae fortior est, quia ad oppositum refertur. Nam *οὐκ ἐᾶν* simpliciter est prohibere, *μὴ ἐᾶν* autem dicitur, quum, quem credas siturum, non sinit.

V. 693. Gaisfordius quem attulit Eustathii locum

εἴασ᾽ ὀλέσθαι, μήθ᾽ ὑπ᾽ οἰωνῶν τινός·
οὐχ ἥδε χρυσῆς ἀξία τιμῆς λαχεῖν;
τοιάδ᾽ ἐρεμνὴ σῖγ᾽ ἐπέρχεται φάτις.
ἐμοὶ δέ, σοῦ πράσσοντος εὐτυχῶς, πάτερ,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα τιμιώτερον.
τί γὰρ πατρὸς θάλλοντος εὐκλείας τέκνοις
ἄγαλμα μεῖζον, ἢ τί πρὸς παίδων πατρί;
μὴ νῦν ἓν ἦθος μοῦνον ἐν σαυτῷ φόρει,
ὡς φὴς σύ, κοὐδὲν ἄλλο, τοῦτ᾽ ὀρθῶς ἔχειν.

---

p. 229, 12. (173, 34.) πεπτῶτ᾽ ἀδελφὸν commemorantis, is ad Aiacis v. 922. pertinet. Ad κυνῶν in La. adscriptum γρ. λύκων. Supra v. 227. canes cum feris consociantur, et v. 206. cum avibus, ut apud Aeschylum Sept. ad Theb. 1022. 1028. ubi v. 1043. Antigona: τούτου δὲ σάρκας οὐδὲ κοιλογάστορες λύκοι σπάσονται. Canes ὠμησταὶ ab Homero dicti Iliad. χ. 67.

V. 694. La. Ricc. μὴ δ᾽.

V. 695. τιμῆς λαχεῖν. Sic libri omnes. Rarius λαχεῖν cum genitivo construitur, quo minus a Brunckio, quem vide ad Electr. 364. in τυχεῖν mutari debebat. Erf. Recte monet Seidlerus, genitivum τιμῆς ex nomine ἀξία pendere. In La. τιμαῖς, in quo adnotatum γρ. στήλης.

V. 699. εὐκλείας. Iohnsonus εὐκλείᾳ probante Musgravio. Vulgatam recte tuetur Dorvillius ad Chariton. p. 227. ed. Lips. Dictum est εὐκλείας ἄγαλμα, ut εὐκλείας στέφανος Ai. 465. Euripid. Suppl. 315. Antiop. fr. IV. 4. Erf.

V. 702. ὡς φῂς σύ, i. e. τοὺς σοὺς λόγους. Erf. Non recte hoc interpretatus est Erfurdtius. Nam ὡς φῂς σὺ est ut tu putas, ex iisque verbis pendet infinitivus ἔχειν, ea constructione, de qua ipse dixit Erfurdtius ad v. 736. Vide etiam ad

ὅςτις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ,
ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν,
οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί.
ἀλλ' ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν

Viger. p. 745. 751. 894. Simplex structura fuisset, ὀρθῶς ἔχον, ὡς σὺ φῄς, τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἄλλο.

V. 703. Hos tres versus in brevius contractos habet Eustathius p. 237, 22. (179, 43.)

V. 705. οὗτοι. A singulari transit ad pluralem, ut infra 1009. Xenoph. Cyrop. IV, 5. 39. ὅςτις δὲ εἰς ἐνδεόμενά του κατεσκήνωσε, τούτους ὑμεῖς σκεψάμενοι τὸ ἐλλεῖπον ἐκπληρώσατε. ubi vid. Zeunius. Graecos imitantur Latini. Sic Terentius in Eunuchi prologo v. 1. seqq.

Si quisquam est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, et minime multos laedere,
In his poëta hic nomen profitetur suum.

Ad quem locum Donatus: „Cum dixisset, quisquam, intulit in his. Et alibi: (Heaut. 2, 4, 13.) Cuius mos maxime est consimilis vestrum, hi se ad vos applicant.“ Erf.

V. 706. Constructio est: αἰσχρὸν οὐδὲν τὸ μανθάνειν ἄνδρα πολλά. Similem articuli positum habes Trach. 65.

σὲ πατρὸς οὕτω δαρὸν ἐξενωμένου,
τὸ μὴ πυθέσθαι ποῦ 'στιν, αἰσχύνην φέρειν.

El. 1486. θνήσκειν ὁ μέλλων. nostrae fab. v. 33. ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσι. 719. τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. Eur. Androm. 214. χιόνι τὴν κατάῤῥυτον. Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 539. Erf. La Ricc. κεἴτις εἶ. Livineii liber v. codd. Aug. Dresd. κεἴ τις ᾖ. Caeteri libri κἢν τις ᾖ. Thomas M. p. 267. imperite: εἰ δὲ Σοφοκλῆς λέγει ἐν Ἀντιγόνῃ, κεἴ τις ᾖ σοφός, ἠνάγκασται διὰ τὸ μέτρον. Melius Favorinus in v. εἰ: εἰ καὶ

πόλλ', αἰσχρὸν οὐδέν, καὶ τὸ μὴ τείνειν ἄγαν.
ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα

Σοφοκλῆς λέγει ἐν Ἀντιγόνῃ, κεἴ τις ᾖ σοφός. Compara Cratini εἰ σοφὸς ᾖ in Bekker. Anecd. p. 144, 28. Quum persuasum habeam, etiam in optimis codd. et in nonnullis quidem eorum magis quam in deterioribus, multa ex Atticistarum praeceptis mutata esse, non dubitavi hic κεἴ τις recipere. Id ipsum enim hic dici debuit. Nam si κἤν τις ᾖ σοφὸς legitur, urgetur σοφός, „etiam si quis sapiens sit," quo indicaret Haemon, non esse in his Creontem: sin κεἴ τις ᾖ σοφός, in conditione vis maior est, „etiam si quis sapiens sit," quo conceditur, esse Creontem in sapientibus numerandum. Vide de particula ἂν lib. II. c. 7. Caeterum de infinitivo cum articulo v. ad Ai. 114.

V. 708. παρὰ ῥείθροισι. Sic divisim et emendate scriptum in E. T. August. [Dresd. a.] et apud Eustathium, duobus in locis. Ad pronuntiandi rationem in aliis codd. [ut in Aldina] παραῤῥείθροισι. Vide quae notavimus ad Aeschyli Prom. 1031. Comparationem hanc, verbis ex parte mutatis, traduxit ad vinolentiae laudem Antiphanes, cuius paroediam profert Eustathius p. 1612, [17. (Od. 331, 14.)] ex Athenaeo p. 23.

Τὸ δὲ
ζῆν εἰπέ μοι τί ἐστι. — Τὸ πίνειν, φήμ' ἐγώ.
ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάῤῥοις ὅσα
δένδρων ἀεὶ τὴν νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν
βρέχεται, μέγεθος καὶ κάλλος οἷα γίγνεται·
τὰ δ' ἀντιτείνονθ', οἱονεὶ δίψαν τινὰ
ἢ ξηρασίαν σχόντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Brunck.

Affert h. v. Eustathius p. 1409, 38. (Od. 45, 30) Sed parodiam Sophoclis versuum, quam Antiphani tribuit Brunckius, recte monuit ad Athenaeum Din-

δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
τὰ δ' ἀντιτείνοντ', αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.
αὔτως δὲ ναὸς ὅςτις ἐγκρατῆ πόδα

---

dorfius, si sit Antiphanis, ex alio loco, quam ex quo praecedentia, sumptam esse ex Eustathii verbis intelligi. Antiphanis verba veri similius puto sic scripta fuisse:

τὸ δὲ ζῆν εἰπέ μοι
τί ἐστιν; Ὅ τί ἐστιν; τὸ πίνειν, φήμ' ἐγώ.

V. 709. *Δένδρεων* scribi vult Maltby ad Morelli Thes. poet. p. 224. quia *δένδρον* non sit vox poetica. Non ausim mutare *δένδρων*, quod et libri et Athenaeus et Eustathius tuentur. Nam si epici et lyrici hac forma non sunt usi, ex eo non sequitur, a tragicis eam abiudicandam esse, in iambis quidem: quo in genere numeri *δένδρη* habet Euripides fr. Melan. 22. Sed uno exemplo non evincas constantem usum.

V. 710. Lepide hic versus in diversam sententiam torquetur ap. Athenaeum p. 344. A. Erf.

V. 711. *ναὸς ἐγκρατής*, gubernator navis, dictum ut alicubi apud Platonem *ἐγκρατὴς τῶν ἡνιῶν*. August. b. Dresd. a. et margo Turneb. *ἐγκρατῆ πόδα*, validum pedem nauticum. Erf. Vulgo, *ὅςτις ἐγκρατὴς, πόδα τείνας*. Servaverat hanc scripturam et interpunctionem Erfurdtius. Mihi valde molestum videtur, *ναὸς* a *πόδα* seiunctum copulari cum *ἐγκρατής*. Ipse ille a Musgravio allatus Orestis locus commendat alteram constructionem, *ὅςτις πόδα ναὸς τείνας ἐγκρατῆ ὑπείκει μηδέν*. *Ἐγκρατῆ* adiectivum pro adverbio positum, i. e. ut sit *ὥςτε ἐγκρατῆ εἶναι*. Verba in Oreste haec sunt: *καὶ ναῦς γὰρ ἐνταθεῖσα πρὸς βίαν ποδὶ ἔβαψεν· ἔστη δ' αὖθις, ἢν χαλᾷ πόδα*. La. *εἴτις ἐγκρατεῖ*, supra scripto ad primam vocem ος, ad

τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ πλοῖον σέλμασιν ναυτίλλεται.
ἀλλ' εἶκε, θυμῷ καὶ μετάστασιν δίδου.

---

secundam η. Ricc. Lb. Vat. ὅςτις ἐγκρατῆ. De pedibus navis exposuit Seidlerus ad Iphig. Taur. 1104.

V. 712. σέλμασιν. „Proprie transtris, i. e. scamnis, quibus remiges insident. "Ὕπτια haec dicuntur, cum diversum a vero, i. e. a communi situm obtinent: ut ὀρθά, quaecumque recte se habent." Sic Mvsgr. apposite comparans Euripid. Orest. 706.

V. 713. Libri omnes τὸ λοιπόν sive τολοιπόν, quod valde inutile atque ineptum additamentum est. Videor mihi veram scripturam, quam egregie firmat Euripidis quem attuli locus, unius litterae sede mutata ex scholiasta restituisse. Apud eum ad verba ὑπτίοις κάτω ita scriptum est: Ἀντὶ τοῦ ὑπτίως. Στρέψας τὴν ναῦν. Abhorrere πλοῖον ab usu tragicorum ne quis putet, inspiciat Aeschylum Sept. ad Th. 608. Agam. 634. Suppl. 722. 729. Musgravius ὑπτίοις σέλμασιν ναυτίλλεται idem esse quod οὐ ναυτίλλεται monens, conferri iubet adnotationem suam ad Oed. R. 1304. (1273. ed. Brunck.) Ibi vero recte dictum τὸ λοιπόν: ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν οὓς μὲν οὐκ ἔδει ὀψοίαθ', οὓς δ' ἔχρηζεν οὐ γνωσοίατο.

V. 714. εἶκε θυμοῦ. Sic August. [Dresd. a.] et T. In aliis, ut apud Aldum, contra sententiam εἶκε θυμῷ. Brvnck. Ἀλλ' εἶκε θυμὸν, καὶ μετάστασιν δίδου. Non θυμοῦ, nec θυμῷ. iram remitte. εἴκω accusativum habet Oed. Col. 1178. Philoct. 463. Porson. Adolescens haec scripserit necesse est. Nihil enim perversius hac adnotatione esse, neque cum hoc loco illos comparari posse, non opus est demonstrari. La. θυμῷ. Lb. Ricc. Vat.

θυμοῦ. In ea scriptura, quam Brunckius et Erfurdtius receperunt, ἀλλ' εἶκε θυμοῦ, καὶ μετάστασιν δίδου, duo mihi displicent: unum, εἶκε θυμοῦ: nam etsi εἴκειν cum genitivo de recedendo atque abeundo dicitur, insolens tamen est, metaphorice dici de eo, quod quis missum faciat; alterum, μετάστασιν δίδου, quocum Seidlerus comparabat Eurip. Hec. 1111. ἠχὼ διδοῦσα θόρυβον, et Iphig. Taur. 721. ἀλλ' ἔστιν, ἔστιν ἡ λίαν δυςπραξία λίαν διδοῦσα μεταβολάς, ὅταν τύχῃ. Esset enim τῶν πραγμάτων μετάστασις intelligenda, quod durum videtur hic, ubi de animi potius mutatione dicendum erat. Omnino autem, qui hanc scripturam cum illa comparet, quae in veteribus libris est, ἀλλ' εἶκε θυμῷ, καὶ μετάστασιν δίδου, vix poterit dubitare, quin correctori debeatur, quem dativus, neque immerito, offenderat. Contrariam enim ei, quam requirimus praebet sententiam: indulge irae. Ita Eurip. Hel. 79. ὀργῇ δ' εἶξα μᾶλλον ἤ μ' ἐχρῆν. At afferat quis forsitan illud Homeri Iliad. ι. 593. ὣς ὁ μὲν Αἰτωλοῖσιν ἀπήμυνεν κακὸν ἦμαρ, εἴξας ᾧ θυμῷ, de Meleagro, qui quum diu prae ira bello abstinuisset, tandem uxoris precibus victus arma cepit. Sed eo loco nuper L. Doederlinus in Lectionum Homericarum specimine II. p. 4. iure reiecta quae a me proposita fuerat explicatione, εἴξας ᾧ θυμῷ usitato significatu dictum esse monuit: nollem tamen interpretatus esset, nec nisi postquam indulserat irae. Nam redit Phoenix eo, unde digressus erat, repetens quod dixerat v. 549. ἀλλ' ὅτε δὴ Μελέαγρον ἔδυ χόλος. Idem Doederlinus ibidem apud Sophoclem εἶκε θυμοῦ Homericis illis μηδ' εἴκετε χάρμης Ἀργείοις et εἶκε, Διὸς θύγατερ πολέμου καὶ δηϊότητος defendit. Non repugnarem, nisi bis praecessisset ὑπείκει. Nam apertum esse puto, exemplis, quibus usus erat Haemon, ac potissimum his verbis, ὅσα δένδρων ὑπείκει, multo aptius subiici simplex εἶκε, i. e. ἡμῖν εἶκε, ut in Oed. Col. v. 1201. loquitur, quam εἶκε θυμοῦ. Hinc

γνώμη γὰρ εἴ τις κἀπ' ἐμοῦ νεωτέρου
πρόςεστι, φήμ' ἔγωγε πρεσβεύειν πολύ,
φῦναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων·

---

olim in hanc coniecturam incideram: *ἀλλ' εἶκε, θυμῷ καὶ μετάστασιν διδούς*, sed cede, irae etiam intermissionem faciens. Eam approbasse videtur Gaisfordius, sed ita ut servaret *δίδου*, quae est per asyndeton instantius precantis oratio. Id igitur posui. Boissonadus iunxit *θυμοῦ καὶ μετάστασιν δίδου.*

V. 715. seqq. Obversabatur Sophocli, quod nec scholiastes notare praetermisit, locus Hesiodeus Ἔργ. 290.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ
φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω·
ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

„Sententia est plurimorum imitatione nobilitata: ex quibus duos excitasse satis est. Cicero Orat. pro Cluentio 31. Sapientissimum esse dicunt eum, cui quod opus sit ipsi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet. Livius XXII, 29. Saepe ego audivi, milites, eum primum esse virum, qui ipse consulat, quid in rem sit: secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipsi consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse.“ Bibl. Crit. Amstelod. Vol. II. P. II. 49. Vide omnino Gatak. ad M. Antonin. IV. 12. Erf.

V. 717. *πλέων.* Sic in August. In aliis *πλέω.* [Etiam La. Lb. Ricc.] Vide ad Oed. Col. 1162. Brunck. *πάντα πλέων ἐπιστήμης.* Trach. 338. *τούτων ἔχω γὰρ πάντ' ἐπιστήμην ἐγώ.* Erf. *Πάντ'*

εἰ δ' οὖν, φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,
καὶ τῶν λεγόντων εὖ, καλὸν τὸ μανθάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

ἄναξ, σέ τ' εἰκός, εἴ τι καίριον λέγει,
μαθεῖν, σέ τ' αὖ τοῦδ'· εὖ γὰρ εἴρηται διπλῇ.

ἐπιστημη pro uno vocabulo est, perfectam notans consummatamque scientiam.

V. 718. εἰ δ' οὖν elliptice, [Matthiae Gr. Gr. §. 608, 3. p. 895. Erf.] negativa sententia, ob negationem e posteriori membro in prius ἀπὸ κοινοῦ repetendam. εἰ δ' οὖν μὴ τοιοῦτος ἔφυ, οὐ γὰρ φιλεῖ ταύτῃ ῥέπειν τοῦτο, ἤγουν τὸ εἶναι ἐκ φύσεως τινὰ τοιοῦτον. Brunck. Par ellipsis visa est Musgravio esse apud Euripidem Ion. 456.

εἰ δ', οὐ γὰρ ἔσται, τῷ λόγῳ δὲ χρήσομαι.

Sed ibi iungendum εἰ δὲ δώσετε. Ad sequentia idem comparat Rhes. 106.

— οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
πέφυκεν.

Erf. Scholiastes: εἰ δ' οὖν. εἰ δέ τις ἀνόητος εὑρεθῇ. Δίδυμος δὲ φησὶ....

V. 721. La. διπλᾶι. Lb. διπλᾷ. Quod vulgo legitur, διπλᾶ, mihi tam nove mireque dictum videtur, ut non dubitem quin dativum posuerit Sophocles. Quem eo fidentius reposui, quod etiam iusta eius forma in La. adnotata videtur. Nam quod in eo codice proxime sequenti voci οἱ superscriptum est ῆι, non puto ἢ particulam, sed ῆι terminationem dativi esse, quam librarius quum in codice, quem ante oculos habebat, ad διπλᾶι adscriptam videret, ad οἱ pertinere ratus est.

ΚΡΕΩΝ.

οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ
φρονεῖν πρὸς ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;

ΑΙΜΩΝ.

μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,
οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τἄργα σκοπεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;

ΑΙΜΩΝ.

οὐδ' ἂν κελεύσαιμ' εὐσεβεῖν εἰς τοὺς κακούς.

V. 722. Vide ad v. 721.

V. 723. *τὴν φύσιν*, aetatem. Mvsgr. La. *ὑπ' ἀνδρός*.

V. 724. Scholiastes: *μηδὲν διδάσκου, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστί σοι μανθάνειν· ἢ μηδὲν ἔστω, ὃ μὴ δίκαιον*. Prior vera est interpretatio.

V. 726. *ἔργον*. Sarcastice hoc vocabulum repetitur. „factum scilicet dicis, legibus non parentes honore afficere?“ Erf. Seidlero hic versus sine interrogatione proferri videbatur. Quum res eodem redeat, malui libros sequi. *Σέβειν* Erfurdtius non honore afficere, sed potius in honore habere interpretari debebat. Respicit hunc versum grammaticus in Bekkeri Anecdotis p. 369, 5.

V. 727. Dicitur *εὐσεβεῖν εἰς τινὰ* et *εὖ σέβειν τινά*. Vid. Valcken. ad Phoen. 1331. Erf. Valckenarii auctoritatem Porsonus aliique inconsideratius sequuti sunt. Rectius Musgravius ad Phoenissarum locum.

ΚΡΕΩΝ.

οὐχ ἥδε γὰρ τοιᾷδ' ἐπείληπται νόσῳ;

ΑΙΜΩΝ.

οὔ φησι Θήβης τῆςδ' ὁμόπτολις λεώς.

ΚΡΕΩΝ.

πόλις γὰρ ἡμιν ἁμὲ χρὴ τάσσειν ἐρεῖ;

ΑΙΜΩΝ.

ὁρᾷς τόδ' ὡς εἴρηκας ὡς ἄγαν νέος;

ΚΡΕΩΝ.

ἄλλῳ γὰρ ἢ 'μοὶ χρή γε τῆςδ' ἄρχειν χθονός;

V. 728. *τοιᾷδ'* pro *τῇδ'* positum, ut *οἴων* pro *ὤν* infra v. 858. Mvsgr. Dresd. a. Turn. Steph. Cant. *οὐχ ἥδε μὲν γὰρ τῇδ'* —. Erf.

V. 730. *ἁμὲ χρὴ* — Sic August. et E. recte. *ἁμὲ* per crasin coaluit ex *ἃ ἐμέ*, unde prior producitur: cuius rei ignoratio alius lectionis caussa fuit, *ἃ 'ν με.* Nullus hic locus est particulae *ἄν.* Troad. 656.

παρεῖχον· ἤδη δ' ἁμὲ χρῆν νικᾶν πόσιν.

Perperam ibi excusum *ἅ με.* Brvnck.

V. 732. Thomas M. in *Χρή. Χρή με ποιῆσαι πάντοτε λέγε, οὐ χρή μοι, εἰ καὶ Σοφοκλῆς ἅπαξ.* Eurip. Ion. 1317. perperam Matthiae Gramm. Gr. p. 516. *ἔδει* corrigit. Ad nostrum locum pertinere hanc observationem, recte ibi monuit Oudendorpius, comparato Luciani loco in Hermotimo T. I. p. 798. *χρὴ γάρ, οἶμαι, σοι τῷ πρώτῳ χρηστῷ καὶ ἀξίῳ ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι.* — *γε* post *χρὴ* est nostrum gar: soll denn gar ein anderer als ich dieses Land beherrschen? *Νομίζειν χρή γε* in fr. Eurip. Thyest. III. 2. Erf.

ΑΙΜΩΝ.

πόλις γὰρ οὐκ ἔσθ᾽, ἥτις ἀνδρός ἐσθ᾽ ἑνός.

ΚΡΕΩΝ.

οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

ΑΙΜΩΝ.

καλῶς ἐρήμης γ᾽ ἂν σὺ γῆς ἄρχοις μόνος.

ΚΡΕΩΝ.

ὅδ᾽ ὡς ἔοικε τῇ γυναικὶ συμμαχεῖν.

V. 734. Citat Eustathius p. 27, 20. 119, 16. 878, 1. 1185, 29. 1568, 57. (21, 4. 89, 49. 828, 19. 1253, 12.) Postremus locus deest in ed. Bas. in qua Od. p. 269, 43. omissa sunt, quae in Romana exstant p. 1566, 62 — 1568, 59.

V. 735. Punctum, quod vulgo post καλῶς ponitur, Musgravium sequutus delevi. „Pulchre scilicet tu in deserta terra solus regnaveris.“ Erf. Tricliniani libri et La. ac Ricc. in quo ἔρημός γ᾽ et ἄρχεις scriptum, post καλῶς interpungunt. Nulla in veteribus edd. interpunctio.

V. 736. συμμαχεῖ. Sic membr. [et La.] In E. συμμαχεῖν, haud deterius. Sic Trach. 1238.

ἀνὴρ ὅδ᾽ ὡς ἔοικεν οὐ νεμεῖν ἐμοὶ
φθίνοντι μοῖραν. Brunck.

Mixtarum hoc modo diversarum exempla constructionum non nimis raro reperiuntur. Aeschyl. Pers. 187. τούτω στάσιν τιν᾽, ὡς ἐγὼ ᾽δόκουν ὁρᾶν, τεύχειν ἐν ἀλλήλησι. ibid. v. 563. τυτθά γ᾽ ἐκφυγεῖν ἄνακτ᾽ αὐτόν, ὡς ἀκούομεν. Herodot. IV, 5. ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι, νεώτατον ἁπάντων ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον. IV. 76. ὡς δ᾽ ἐγὼ ἤκουσα, Τίμνεω — εἶναι αὐτὸν (τὸν ᾽Ανάχαρσιν). IV, 85.

ΑΙΜΩΝ.

εἴπερ γυνὴ σύ· σοῦ γὰρ οὖν προκήδομαι.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ παγκάκιστε, διὰ δίκης ἰὼν πατρί;

ὡς δὲ ἐγὼ πυνθάνομαι τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων καὶ Πόντον, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον, ἐόντα ἄνθρωπον, δουλεῦσαι ἐν Σάμῳ. Plato Phileb. p. 20. D. τὸ δέ γε μήν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν. Idem Phaedr. §. 128. παντάπασι γάρ, ὃ καὶ κατ᾽ ἀρχὰς εἴπομεν τοῦδε τοῦ λόγου, ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι — ubi vid. Heindorf. Confer etiam Matthiae Gramm. Gr. §. 538. 2. Erf. Recipiendum duxi infinitivum, quum veri similius sit indicativum, quam infinitivum librariis deberi. Vide supra ad v. 702.

V. 738. Porsonus ad Eurip. Orest. 301. ex Plutarcho T. II. p. 483. legi iubet ὦ παῖ κάκιστε, qui ordo verborum neque per se reprehendi potest, neque propter postpositum nomen gravius. Oed. T. 58. ὦ παῖδες οἰκτροί. El. 68. ὦ φάος ἁγνόν. 1413. ὦ γενεὰ τάλαινα. Eurip. Heracl. 867. ὦ Ζεῦ τροπαῖε. El. 671. ὦ Ζεῦ πατρῷε. Plura si cupis, adeas Schaeferum in meletem. crit. p. 114. seq. cui tamen Plutarchea lectio pariter ac mihi displicet, praesertim quum Trach. 1126. Hyllum filium Hercules itidem alloquatur ὦ παγκάκιστε, et, quod subtiliter monuit vir praestantissimus, παῖ, quae fere est blandientis vox, vix admittat sociam κάκιστε. Erf. Apposui huic versui signum interrogationis. Aliter enim non haberet ἰών, unde penderet. Nam si haec non cohaererent cum praecedentibus, dicendum fuisset, ὦ παγκάκισθ᾽, ὃς διὰ δίκης ἔρχει πατρί. Caeterum de constructione vocu-

ΑΙΜΩΝ.

οὐ γὰρ δίκαιά σ' ἐξαμαρτάνονθ' ὁρῶ.

ΚΡΕΩΝ.

ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων;

ΑΙΜΩΝ.

οὐ γὰρ σέβεις, τιμάς γε τὰς θεῶν πατῶν.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ μιαρὸν ἦθος, καὶ γυναικὸς ὕστερον.

ΑΙΜΩΝ.

οὔτἂν ἕλοις ἥσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ.

---

lae ὦ cum nomine substantivo, sequente adiectivo, vide quae dixi ad Hom. h. in Apoll. 14.

V. 739. οὐ — δίκαια — ἐξαμαρτάνονθ'. Comparandum τοιαῦθ' ἁμαρτάνουσιν ἐν λόγοις ἔπη Ai. 1096. Mvsgr.

V. 743. August. b. οὐκ ἂν ἕλοις, unde, si opus esset, scribere posses οὔτἂν ἕλοις, uti Porsonus Med. 863. Aldinam lectionem, οὐκ ἄν γ' ἁμάρτοις τοῦδέ γ' in οὔ τ' ἂν ἁμάρτοις τοῦδέ γ' mutavit, duplex γε, quod et Brunckium offendit, valde invenustum esse pronuntians. Mihi dubitationem iniiciunt exempla ab Heindorfio ad Plat. Euthyd. §. 15. citata. οὐκ ἄν γε legitur etiam Eurip. Phoen. 1230. Pors. et Herc. F. 1196. Negat tamen Hermannus, γε cum ἂν sic posse coniungi, ut illud ad hoc pertineat. (Eurip. Orest. 774. Pors. γε cum τις connectendum). [Οὐκ ἄν γε occurrit etiam Aeschyl. Agam. 350. et in fragm. Anaxilae, de quo vid. Bentl. Epist. ad Hemsterh. p. 73. De duplici γε non negligenda, quae ad Sophocl. Aiac. 534.

p. 303. monuit Lobeckius. Erf. Ex Addendis.] In Anaxilae versu apud Pollucem X. 190. Bentleius ἂν pro ἦν accipiebat. Sed codd. praebent, οὐκ ἄν γέ μοι τουτὶ γένοιτο κεράμινον. Nec dubito quin recte consocientur οὐκ ἄν γε, quamvis aliter sentire videatur Elmsleius ad Med. 836. not. u. Neque vero in iterato γὲ esse arbitror, quod quis vituperet, qui persuasum habeam, hanc particulam eadem lege qua ἂν et negationes repeti: de qua re dictum ad Philoct. 439. ad Oed. Col. 1191. 1280. 1409. quo postremo loco retractandum mihi est, quod de particula ἐὰν dixi, quam hodie constat ultima esse producta. Et G. Dindorfio quidem in praefationibus ad Sophoclem p. 56. seq. et ad Aeschylum p. 5. etiam ipsum ἂν visum est anceps esse. Quod ego, quum ex tot millibus exemplorum, in quibus corripitur, perpauca eaque fere ad emendandum facillima, in quibus produci videatur, proferri possint, non magis adducor ut verum esse credam, quam si quis πρὶν et μὲν et γάρ, quod haud sane minore exemplorum numero posset, ancipites esse contenderet. Sed de ea re alibi. Antigonae versus in Aldina pariter atque in Turnebi editione, indeque in caeteris sic scriptus: οὐκ ἄν γ' ἕλοις ἧσσω γε τῶν αἰσχρῶν ἐμέ. La. Lb. Lc. Ricc. οὐκ ἂν ἕλοις ἧσσω γε. Vat. οὐκ ἂν ἕλῃς ἧσσω γε. Brunckius suo arbitrio edidit, οὐκ ἄν γ' ἕλοις ἧσσω με τῶν αἰσχρῶν ποτέ. Elmsleius in Museo crit. Cantabr. fasc. IV. p. 487. οὔτἂν ἕλοις corrigentem Erfurdtium probavit. Dissentiebam ad Aiac. 1318. et adhuc impressorum librorum scripturam non falsam esse puto: sed quum in codd. quorum certam habemus notitiam omnibus deesse γ' videam, aliquanto veri similius iudico, additum esse a metricis, postquam οὔτ' ἂν, quoniam id οὔτε ἂν esse videbatur, in οὐκ ἂν mutatum fuerat. Quare recepi οὔτἂν cum Gaisfordio, qui, haud dubie per errorem, servavit Brunckii ποτέ. Caeterum οὐκ ἂν si scripsisset Sophocles, non ἕλοις dedisset, sed λάβοις.

ΚΡΕΩΝ.

ὁ γοῦν λόγος σοι πᾶς ὑπὲρ κείνης ὅδε.

ΑΙΜΩΝ.

καὶ σοῦ γε, κἀμοῦ, καὶ θεῶν τῶν νερτέρων.

ΚΡΕΩΝ.

ταύτην πότ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς.

ΑΙΜΩΝ.

ἥδ' οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά.

ΚΡΕΩΝ.

ἦ κἀπαπειλῶν ὧδ' ἐπεξέρχει θρασύς;

V. 744. Male edd. vett. signum interrogandi appositum habent.

V. 745. Libri, καὶ σοῦ τε. Correxit Brunckius, ut repertum postea in La. Ricc.

V. 746. August. b. γαμεῖν. Ai. 378. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν. Erf. Qui codicis Augustani scripturam probet, scribere debebit ὥς σ'.

V. 747. Ad verba ἥδ' οὖν θανεῖται legitur scholion: δι' ἑαυτὸν ἔφη· ὁ δὲ Κρέων ᾤετο δι' αὑτὸν λέγειν. Vereor ne id non recte dixerit scholiastes. Nam Creon, homo maxime impotens irae, si de se occidendo cogitare filium crederet, non, opinor, se contineret, quin ipsum quoque corripi et in vincula coniici iuberet. Contemnere tales minas, id quod facere videtur, maioris est et fortioris animi, quam quem ipse per totam fabulam prodit.

V. 748. Aldus κἀπ' ἀπειλῶν. August. b. ἦ κἀπειλῶν ὧδ' ἐξέρχῃ. Erf.

ΑΙΜΩΝ.

τίς δ' ἔστ' ἀπειλή, πρὸς κενὰς γνώμας λέγειν;

ΚΡΕΩΝ.

κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός.

ΑΙΜΩΝ.

εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν.

ΚΡΕΩΝ.

γυναικὸς ὢν δούλευμα, μὴ κώτιλλέ με.

V. 749. Scholiastes: ποίαν ὠφέλειαν ἔχει ἀπειλὴ πρὸς μωρὸν ἄνθρωπον λεγομένη; In eamdem sententiam haec etiam Seidlerus accipiebat, comparans v. 1017. τίς ἀλκή, τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν; Ego non video, quomodo hic sensus ex his verbis elici possit. Immo hoc dicit: q u a e n a m h a e s u n t m i n a e, s i i n a n i b u s s e n t e n t i i s c o n t r a d i c o? Exprobraverat Creon Haemoni animum viro indignum. Cui quum ille ita respondisset, ut, si occideretur Antigona, aliam consequuturam esse necem indicaret, Creon, an etiam minitari audeat, interrogat. Tum igitur Haemon, non minitor, inquit, sed refuto, quae tu in me inania dixisti. Confirmat hanc explicationem responsio Creontis: tuo cum malo me meliora docebis, qui ipse stultus sis.

V. 750. August. b. ὢν αὐτὸς φρενῶν κενός. Fortasse αὐτὸς ὢν φ. κ. Erf.

V. 751. Ex hoc versu in proverbium venisse, εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα, volunt Diogenianus IV. 75. et Appendix Vat. I. 93. Vide etiam Suidam in his verbis. Vulgo ἄν σ'.

V. 752. γυναικὸς ὢν δούλευμα, id est δοῦλος. Res pro persona, ut Oedip. T. 85. Sic Eurip. Bac

ΑΙΜΩΝ.

βούλει λέγειν τι, καὶ λέγων μηδὲν κλύειν;

ΚΡΕΩΝ.

ἄληθες; ἀλλ' οὐ, τόνδ' Ὄλυμπον, ἴσθ' ὅτι
χαίρων ἐπὶ ψόγοισι δεννάσεις ἐμέ.

---

chis 792. δουλεύοντα δουλείαις ἐμαῖς. Id est δούλαις. Idem Or. 924.

εἰ τἄνδον οἰκουρήμαθ' οἱ λελειμμένοι
φθείρουσιν.

id est τὰς ἔνδον οἰκουροὺς γυναῖκας. Androm. 446.

Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια.

Ibidem male curiosae mulieres, prava dantes consilia, appellantur ποικίλα λαλήματα. Hoc schema Latinis etiam usitatum. Cicero de Oratore III. 42. Quo item in genere et virtutes et vitia pro ipsis, in quibus illa sunt, apellantur. Brvnck. κώτιλλε. Quando transitivum est, plerumque adulari significat. Hic nihil aliud esse potest, quam garriendo molestum esse. Erf.

V. 753. Crediderim hunc versum affirmative sumi, ut v. 760 (744.) H. Steph. et Bvrton. Signum interrogandi omissum in Brubach. secunda, atque ita placet Seidlero, credo quod ἄληθες videretur affirmativam sententiam postulare. At inest illa in interrogatione, quum hoc velit Haemon: si dicere aliquid vis, debes etiam audire aliquid. Omnino autem consuetudini Graecorum magis convenit interrogatio in huiusmodi dictis. Pro κλύειν in La. λέγειν.

V. 755. δεννάσεις, ὑβρίσεις. Hesych. δεννάζων, λοιδορῶν. Quae glossa pertinet ad Ai. 243. a nomine δέννος, quo utitur Herodotus L. IX. cap. 107. παρὰ δὲ τοῖς Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι,

ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ' ὄμματ' αὐτίκα
παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ.

ΑΙΜΩΝ.

οὐ δῆτ' ἔμοιγε, τοῦτο μὴ δόξῃς ποτέ,
οὔθ' ἥδ' ὀλεῖται πλησία, σύ τ' οὐδαμὰ
τοὐμὸν προσόψει κρᾶτ' ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν,
ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μαίνει ξυνών.

δέννος μέγιστός ἐστι. Eustathius laudato Herodoto ad *Ιλ. Η.* p. 668. addit *δέννον δὲ λέγει τὴν ὕβριν, ἐξ οὗ τὸ δεννάζειν παρὰ Σοφοκλεῖ.* Occurrit hoc verbum etiam in Eurip. Rheso 928. 954. in Theognidis Gnomis 1163. Brunck. *ἐπὶ ψόγοισι.* Eurip. Phoen. 1549. *οὐκ ἐπ' ὀνείδεσιν, οὐδ' ἐπὶ χάρμασιν, ἀλλ' ὀδύναισι λέγω.* Troad. 316. *ἐπὶ δάκρυσι καὶ γόοισι τὸν θανόντα — καταστένουσ' ἔχεις.* Erf. Eustathius p. 668, 46. (537, 52) et hunc locum et Aiac. 243. videtur spectasse. *Ἐπὶ ψόγοισι* est reprehendendi caussa, et coniungi debet cum *δεννάσεις.*

V. 756. Scholio praefixum, *ἄγαγε τὸ μῖσος:* in qua scriptura si quid veri est, divisim scribendum, *ἄγ', ἄγε.* Sed videtur *ἄγαγε* editionis Romanae esse, omissum ab Elmsleio.

V. 757. Verba *πλησία τῷ νυμφίῳ* affert Eustathius p. 723, 44. (613, 33.)

V. 759. Vulgo *οὐδαμᾶ.* La. *οὐδαμᾶι.* Ricc. Vat. Aug. *οὐδαμοῦ.* Dresd. *οὐδαμά,* quod reposui. Vide ad Trach. 322. Seidlerus, quod hic *σύ τ' οὐδαμὰ* dictum sit pro *οὔτε σὺ οὐδαμά,* comparat Hippol. 302. *οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτέγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται,* et Thucyd. I. 5. *ὡς ουτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τ' ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων.*

V. 761. *μαίνῃ.* Sic optime T. [et Dresd. a.] iuxta

ΧΟΡΟΣ.

ἁνήρ, ἄναξ, βέβηκεν ἐξ ὀργῆς ταχύς·

---

scholiastam. Aldus habet μένῃ, sollemni errore, quo αι et ε confunduntur. In ceteris codd. peiore depravatione vel μενεῖς vel μένεις. Brvnck. August. b. μένεις (η supra), lectione μαίνῃ in scholio commemorata. Hermanno scribendum videtur μαίνου. — τοῖς θέλουσι, quibuslibet, quo significatu frequentius occurrit οἱ βουλόμενοι. Erf. Scholiastes: ὡς τοῖς θέλουσι τῶν φίλων μένῃς ξυνών. γράφεται καὶ μαίνῃ. ὡς μαίνῃ φησὶ παρὰ τοῖς φίλοις τοῖς θέλουσιν ὑπομεῖναι τὴν σὴν μανίαν. Scholiastes cod. Aug. γράφεται καὶ μαίνῃ, ἀντὶ τοῦ ὀργίζῃ, οὕτω· ὡς καὶ ἵνα μαίνῃ καὶ ὀργίζῃ τοῖς θέλουσι τῶν φίλων. ἐγὼ δ' οὐχὶ θυμουμένῳ πείσομαι. Vt scholiastes Romanus, ita etiam Seidlerus τοῖς θέλουσι cum ξυνὼν coniungendum monet, ut insanias apud eos tuorum, qui te insanientem ferre volent. Comparat ille similia iratorum dicta, supra v. 310. Troad. 85. Prometh. 10. La. μαίνηι, supra positis ε et εις, Ricc. μένῃς. Illud quidem prorsus ab ea ratione, qua talia dicta adiungi solent, alienum est, ut ὡς pro ἵνα dictum putetur. Non potest id aliud quam nam significare. Ex quo consequitur, si poeta noluit μαίνου scribere, scripsisse eum μαίνει ita, ut primaria sententiae vis et notio non in verbo, sed in participio conspiciatur: de quo genere dicendi monitum ad Aiac. 1113. et Electr. 1304. Sensus est ergo: nam insanis, quod per me licet facias apud eos qui ferre volent.

V. 762. Perperam vulgo ἀνήρ, pro quo ἁνὴρ scripsi, Dawesium sequutus et Porsonum. Brunckius ὡνήρ. Erf. Amat hoc Sophocles, ex subito

νοῦς δ' ἔστι τηλικοῦτος ἀλγήσας, βαρύς.

ΚΡΕΩΝ.

δράτω, φρονείτω μεῖζον ἢ κατ' ἄνδρ' ἰών·
τὰ δ' οὖν κόρα τάδ' οὐκ ἀπαλλάξει μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

ἄμφω γὰρ αὐτὰ καὶ κατακτεῖναι νοεῖς;

ΚΡΕΩΝ.

οὐ τήν γε μὴ θιγοῦσαν· εὖ γὰρ οὖν λέγεις.

---

discessu diri facinoris metum iniicere. Vide infra v. 1239—1241. Oed. R. 1073. Trach. 813.

V. 763. *Βαρύς*, a quo grave quid metuendum. Comparat Seidlerus v. 1236. 1241.

V. 765. August. b. Dresd. a. et marg. Turn. non male *μόρων*. gl. *θανάτων*. Erf.

V. 766. Doederlinus in Lectt. Homer. spec. II. p. 12. *καὶ* ad *ἄμφω* refert, aliis quibusdam exemplis adductus, in quibus post verbum ad quod pertinet positam esse eam particulam putat. Id mea quidem sententia secus est. Sed ea res longioris est disputationis, quam ut ei hic locus sit. *Καὶ* hic cum *κατακτεῖναι* iungendum: ambas ergo etiam interficere vis? Iniustum esse censet chorus, extremum adeo supplicium de insonte aeque ut de ea quae deliquit sumi. Ex La. sic adnotatum: „*κατακτανῆν* (vel *καταντῆναι*)."

V. 767. Non hoc aequitatis aliquo sensu permotus dicit Creon, sed, quo acerbius laedat filium Antigona condemnanda, parcit Ismenae. Vituperat hanc interpretationem Boeckhius in prima dissertatione de Antigona p. 40. ut temere et pro arbitrio confictam,

repugnantemque et verbis Creontis et fini fabulae. Iudicavit haec ille cupidius. Nam fini fabulae quomodo repugnaret, quem ipse p. 32. in eo positum existimat, ut nimiam cupiditatem perniciosam esse ostenderetur, demonstrandum erat argumentis. Verbis Creontis autem non dicenda erat repugnare ista sententia, sed non inesse diserte distincteque expressa. Haec igitur praeteriri licebit. Illud dicendum est, cur ita interpreter. Diligentissimus est Sophocles in moribus describendis. Nunc Creon, homo imbecilli quidem animi, sed superbus, durus, ferox, iracundus, ubi Ismenam viderat in culpae societatem venire velle, ipsam quoque una cum sorore perdere decreverat. At id fabulae ratio fieri non patiebatur. Averti igitur ab eo consilio debuit. Quomodo vero? Num monitis? At nihil ille aegrius fert, quam obloqui sibi quemquam. An precibus? At bis peccasset poeta: nam neque Creontis est audire preces, et chorum ne deprecaretur simul et muneris ratio et timiditas prohibebat. Iam vero magis etiam exasperatus est Creon filio Antigonam pertinaciter defendente, ita ut statim inspectante illo interfici puellam velit. Id ille ne videat, abit. Nunc quis Creontem eo ipso momento, quo maxime exacerbatus est, subito ad eam aequitatem redire sibi persuadeat, ut sontem ab insonte discernat, et insueta clementia ignoscat immerenti? Immo tam id eius ingenio repugnat, quam quod maxime. Id quum minime lateret poetam sapientissimum, admirabili arte id, quod volebat, ut sola plecteretur Antigona, est consequutus. Nam chorum, qui Antigonam servari non posse intelligeret, doleret autem Ismenam perire insontem, fecit eo ipso momento, quo omnem Creontis iram in Antigonae et Haemonis amorem effusam animadverteret, quaerentem, verene ambas vellet interfici. Praesagiebat enim chorus, illum, si umquam, nunc permoveri posse, ut, quo atrocius in Antigonam saeviret, parceret Ismenae. Hinc explicanda etiam dictorum brevitas.

ΧΟΡΟΣ.

μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;

ΚΡΕΩΝ.

ἄγων ἔρημος ἔνθ' ἂν ᾖ βροτῶν στίβος,
κρύψω πετρώδει ζῶσαν ἐν κατώρυχι,
φορβῆς τοσοῦτον, ὡς ἄγος, μόνον προθείς,
ὅπως μίασμα πᾶσ' ὑπεκφύγῃ πόλις.

V. 768. Hic quidem καὶ, ut saepissime, ad latentem partem sententiae refertur. Si occides, etiam quomodo occisurus sis quaero. Id Latine dicas, tum autem quo eam mortis genere interficere cogitas?

V. 771. ἄγος h. l. est κάθαρσις. Hesychius: ἄγος· ἅγνισμα θυσίας. Σοφ. Φαίδρᾳ. [Ἄγος eodem significatu reperitur Aeschyl. Choeph. 152. Erf. Ex Addendis.] Aliena haec. Scholiastes: ἔθος παλαιόν, ὥςτε τὸν βουλόμενον καθειργνύναι τινὰ ἀφοσιοῦσθαι βραχύ τι θέντα τροφῆς. καὶ ὑπενόουν κάθαρσιν τὸ τοιοῦτο, ἵνα μὴ δοκῶσι λιμῷ ἀναιρεῖν. τοῦτο γὰρ ἀσεβές. Erfurdtius cum Brunckio coniunxerat ὡς ἄγος μόνον. Libri non habent comma post μόνον, recte, quia τοσοῦτο μόνον iungenda sunt. In vocabulo ἄγος multa nugantur grammatici. Significat rem expiandam, piaculum, scelus. Quod hic dicit ὡς ἄγος, idem est, quod supra dixerat v. 256. λεπτὴ δ', ἄγος φεύγοντος ὥς, ἐπῆν κόνις, aut Aeschylus Suppl. 380. ἄγος φυλάσσου. Sed quod hic dicere potuit ὡς ἄγος, quum proprie dicendum esset ὡς φεύγειν ἄγος, haec caussa est, quod φορβῆς τοσοῦτον μόνον idem est atque οὐ πλέον φορβῆς ἢ ἄγος ἐστίν.

V. 772. ὑπεκφύγῃ. Sic recte August. b. [Dresd.

κἀκεῖ τὸν Ἅιδην, ὃν μόνον σέβει θεῶν,
αἰτουμένη πού τεύξεται τὸ μὴ θανεῖν,
ἢ γνώσεται γοῦν ἀλλὰ τηνικαῦθ', ὅτι
πόνος περισσός ἐστι τἀν Ἅιδου σέβειν.

στροφὴ α'.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν,

---

a. La.] et T. In aliis [ut apud Aldum] ὑπεκφύγοι. Brvnck. Cod. Paris. ὑπεκφεύγῃ.

V. 774. Veteres libri et post πού et post τεύξεται comma habent. Post τεύξεται delevit Erfurdtius cum Brunckio. Magis consentaneum est mori Graecorum, continuari haec omnia. Quare utrumque comma delevi.

V. 777. Metro adversantem Tib. Hemsterhusii coniecturam, ἀνίκατ' ἀμάχαν' Ἔρως, probat Valckenarius ad Hippol. 525. recepitque Brunckius. Si quid mutandum esset, Hermanno accederem in libro de metris vernacula lingua scripto §. 448. corrigenti, ἀνίκατ' ἀμάχατ'; sed firmat vulgatam Plutarchus in Amatorio, T. II. p. 760. σκόπει τοίνυν αὖθις, τοῖς ἀρηΐοις ἔργοις ὅσον ἔρως περίεστιν, οὐκ ἀργὸς ὤν, ὡς Εὐριπίδης ἔλεγεν, οὐδ' ἀστράτευτος, οὐδ' ἐν μαλακαῖσιν ἐννυχεύων παρειαῖς νεανίδων. ἀνὴρ γὰρ ὑποπλησθεὶς ἔρωτος, οὐδὲν Ἄρεος δεῖται μαχόμενος πολεμίοις, ἀλλὰ τὸν αὐτοῦ θεὸν ἔχων συνόντα

πῦρ καὶ θάλασσαν καὶ πνοὰς τὰς αἰθέρος
περᾶν ἕτοιμος

ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὥςπερ ἂν κελεύῃ. Erf. Plutarchi locus, quem antea corruptum emendarunt Theod. Canterus V. L. I. 24. et Bern. Martinus V. L. II. 6. quid ad firmandam vulgatam conferat, non video.

Immo, quum hoc ostendat Plutarchus, qui ament, in bello strenuos esse, ne respicere quidem ad illa verba potuit, si eum praebent sensum, quem debent. Nam quum posset accipere, ut ipsi commodum erat, noluit id facere, quia Sophocles aliter intelligi voluisset. Itaque non attulit. Sophocles vero si, quod putavisse videntur interpretes, nihil aliud quam invictum esse amorem dicere voluit, nec *μάχαν* nec *μάχᾳ* scribere potuit. Differunt haec ita, quod *μάχην ἀνίκητος* proprie eum significat, qui quum ipse pugnat, invictus est; *ἀνίκητος μάχῃ* autem infinite dicitur invictus pugna, quod cadit etiam in eum, quem alii impugnant. Itaque quod dicebam, si universe hic invictum dicere amorem Sophocles voluisset, neutrum adiici potuisse, eius rei caussa est, quod utrumque, quia minuit, repugnat illi sententiae. Non enim consequitur, pugnando invictum non posse alio modo vinci: atqui si alio modo vinci potest, non est omnino invictus. Haec et mihi olim corrigendi caussa fuit, et, ut puto, Hemsterhusio. Mihi quod V. D. in Diario classico vol. XXXIII. p. 64. obiicit, *ἀμάχατε* valde frigere post *ἀνίκατε*, mirum in modum fallitur. Frigeret enim *ἀνίκατε* post *ἀμάχατε* positum. Nam qui vinci non potest, cum eo pugnare tamen licet: sed quicum pugnari non potest, is vinci quomodo poterit? Itaque vis potius magna est in verbis illis: A m o r, q u i v i n c i n o n p o t e s t, q u i c u m n e p u g n a r i q u i d e m l i c e t. Quae si invertas, inepta erunt. Verum tamen erravimus et Hemsterhusius et ego. Non enim propterea invictum appellat Amorem, quod omnia sibi subiiciat, neque ullus animantium non sentiat vim eius, sed Creontem in animo habens, qui evellere filio amorem conetur, ita Amorem dicit invictum quoad pugnam, ut significet, frustra esse, qui impugnare velit Amorem, et cogere amantem, ut amorem abiiciat. Ita apparet, etiam necessario adiici debuisse *μάχαν*. Argumentum vero, quo utitur, illud est, quod nemo effugere amorem possit.

Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,

V. 778. Verba, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις, a veteri enarratore male fuerunt accepta. Parum valet ad vim Amoris declarandam, si dicatur opulentos invadere. Libidinem fovent divitiae; sed vel pauper amare possit: aliena est prorsus a poëta sententia opulentiae mentio. — — Summa sententiae est, Amor omnia domat, quod ostenditur enumeratione animantium omnium, quorum varia genera vel diserte nominantur, vel a sedibus quas incolunt, innuuntur. Primo loco τὰ κτήματα, seu τὰ κτήνη nominat poëta. Si quid contra librorum fidem mutandum esset, pro κτήμασι legerem κτήνεσι. Hesych. κτήνη, βοσκήματα. Sed non video, cur eadem significatio nomini κτῆμα tribui non potuerit, maxime in chorico cantico, cuius indoles pene dithyrambica eiusmodi metonymias affectat. — Brunck. Huschkius Analect. Crit. pag. 49. Amorem intelligit adversum, qui opulentissimas stirpes pessumdet, coll. Propert. I. El. XIV. 15. seqq. Quae interpretatio quum non magis quam Brunckiana ex omni parte satisfaciat, coniecturae autem virorum doctorum vel ineptae sint vel iusto audaciores, cum Wyttenbachio in Bibl. Crit. Vol. II. P. III. p. 100. et p. 107. medicina exspectanda videtur vel ab integriori codice, vel a vetere scriptore, aut grammatico, qui veram lectionem servaverit. Erf. La. ὅς τ' ἐν κτήμασι. Non videtur mihi dubitari posse, quin κτήματα pro opulentis ac potentibus dixerit: recteque contulit Huschkius similem locum Propertii, modo ne adversum amorem, de quo loquitur Propertius, in Sophoclem intulisset, qui de necessitate amandi, non de adverso amore cogitavit. Non puto tamen laudandum esse Sophoclem, quod κτήματα teneris virginum genis opposuit. Neque iniuria haeserunt critici in nomine minus apto; quam-

ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις·
φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἔν τ'
ἀγρονόμοις αὐλαῖς·

---

quam cavere debebant, ne librariis imputarent, quae poetae culpa fuit.

V. 779, 80. Haec expressit Horatius in carmine ad Lycen:

Ille virentis et
doctae psallere Chiae
pulchris excubat in genis.

Ad quem locum Bentleius Plutarchum in Amatorio emendat, quem diu ante eum suppleverat et elegantissimis observationibus illustraverat Bernardus Martinus Var. Lect. II. 6. Brunck.

V. 781, 82. Amoris in maria terrasque imperium celebratur significatis animantium potestati eius subiectorum generibus. Ita capiendum esse locum docet comparatio versus 348. ubi ferae epitheto ἄγραυλος disignantur. Eadem, si qua est, ambiguitate dixit Noster ἐπὶ πόντον ἔρχεσθαι in Phaedrae fragm IV. clarius loquens de Venere fragm. incert. XXIII.

εἰςέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῷ γένει·
ἔνεστι δ' ἐν χέρσου τετρασκελεῖ γονῇ.

In primis autem conferri debet Eurip. Hippol. 1272.

ποτᾶται δ' ἐπὶ γαῖαν, εὐάχητόν θ'
ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.
θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
πτανὸς ἐφορμάσει,
χρυσοφαὴς, φύσιν ὀρεσκῴων σκυλάκων,
πελαγίων θ', ὅσα τε γᾶ τρέφει —

qui locus notabilis est propter subiunctum latioris descriptionis explicationem. Erf.

καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς,
οὔθ' ἁμερίων ἐπ' ἀνθρώ-
πων· ὁ δ' ἔχων μέμηνεν.

V. 783. καὶ σὲ οὐδεὶς φύξιμος. Verbale casum verbi sui regit, quod utriusque linguae scriptoribus sollemne est. Plaut. in Aulul. Quid tibi ergo meam, me invito, tactio est? Perperam hic glossa σ' interpretatur σοί. BRVNCK. Musgravius comparat Isocrat. adv. Callimachum: τὴν δίαιταν μέλλειν ἔξαρνον εἶναι. Platonem Charmide p. 465. D. ἐξάρνῳ εἶναι τὰ ἐρωτώμενα. Alcibiad. II. p. 453. οὐκ ἀνήκοον εἶναι ἔνια. Herodotum III. 52. ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός εἰμι. Aeschylum Agam. 1099. πολλὰ ξυνίστορα αὐτόφονα κακά.— φύξιμος h. l. qui effugere potest. Alia significatione occurrit apud Nicandrum Theriac. 54. quem locum c neiderus in Lexico Graeco perperam interpretatur. Ibi enim φύξιμος ὀδμὴ est odor, quem quis effugiat, teter odor. ERF. Vide ad v. 792.

V. 784, 85. vulgo sic distinguuntur:

οὔθ' ἁμερίων ἔπ' ἀν-
θρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμηνε.

Qui numeri quantopere sublimem vim carminis frangant, in utroque libro de metris, sed accuratius in eo, qui germanice scriptus est, exposuit Hermannus meus, quocum aliter locum digessi. ERF. Non videor mihi satis recte iudicasse, quum penultimo versui totum vocabulum ἀνθρώπων adscripsi. Nam ut hi vehementiores numeri sint, tamen minus concinunt reliquis.

V. 784. ἔπ'. gl. ἔπεστι. BRVNCK. Revocavi veterem scripturam ἐπ'. Aristides Panathenaico, tom. I. p. 96. μόνῃ τῇ πόλει — ἐπὶ τῶν Ἑλληνικῶν. Pindar. Olymp. VII. epod. 4. — σοφώτατα νοή-

ἀντιστρ. α'.

σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους
φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ·
σὺ καὶ τόδε νεῖκος ἀνδρῶν
ξύναιμον ἔχεις ταράξας·
νικᾷ δ' ἐναργὴς βλεφάρων

ματ' ἐπὶ προτέρων ἀνδρῶν παραδεξάμενος. quae loca attulit Musgravius. Erf.

V. 786. *ἀδίκους.* Recte scholiastes: *ὥςτε τὰς φρένας αὐτῶν ἀδίκους γίγνεσθαι.* Sic Oed. Col. 1200. *τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.* Trach. 106. *οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον*, et saepius. Erf.

V. 788. *νεῖκος ἀνδρῶν ξύναιμον* pro *νεῖκος ἀνδρῶν ξυναίμων.* Sic *τὸν ἐμὸν ὠδίνων πόνον* Eurip. Phoen. 30. Vide et Oed. T. 1400. Mvsgr.

V. 789. *ταράξας.* Plutarchus in Themistocle pag. 114, A. *δίκας τῷ ἀνθρώπῳ ταράξειν.* Aristide pag. 331, B. *συνταράξαι πόλεμον ἐμφύλιον.* Idem Vol. II. p. 417, D. *πολέμους καὶ στάσεις ταράττουσιν.* Mvsgr.

V. 790. seqq. sic vertit Brunckius: praepollet autem palam erumpens desiderium expetiti connubii pulchrae sponsae: quod cum maximis inter initia rerum legibus pari praeditum est potestate. Perperam, si quid video. Nam primum quidem *ἵμερος* multo aptius intelligitur de oculorum blando nitore. „*Ἵμερος* (sic H. Stephanus in Thesauro) est etiam id in oculis, quo intuentium amor conciliatur. Pollux libro 2. de oculis loquens, postquam docuit oculos posse describi *πυρώδεις κτλ.* subiungit, *καὶ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἀποῤῥέον, ἵμερος.*" Denique quis credat sola voce *ἀρχαὶ* rerum initia significari? Mea sententia hoc voluit Sophocles: Ac vincit mani-

ἵμερος εὐλέκτρου
νύμφας, τῶν μεγάλων πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς

---

festo oculorum formosae sponsae blandus nitor, sanctarum assessor in administratione legum. νικᾷ sc. Haemonem, cui puellae amor potior esset quam reverentia patris. Erf. V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 64. existimat, βλεφάρων de Haemonis oculis intelligendum esse. Sed male vertit: „vincit, sc. Haemonem, manifesto ex oculis eius erumpens desiderium formosae sponsae." Νικᾷ absolute dictum, vincit, i. e. potentior est pulcrae virginis oculorum desiderabilis suavitas, nec cedit Haemon patri. Idem V. D. quomodo reliqua sic interpretari potuerit, „parem potestatem habens magnis inter principes iudiciis," non video.

V. 792. πάρεδρος ἐν ἀρχαῖς. Solutae in dactylicis numeris arseos exempla passim reperiuntur. Ai. 402.

ὀλέθριον αἰκίζει.

Eurip. Bacch. 396.

ἐπὶ τού-
τῳ δέ τις ἂν μεγάλα διώ-
κων — —

Androm. 491.

παῖδά τε, δύςφρονος ἔριδος ὕπερ.

Troad. 841.

Δαρδάνια μέλαθρά ποτ' ἦλθες. Erf.

Burtonus malit πάρεδρον, ut ad Haemonem referatur. Idem quod adnotasse monet anonymum in margine vetusti exemplaris bibliothecae Bodlei. Idem. Πάρεδρος scholiastes refert fuisse qui Dorice pro παρέδρους dictum putarent, et ad Creontem referrent. Tali Dorismo non est locus in tragoedia. Seidlerus comparat Eurip. Med. 843. τᾷ σοφίᾳ παρέδρους ἔρωτας, παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς. So-

θεσμῶν· ἄμαχος γὰρ ἐμπαί-
ζει θεὸς Ἀφροδίτα.

σ ύ σ τ η μ α.

Νῦν δ' ἤδη 'γὼ καὐτὸς θεσμῶν
ἔξω φέρομαι τάδ' ὁρῶν, ἴσχειν δ'

---

phocles quum Amorem vocat assessorem in administratione supremarum legum, hoc dicit, amore in consilium vocato Haemonem, quid summum ius sit, iudicare. Ad quae verba respiciens chorus dicit, *καὐτὸς θεσμῶν ἔξω φέρομαι*, illud ius, quod Creonti videbatur, in mente habens, oppositum ei, quod Haemon iustum putabat. Ad scripturam quod attinet, non adducor, ut quod a poetae manu profectum sit nos habere credam. Nam ut defendi proceleusmaticus possit, quod quidem aliis quam quibus Erfurdtius usus est exemplis fieri deberet, tamen sic praeter necessitatem et hoc in genere numeri eum pedem ab Sophocle admissum esse, ab omni est veri similitudine alienum. Hinc, nisi forte in strophico versu aliquid vitii est, *πάρεδρος* interpretis verbum esse videtur, quo is aliam vocem declaraverit. Quae illa fuerit, mihi non liquet. Illud video, apte et perspicue idem dici, si legeretur *τῶν μεγάλων σύνδικος ἀρχαῖς θεσμῶν.*

V. 795. Primam Antigonae stropham atque antistropham duo praecedunt sibi respondentia systemata anapaestorum. Antistropham aliud sequitur quasi pro epodo anapaesticum systema. Haec systemata pariter ut quae secundae strophae atque antistrophae intercinit chorus, singula a diversis recitantur canunturque, alio miserante infelicem virginem, alio acerbe vituperante, alio irridente, alio frigide consolante, alio denique excusante quidem, sed tamen non laudante.

οὐκ ἔτι πηγὰς δύναμαι δακρύων,
τὸν παγκοίταν ὅθ' ὁρῶ θάλαμον
τήνδ' Ἀντιγόνην ἀνύτουσαν.

στροφὴ α'.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὁρᾶτέ μ', ὦ γᾶς πατρίας πο-
λῖται τὰν νεάταν ὁδὸν
στείχουσαν, νέατον δὲ φέγ-
γος λεύσσουσαν ἀελίου,
κοὔποτ' αὖθις· ἀλλά μ' ὁ παγ-
κοίτας Ἅιδας ζῶσαν ἄγει
τὰν Ἀχέροντος
ἀκτάν, οὔθ' ὑμεναίων
ἔγκληρον, οὔτ' ἐπινυμφίδιός
πώ μέ τις ὕμνος ὕ-
μνησεν, ἀλλ' Ἀχέροντι νυμφεύσω.

ἀντισύστημα.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκοῦν κλεινὴ καὶ ἔπαινον ἔχουσ'
ἐς τόδ' ἀπέρχει κεῦθος νεκύων,

V. 799. *ἀνύτουσαν.* gl. *ἐρχομένην εἰς τὸν θάλαμον.* Vide ad Oed. Col. 1562. Brunck.

V. 800. La. *ὁρᾶτ' ἔμ'.*

V. 808. Quum veri simillimum sit, hunc versum ex genere Glyconeorum esse, in Elem. doctr. metr. p. 564. et in Epitome §. 488. dixi scribendum videri *οὔτε νυμφίδιος.*

V. 810. *νυμφεύσω.* Conf. v. 650. Erf.

V. 812. Seidlerus contulit alia nomina, quibus il-

οὔτε φθινάσιν πληγεῖσα νόσοις,
οὔτε ξιφέων ἐπίχειρα λαχοῦσ'·
ἀλλ' αὐτόνομος, ζῶσα, μόνη δὴ
θνατῶν, Ἀΐδαν καταβήσει.

---

lud κεῦθος νεκύων in hac fabula appellatur, πετρώδης κατῶρυξ, ἔργμα τυμβόχωστον, κατηρεφὴς τύμβος, θανόντων κατασκαφαί, κατῶρυξ στέγη, λιθόστρωτον νυμφεῖον Ἅιδου. Vide v. 770. 841. 876. 911. 1087. 1189.

V. 814. ἐπίχειρα, mercedem, poenam. Etymol. M. c. 367, 27. Ἐπίχειρα, οἱ μισθοί. Conf. Schaefer. ad L. Bos. p. 304. Erf.

V. 815. αὐτόνομος. Bene scholiastes: μετ' ἐλευθερίας. Quod addit, ἰδίῳ καὶ καινῷ νόμῳ, ad μόνη δὴ θνατῶν pertinet. Erf. Immo pertinet ad αὐτόνομος. Sic enim scribit: οὐ διὰ ξιφῶν τὸν μισθὸν τοῦ πλημμελήματος λαχοῦσα καὶ τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ μετ' ἐλευθερίας τεθνήξῃ, ἰδίῳ καὶ καινῷ νόμῳ περὶ τὸ τέλος χρησαμένη, οἷον, οὔτε νοσήσασα οὔτε ἀναιρεθεῖσα ἐξελεύσῃ τοῦ βίου. Seidlero scholiastae explicatio vocis αὐτόνομος non videtur iustam oppositionem ad praecedentia continere. Itaque ἢ ante ἰδίῳ inserens, duas eum interpretationes attulisse censet, quarum ipse posteriorem probat. De emendatione assentior, nisi satius est plena interpunctione duo scholia distingui, non etiam de explicatione verbi αὐτόνομος. Nam etsi recte se habet oppositio, „non morbo, non vi, sed proprio quodam modo, viva peribis," tamen gravior est et aptior sententia, si usitato significatu accipitur αὐτόνομος. Nam conquerenti moriendi necessitatem Antigonae dicit chorus: clara profecto eris, quae nec morbo, nec vi pereas, sed tua sponte ad Orcum, sola mortalium, viva descendas. Male vero scholiastes ξιφέων ἐπίχειρα interpretatur τὸν

ἀντιστρ. α΄.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀ-
λέσθαι τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄ-
κρῳ· τάν, κισσὸς ὡς ἀτενής,
πετραία βλάστα δάμασεν·
καί νιν ὄμβρῳ τακομέναν,
ὡς φάτις ἀνδρῶν,
χιών τ᾽ οὐδαμὰ λείπει,
τέγγει θ᾽ ὑπ᾽ ὀφρύσι παγκλαύτοις

μισθὸν τοῦ πλημμελήματος. Ita enim etiam φθινάσι νόσοις ut poena commemorari deberet. At quis morbo punire quemquam potest? Ξιφέων ἐπίχειρα sunt praemia ensium, i. e. id, quod ensibus congrediendo efficitur, quod est vi aliquem interfici. Latine dicas, munere belli.

V. 817. Respicit h. l. Eustathius pag. 1368, 24. (1508, 7.)

V. 820. κισσὸς ἀτενής, hedera firmiter adhaerens. Musgravius interpungit: τάν, κισσὸς ὥς, ἀτενὴς πετραία βλάστα. De voc. ἀτενὴς vid. Ruhnk. ad Timaei Lexicon Platon. p. 53. Erf.

V. 822. ὄμβρῳ. Musgravius frustra coniicit ὄμβροι. Erf. Apte Seidlerus Pausaniae verba attulit I. 21, 5. ἡ δὲ πλησίον μὲν πέτρα καὶ κρημνός ἐστιν, οὐδὲν παρόντι σχῆμα παρεχόμενος γυναικός, οὔτε ἄλλως οὔτε πενθούσης· εἰ δέ γε πορρωτέρω γένοιο, δεδακρυμένην δόξεις ὁρᾶν καὶ κατηφῆ γυναῖκα. Alia commemoravit Davisius ad Cic. Q. Tusc. III, 26.

V. 825. La. τάκει θ᾽. Dedi παγκλαύτοις e codd. La. Lb. Par. et Triclinianis pro παγκλαύστοις, quod

δειράδας· ᾇ με δαί-
μων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής·
ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς.
καίτοι φθιμένῳ τοῖς ἰσοθέοις

Brunckius et Erfurdtius cum vett. libris posuerant. Vide ad v. 29.

V. 828. Eustathius p. 859, 62. (803, 21.) ex h. l. affert θεογενῆ.

V. 830. seq. Perverse vulgo paroemiacus plenum, quo systema clauditur, dimetrum antecedit:

καίτοι φθιμένᾳ μέγ' ἀκοῦσαι
τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν.

Triclinianam qui exhibent recensionem codd. et impressi, in fine systematis hunc satis languidum addunt paroemiacum: ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν. reiiciendum illum etiam propterea, quod, qui praecederet paroemiacus, contra morem Tragicorum positus esset sensu loci nondum absoluto. Rectissime locum èmendavit Hermannus de metris pag. 296. Erf. Scholiastes legisse videtur φθιμένῳ, qui scribat: καίτοι σοι φθιμένῃ ἢ φθιμένῳ παντὶ μακαριστὸν ἂν εἴη τὸ τῆς αὐτῆς μοίρας τυχεῖν τοῖς ἰσοθέοις, οἷον, μακάριος ἂν εἴη, ὅςτις τοῖς ἰσοθέοις ὁμοίως ἐτελεύτησεν. Id praeferendum duxi vulgato φθιμένᾳ, pro quo φθιμέναν codd. Aug. Paris. et Livineii v. Tricliniani autem libri pessime καίτοι γε φθιμένην. La. φθιμενα, supra scripto ω. Ricc. φθιμένω. Magnum est, inquit, mortuo, dici sortem nactum esse inter semideos, i. e. eam sortem, ut in semideis numerari possit. Etiam La. Lb. Ricc. Vat. Aug. Dresd. addunt versum istum,

ἔγκληρα λαχεῖν μέγ' ἀκοῦσαι.

---

quem Aldus et quae hunc sequuntur edd. non habent. Turpissima est, quae ex Turnebi editione in alias propagata est lectio, καίτοι γε φθιμένην μέγ' ἀκοῦσαι. Versum ab Aldina omissum qui metrorum emendator adiecit, saltem sic edere debebat: καίτοι φθιμένῃ σοι μέγ' ἀκοῦσαι τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα λαχεῖν ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν.

Ibid. τοῖσιν ἰσοθέοις. Sic recte scriptum in T. [et Dresd. a.] alii τοῖς. Atticis prima in ἴσος semper corripitur. Brvnck. Producitur Aeschyl. Pers. 80. non tamquam si ι anceps sit, sed quod eam syllabam duae breves sequuntur, ut in ἀθάνατος, ἀπαράμυθος. Vid. Porson. ad Orest. 9. et Hermann. de emend. rat. Gr. Gramm. p. 443. Scriptura τοῖσιν ἰσοθέοις corrumpit versum: numquam enim, nisi in anapaestis melicorum carminum lege factis, locum habet proceleusmaticus. Erf.

V. 831. De hoc versu et de v. 829. Schaeferus in litteris ad me datis haec monuit: „In Sophocl. Antig. 831. iterum dedisti ἔγκληρα λαχεῖν. Ἔγκληρος ex analogia ipsoque scriptorum usu est primum, κλῆρον ἔχων, deinde, omnino μέτοχος, particeps. Ita poëta paullo ante οὔθ' ὑμεναίων ἔγκληρον. Neutra significatio huc quadrat. Iam attende ad litteram postremam vocis praecedentis, neque invitus, opinor, mihi concedes, corrigendum esse σύγκληρα λαχεῖν, i. e. ut scholiastae verbis utar, τῆς αὐτῆς μοίρας τυχεῖν: sive, ut alter scholiastes, λαχεῖν κοινά, ὅμοια, τοῦ αὐτοῦ κλήρου καὶ τύχης: uno verbo, συγκληροῦσθαι. Σύγκληρα poëtice dictum pro συγκληρία s. συγκλήρωσις. Vides medicinam ex eodem haustam fonte, unde iam pluribus scriptorum Graecorum locis corruptis petii. V. mea in Matthiae praefat. ad Homer. Hymn. pag. VIII. ad Dionys. Halic. de Compos. Verbor. p. 147.

et in Ind. Verbor. p. 164. Nunc haec addam: Homerus Il. XI. v. 735. s. — *γαίης, Συμφερόμεσθα μάχῃ.* Cod. Vrat. A. *ἐμφερόμεσθα.* Dionysius Halic. Antiquit. Rom. T. III. pag. 1800. *καὶ τελευτῶντες ἐγκατέχωσαν αὐτοὺς τῷ πλήθει τῶν βελῶν.* Scribendum puto *συγκατέχωσαν.* Lucianus T. I. p. 19. *καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριε.* Praeferam quod placuit Anonymo, *συνέπριε.* [Praecessit *καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει.*] Longinus XLIII. 2. *λόφους ἀντωθουμένους.* Toupius ad h. l. p. 372.: „Libri alii *ἀντωθουμένους*, alii *ἀνωθουμένους.* Neutrum recte. Sribendum sine dubio, — *λόφους συνωθουμένους.*" Vicissim ibid. XV. 4. pro *συνεπτέρωται* legam *ἀνεπτέρωται.* Aristaenetus I. Ep. 17. *μηδὲ τὰς ὀφρῦς ἄναγε.* „nisi tamen ibi potius legendum sit, *τὰς ὀφρῦς σύναγε.* videtur enim Aristophanem imitatus." Hemsterhusius ad Aristophan. Plut. v. 756. — Revertor ad Sophoclem tuum. Praecessit:

> *ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής·*
> *ἡμεῖς δὲ βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς.*

Recte habent priora ac plane congruenter ingenio linguae graecae: nosti enim *ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν*, quaeque id genus alia, semper sibi ad amussim respondentia, leguntur; secus posteriora, *βροτοὶ καὶ θνητογενεῖς.* Ad poëtae manum, opinor, ducit liber Augustanus*), cuius vestigia consectans scribo:

> *ἀλλὰ θεός τοι καὶ θεογεννής·*
> *θνητοὶ δ' ἡμεῖς καὶ θνητογενεῖς.*

Adde, quod sic gravior vox, ut decebat, primo loco ponitur. *βροτοὶ* unde irrepserit, parum curo: certe non magis quam Aiac. 1416. Br. curandum puto, unde nata sit Codicis Ienensis scriptura, metrum adeo evertens, *βροτῶν* pro *θνητῶν.* Hoc scio, *βροτὸς* et *θνητὸς* passim commutari. V. Porsonum

---

*) Habet ille *θνητοὶ καὶ βροτοί.*

στροφὴ β'.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴμοι γελῶμαι. τί με, πρὸς θεῶν πατρῴων,
οὐκ ὀλομέναν ὑβρίζεις,

---

ad Euripid. Hecub. v. 825. Homerus Il. II. v. 821. θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα. Heynius: „Ioa. Diac. ad Hesiod. Θ. pag. 168. b. — θεὰ θνητῷ εὐνηθεῖσα.""

Haec igitur Schaeferus, cuius ut plurimum apud me valet auctoritas, ita vereri me fateor, ne utroque Sophoclis loco vulgata commode possit retineri. Et in priore quidem τοῖς ἰσοθέοις ἔγκληρα non verto, aequalia Diis, sed, quae Diis obtigerunt, propria Diis, analogia motus vocabuli ἔμμορος, quod quum et ipsum, uti ἔγκληρος, plerumque idem sit quod μέτοχος, ab Hesychio tamen ἔμμορον explicatur per εἱμαρμένον. Alterius loci non prorsus eadem videtur esse ratio, quae illorum, ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν. In his nihil habes, praete quam connexa similia, in istis opposita diversa, θεὸς et βροτοί, θεογεννὴς et θνητογενεῖς. Recte autem, nisi fallor, primum locum occupat ἡμεῖς, quod perinde ac si praemissum esset oppositum ἥδε, acrius debet efferri. Sic nos: Ja sie war eine *Göttin* — *wir* aber sind Sterbliche. Erf.

V. 833. ὀλλυμέναν. Sic bene Dresd. a. Vulgo ὀλομέναν, quod metro repugnat. Triclinius οὐλομέναν, neglecta huius formae participialis potestate. οὐλόμενος apud Homerum semper est perniciosus, quam significationem serioris aevi poëtae non ausi sunt immutare. Hinc Eurip. Iphig. A. 793. ὀλλυμέναν pro οὐλομέναν, et Iphig. T. 1109. ὀλλυμένων pro οὐλομένων reponendum est. Ὀλλυμένους et ὀλομένους confunduntur Eurip. Orest.

ἀλλ' ἐπίφαντον; ὦ πόλις, ὦ πόλεως
πολυκτήμονες ἄνδρες·
ἰὼ
Διρκαῖαι κρῆναι, Θήβας τ'
εὐαρμάτου ἄλσος· ἔμπας

1307. Erf. *Οὐλομέναν* recte reiicit Erfurdtius: at non magis ferri potest *ὀλλυμέναν*. In Iphig. Taur. 1109. scribendum videtur *οὐλομέναις*. Metri vitio, quo laborare vulgatam *ὀλομέναν* putabat Erfurdtius, mihi laborare videtur versus antistrophicus. Nam hoc metrum, quod Anacreonteum potius quam iambicum est, subiicitur etiam alibi ei metro, quod praecedit, quod ipsum Anacreonteum est: ut in Electra 1058 et Aeschyli Prometheo 128. 397. nisi quod illis in locis anacrusis disyllaba est. Vid. Elem. doctr. metr. p. 492. seq.

V. 834. Eust. Od. *τ*. p. 683. l. 18. videtur legisse *ἐπίφατον* (nisi forte legit *ἐπίσφατον*, ut Amm. et Eust. Od. *μ*. p. 497. l. 5.) Vide Misc. Obs. alibi citatas. Valckenarius. Eustathius ed. Rom. pag. 1816, 12. *ὁμοία δὲ ἐναντιότης τῷ ἐπιβοήτῳ, καὶ ἐν τῷ ἐπίφατος, ὃ κεῖται παρὰ Σοφοκλεῖ*. In altero loco, p. 1728, 13. nulla mentio Sophoclis. Neuter locus huc pertinet. Ammonium vide in *διαβόητος*.

V. 837. *Θήβας — εὐαρμάτου*. Pindar. Olymp. VI. epod. 5. *πλάξιππον — Θήβαν*. Isthm. VIII. *διαιρ. β'*.

παρὰ καλλιρόῳ
Δίρκᾳ, φιλαρμάτου πόλιος ᾤκισσεν ἀγεμόνα.

Euripides Herc. Fur. 467. *Θηβῶν τῶν φιλαρμάτων ἄναξ*. Vide et apud Athenaeum lib. I. c. 22. — *ἄλσος*. Sic Argos urbem *ἄλσος* vocat Elect. 5. Conf. ibi citata. Musgr.

ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι,
οἵα φίλων ἄκλαυτος, οἵοις νόμοις
πρὸς ἕρμα τυμβόχωστον ἔρχομαι

V. 839. *ἐπικτῶμαι.* gl. *λαμβάνω.* Brvnck. Recte. *ξυμμάρτυρας ὔμμ' ἐπικτῶμαι* nihil aliud est quam *ἐπιμαρτύρομαι ὑμᾶς.* Lectio scholiastae commemorata, *ἐπιβοῶμαι*, metro adversatur. Erf.

V. 840. *φίλων ἄκλαυστος.* gl. *ὑπὸ τούτων γὰρ ἂν ἐκλαύθην θανοῦσα.* Aldus, qui supra v. 831. bene dedit *παγκλαύστοις*, hic et infra 876. habet *ἄκλαυτος.* Vtroque in loco E. sinceram scripturam exhibet. Brvnck. Dresd. a. constanter deteriorem. Erf. Immo convenit hoc usui tragicorum. Et habent hic etiam Flor. secunda, La. Lb. Vide ad v. 29.

V. 841. Libri *ἕργμα.* Brunckius et Schaeferus dederunt *ἕργμα*, vocabulum analogiae conveniens, sed nulla, quod sciam, auctoritate munitum. *Ἕργμα* vero, ex quo Hesychius, *ἕργμασι, κωλύμασι, περιφράγμασιν*, Ionicum vocabulum est ab *ἔργειν* deductum, quo illi pro *εἴργειν* utuntur. Scholiastes: *ἕργμα. ἕρμα. περίφραγμα.* Veram hinc scripturam iam pridem ad Aeschyli Choeph. 152. adnotavi, *ἕρμα.* Idem placet V. D. in Diar. class. XXXIII. p. 65. qui Blomfieldium citat ad S. c. Theb. 552. Recepit Gaisfordius. Ea vox saepe in *ἕργμα* mutata; v. c. apud Oppian. Hal. IV. 477. Significat autem aggerem: unde ad tumulum refertur. Eurip. Hel. 857. *εἰ γὰρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί, εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόνθ' ὕπο, κούφῃ καταμπίσχουσαν ἐν τύμβῳ χθονί, κακοὺς δ' ὑφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς.* Etiam Aeschylus eo quem dixi loco *ἕρμα* videtur scripsisse, id ut tumulum significaret. Ad *τυμβόχωστον* Seidlerus citavit Blomfieldium in Glossar. ad Sept. c. Theb. 1024.

τάφου ποταινίου·
ἰὼ δύστανος,
βροτοῖς οὔτε * ἐν νεκροῖσιν

V. 842. *ποταινίου*, novi, insoliti, non, ut Musgrav. vertit, insperati. Erf.

V. 844. Hic versus non congruit antistrophico. Vt sibi responderent, in maiori editione effeceram scribendo:

οὔτ' ἐν βροτοῖς οὔτε νεκροῖσιν —

et

γάμων κασίγνητε κυρήσας.

Hermannus nonnisi strophicum versum ita vult mutari: *βροτοῖς οὔτε ποτ' ἐν νεκροῖσιν*, sed horum nihil tale est, ut locum in textu nancisci possit. Codices non variant, praeter Augustanum, qui cum Ald. et schol. *βροτοῖσιν* praebet Erf. Sensu admodum similia sunt Euripid. Suppl. 968. seqq. Erf. Libri veteres, *οὔτ' ἐν βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσι.* Pro *βροτοῖσιν* Tricliniani *βροτοῖς*. *Οὔτε* pro *οὔτ' ἐν* ex Livineii libro p. affertur, sed non addito, utrum ad prius, an ad posterius pertineat. Erfurdtius recepturus erat Seidleri coniecturam in libro de verss. dochm. p. 28. *οὔτε βροτοῖσιν οὔτ' ἐν νεκροῖσιν*, cui tamen non solum longa praeter morem secundi membri anacrusis, sed etiam praecedentis versus ultima syllaba obstat, quam consonans, non vocalis debebat excipere. Quumque haec metra accuratissime exaequari soleant, non dubitandum quin *οὔτ' ἐν* in initio versus ab interpretibus sit profectum. Itaque delevi, mox notato defectu syllabae. Vtrum *ποτ'* an *τις* dederit Sophocles, non dixerim: elegantius foret *βροτοῖς οὔτε νεκροῖς ἔνερθεν.* Caeterum de hoc genere metri, de quo dixi in Elem. doctr. metr. p. 230. seq. litem moverunt peculiari dissertatione a. 1827. edita Boeckhius, et nuper

μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσιν.

Gottholdus in Iahnii Annalibus vol. VI. fasc. III. p. 274. seqq. sed hic quidem tantum de cognato versu, qualis est, qui sequitur hic apud Sophoclem, disputans. Vterque posteriorem partem metro ithyphallico esse censent, Boeckhius sex, Gottholdus tribus argumentis usus, quorum unum tantum, quod utriusque commune est, aliquam vim habet, constans productio ultimae prioris quod a me constitutum est membri, et non minus constans correptio anacruseos secundi. Quae a Boeckhio prolata sunt, vir harum rerum peritissimus, re accuratissime pensitata, refutaturum se esse mihi significavit. Ei hanc provinciam libens relinquo. Interim illud monuisse non erit inutile, non vidisse Boeckhium, in Aeschyli versu Sept. ad Th. 141. *καὶ Κύπρις, ἅτε γένους προμάτωρ*, non pluralis numeri, sed singularis esse *ἅτε;* deinde neque ipsum neque Gottholdum satis videri diligentiam illam reputasse, qua antiquior tragoedia, quae his metris multo saepius quam recentior usa est, syllabas versuum aequare consuevit; porro non videri cogitatum esse, displicuisse Graecis in omni numero solutionem mediae in finali amphibracho; nec reputatum esse, quot exempla exstarent aliorum versuum ex duabus compositorum partibus aequalibus; denique de ingenti horum ipsorum de quibus disputatum est metrorum numero nec permulta esse exempla allata, et praetermissa ea, quae minime erant negligenda, ut in Agam. 232. *τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων*, et v. 777. *τότ' ἦ τόθ' ὅταν τὸ κύριον μόλῃ*, et in Rheso v. 33. *ζεύγνυτε κερόδετα τόξα νευραῖς.* Magis etiam mirum, non esse adhibita exempla, quibus species aliqua veri conciliari isti opinioni potuerat, ut in Troad. 1302. *ἰὼ γᾶ τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων*, et v. 1307. *διάδοχόν σοι γόνυ τίθημι γαίᾳ,*

ΧΟΡΟΣ.

προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους,
ὑψηλὸν ἐς Δίκας βάθρον
προσέπεσες, ὦ τέκνον, πολύ.
πατρῷον δ' ἐκτίνεις τίν' ἆθλον.

ἀντιστρ. β'.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας,
πατρὸς τριπλοιστὸν οἶκτον

---

et in Phoen. 1745. ὃς ἐκ δόμων νέκυς ἄθαπτος οἴχεται.

V. 848. προσέπεσες. Sic Aldus et membr. [La. Lb.], ut legisse videtur etiam scholiastes. Alii προσέπαισας, quod male recepit Brunckius. Erf. La. Lb. πολύν, quod etsi sensum praebet non incommodum, si cum ἆθλον construatur, tamen et minus concinnam reddit orationem, et per τὲ potius, quam per δὲ coniungi cum superioribus debebat. Aptior omnino est vulgata, quae caussa mali indicanda simul aliquid solatii affert.

V. 849. δ' addidi ex August. b. et Aldina propterea quod αὐτόγνωτος in versu antistrophico non potest antepenultimam brevem habere. Nusquam enim Noster corripuit syllabam, in qua concurrunt consonantes γν, falsaque est Tyrwhitti coniectura Oed. Col. 547. καὶ γὰρ ἀγνὼς ἐφόνευσα κἀπώλεσα. Erf. Tantummodo in Triclinianis abest δ'.

V. 851. πατρὸς τριπόλιστον οἶτον. gl. λέγω πολυθρύλλητον καὶ πάνδημον δυστυχίαν, ἣν πᾶς ἐλεεῖ. Nempe accusativus τριπόλιστον οἶτον non a verbo ἔψαυσας, quod cum patrio casu construitur, sed a suppresso verbo pendet, λέγω. Pro οἶτον, quod a manu poëtae esse manifestum est, perperam

in textu scriptum *οἶκτον*, et in scholiis *οἶκον*. Veram scripturam utrobique restituimus. Brunck. Libri *πατρὸς τριπόλιστον οἶκτον*, quod probat Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 635. Brunckii *οἶτον* admisit Elmsleius in Addendis ad Heracl. v. 693. Scholiastes: *τριπόλιστον οἶκον. πολλάκις ἀναπεπολημένον. ἢ διάσημον καὶ πανταχοῦ ἀκουόμενον καὶ πολούμενον. ἢ τὸν πολλάκις ἐπελθόντα τῷ ἐμῷ οἴκῳ καὶ γένει. λείπει δὲ τὸ εἰπροῦσα.* Quod hic explicat, Graece *τρίπολον* aut *τριπόλητον* dici debuit, ut mira sit Schneideri socordia, qui in Lexico *τριπόλιστος* a *πολέω* derivare non sit veritus. *Τριπόλιστος* proprie est ter conditus, quod sive ad *οἶκτον*, sive ad *οἶτον* translatum, nimis profecto mirum epitheton est, quam ut, quod deberet, magnum et quasi ad ingentem altitudinem exaedificatum significet. Optime vero congrueret cum scriptura, quam finxit editor scholiorum Romanus, qui pro his duobus verbis, quae in codice scholio praemissa sunt, *τριπόλιστον οἶκον*, haec dedit quattuor: *τριπόλιστον οἶκτον. γράφεται οἶκον.* At Elmsleius adnotavit, MS. in textu habere *οἶκτον*, nec nisi librarii errore in scholio scriptum videri *οἶκον*. Itaque duplex tantum scriptura exstitit, *οἶκτον* in La. et vulgatis, et *οἶτον*, quod Brunckius dedit, repertum postea ex emendatione in Lb. eraso *κ*. His vestigiis certa, si quid video, emendandi via inveniri potest. Apertum est enim, sedem vitii esse in verbo *τριπόλιστον*, quod neque cum *οἶκτον* neque cum *οἶτον* coniunctum aptam facit sententiam, praeterea autem etiam metro non convenit. Id verbum ita debet comparatum esse, ut construi possit cum *κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν*. Inepta enim planeque abhorrens ab huius loci ratione figura illa Colophonia est, quam in auxilium vocavit Brunckius. Porro etiam *οἶτον*, quod Brunckius posuit, male quadrat. Nam ut recte dicatur *οἶτος πότμου*, at Oedipi universaeque nostrae sortis exitus si dicit Antigona, quum is ipsorum sit Labdacidarum

τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου
κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν.
ἰὼ

---

omnium exitus, non patet, quid eum esse his Labdacidis dicere possit. Haec omnia incommoda duarum litterarum transpositione tollenda censui, reposito *τριπλοιστόν.* Hoc dicit: memoriam renovasti acerbissimae mihi cogitationis, patris universaeque sortis nostrae triplicatum Labdacidis luctum. Ne quis obiiciat inusitatum verbum *τριπλοίζειν*, reputet velim, *τριπλασιάζειν*, ut *διπλασιάζειν* communis vitae vulgarisque sermonis verba esse, a quibus tragici abstinuerint. Hi vel *διπλάζειν* dicunt, ut Eurip. Suppl. 781. vel, quod exquisitius est, *διπλοίζω*, ut Aeschylus Ag. 844. Eum. 1017. Scite Lobeckius ad Phryn. p. 616. *διπλάζειν* inornatiorem formam vocavit: unde aestimari potest, cur Aeschylus, qui alias *διπλοίζειν* usurpat, tamen in Prom. 816. *ἐπαναδίπλαζε* dixerit. Caeterum scholiastes: *τοῦ τε πρόπαντος ἁμετέρου πότμου. καὶ τῆς προτέρας ἡμῶν δυστυχίας.* Quem ego quum dixissem, nisi *τῆς προπάσης* scripsisset, aliud quid pro *πρόπαντος* legisse videri, reprehendit id Wunderus, putans indicare illum, verba poetae referenda esse ad priores calamitates, quas gens Labdacidarum ante Oedipodem esset perpessa. At de his uti Sophocles certo non cogitavit, ita, opinor, ne scholiastes quidem, qui si *τῆς προτέρας* scripsit, rixas intellexit fratrum, ortumque inde bellum, ipsorumque mutuam caedem.

V. 853. *κλεινοῖς Λαβδακίδαισιν*, pro *κλεινῶν Λαβδακιδῶν.* Schema Colophonium, de quo vide Musgravium Exercitat. in Eurip. I. 7. et quae notavimus ad Phoenissas 85. Brunck.

V. 850 — 853. Hermannus in Museo antiq. stud.

ματρῶαι λέκτρων ἆται,
κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'
ἐμῷ πατρὶ δυςμόρου ματρός,
οἵων ἐγώ ποθ' ἁ ταλαίφρων ἔφυν·

Vol. I. p. 126. seq. de hoc loco sic scribit: „Non satis perite Brunckius *λέγω* intelligit. Quod si cum Schaefero, [ad L. Bos. p. 685.] recte quidem *οἶκτον* praeferente, post *πατρὸς* interpungas, ut verba *τριπόλιστον οἶκτον* accusativi absoluti sint, non modo multum de poetica virtute huius loci peribit, sed illud etiam quaerendum relinquetur, quid sint accusativi absoluti. Quae appellatio vereor ne nihil sit, nisi perfugium, quod consectentur, qui, quomodo rem expediant, non inveniunt. Accedit in Sophoclis loco iactatum a Brunckio schema Colophonium, non dissimile inventum ut casus isti absoluti, quod schema hic quidem perineptum est. Nihil in toto loco difficultatis est. *Ἔψαυσας ἀλγεινοτάτας ἐμοὶ μερίμνας* poeta dicit genitivo casu, in mente habens *ἔλεξας:* inde statim accusativum, qui ab hoc verbo regatur, infert.“ Possit etiam, ex Musgravii sententia, *μερίμνας* pro accusativo pluralis haberi, qualem verbum *ψαύω* nonnumquam regit, v. c. infra v. 951. *ψαύων τὸν θεόν.* Erf.

V. 855. La. *πατρῶιαι.*

V. 856. *κοιμήματά τ' αὐτογέννητ'.* Copulam addidit Hermannus de metris p. 439. Scholiastes: *καὶ συνουσίαι τοῦ πατρὸς αὐτογενεῖς.* Seq. v. Dresd. a. *ἀμῷ*, fortasse melius. Erf. Vat. *κοιμήματα τ' αὐτογενῆτ'.*

V. 857. La. *δυςμόρῳ.* Vulgatum habuit scholiastes.

V. 858. Dubitari potest, rectene in fine praecedentis versus minor interpunctio posita sit. Nam sic *οἵων* ad *κοιμήματα* relatum insolentius dictum

πρὸς οὓς ἀραῖος, ἄγαμος, ἅδ' ἐγὼ
μέτοικος ἔρχομαι.
ἰὼ δυςπότμων
κασίγνητε γάμων κυρήσας,
θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήναρές με.

ΧΟΡΟΣ.

σέβειν μὲν εὐσέβειά τις·
κράτος δ', ὅτῳ κράτος μέλει,
παραβατὸν οὐδαμῇ πέλει,
σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά.

---

est. Exspectes potius *ὧν*. Plene si interpungitur, *οἵων* exclamantis erit, et significabit *οἵων τοκέων*.

V. 862. Scholiastes: *διὰ τὴν πρὸς Ἄδραστον ἐπιγαμίαν, ἥτις αἰτία τοῦ πολέμου κατέστη*. Consentaneum hoc est naturae humanae, ut in rebus adversis caussam malorum ex longinquo repetant, illud si non esset factum, meliore se sorte usos rati. Moneo hoc, ne quis reprehendendum putet poetam, quod non proximam caussam commemorare Antigonam voluerit. Noluit ille, quod poterat, scribere, *ἰὼ δυςπότμον κασίγνητε τάφον κυρήσας*. Nam hoc si diceret Antigona, dubitaremus an poeniteret eam, quod sepelire fratrem esset conata.

V. 865. *μέλειν* hic respondet nostro o b l i e g e n. Sic Eurip. Meleagr. fr. XI. 1. *εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος*. Erf.

V. 867. *αὐτόγνωτος* (a *γιγνώσκειν*, d e c e r n e r e) *ὀργά*, ingenium ultro adscitum, non a natura datum. Erf. Delevit postea hanc adnotationem Erfurdtius, eam opinor explicationem amplectens, quam in maiore ed. dederat: „*αὐτόγνωτος* est, qui ex sua tantum animi sententia (*γνώμῃ*) unumquidque agit.“ Id iure probat Schaeferus, quem vide. Etym.

ἐπῳδός.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος,
ταλαίφρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.
οὐκ ἔτι μοι τόδε λαμπάδος ἱερὸν ὄμμα
θέμις ὁρᾶν ταλαίνᾳ·
τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς
φίλων στενάζει.

ΚΡΕΩΝ.

Ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν,
ὡς οὐδ' ἂν εἷς παύσαιτ' ἄν, εἰ χρείη λέγειν;

M. p. 173, 38. *αὐτόγνωτος. σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσσεν ὀργά. Σοφοκλῆς, ἀντὶ τοῦ αὐθαίρετος καὶ ἰδιογνώμων τρόπος.*

V. 868. Brunckius et Erfurdtius contra veteres libros et La. *ἄκλαυστος.* Vide ad v. 29. Caeterum neque oratio nec numeri mihi satis placent. Desidero articulum, etsi scio omitti potuisse, numerosque tales:

ἄκλαυτος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος ἁ ταλαί-
φρων ἄγομαι τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.

V. 871. [*ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει.* Sic Eurip. Herc. F. 1070. *ἀπόκρυφον δέμας ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.* Conf. Lobeck. ad Sophocl. Ai. 515. p. 299. Erf. Ex Addendis.] Veteres libri *τάλαινα*, quod correctum in Triclinianis.

V. 872. Inepte scholiastes: *πότμον ἀδάκρυτον. ἀντὶ τοῦ πολυδάκρυτον.* Immo, *οὐδεὶς στενάζει, ὥςτε μὴ δακρύειν.*

V. 875. *εἰ χρείη.* Perperam in libris *εἰ χρεῖ'* vel *χρεί' ᾖ.* Vide ad Oed. Tyr. 791. Brunck. Dawesius in Misc. crit. p. 573. ed. Kidd. cui *χρείη* de-

οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα; καὶ κατηρεφεῖ
τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγώ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἰ χρῄζει, θανεῖν,
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ.

---

betur, λέγων scribi volebat, quum hoc verbum cum παύσαιτ' ἂν construendum putaret. At constructio est: εἰ χρείη λέγειν ἀοιδὰς καὶ γόους, οὐδεὶς παύσαιτ' ἄν. Schaeferus εἰ χρείη interpretatur, si utile esset, comparans v. 913. et lexica, quod in his hic usus neglectus sit, reprehendens. Redit ille vero ad propriam significationem. Recte enim vertas: si lamentandum et querendum esset ante mortem, nemo desisteret.

V. 877. περιπτύξαντες. Euripides Phoen. 1395. τειχέων περιπτυχαί. MVSGR.

V. 878. ἄπιτε μόνην ἔρημον. Sic membr. pro varia lectione: in textu, ut Aldus edidit, μόνην ἀφῆτ' ἔρημον, et superscriptum: γρ. ἄπιτε μόνην ἔρημον. In E. T. [Dresd. a. La.] ἀφεῖτε μόνην ἔρημον. In August. [Lb.] ἀφῆτε μόνην ἔρημον. Nec ἀφεῖτε nec ἀφῆτε constructionis lex admittit, quae verbum futuri temporis flagitat, cum ἄξετε concordans. Ordo est: οὐκ ἄξεθ' ὡς τάχιστα, καὶ ἄπιτε, περιπτύξαντες αὐτήν, ὡς εἴρηκ' ἐγώ, μόνην ἔρημον κατηρεφεῖ τύμβῳ, εἴτε χρὴ — BRVNCK. Triclinius adnotavit: ἀφεῖτε χρὴ γράφειν, οὐκ ἄφετε. Atque ἄφετε Vat. quod cum Gaisfordio recepi. Deinde libri omnes εἴτε χρὴ θανεῖν, de qua scriptura mox dicetur.

V. 879. τυμβεύσει. gl. ἐντάφιος κείσεται. BRVNCK. Activum pro passivo. Vid. ad Oed. T. 153. 968. MVSGR. Ald. et quae hanc sequutae, ζῶσα τυμβεύει. E Turnebi editione venit ζῶσα τυμβεύσει. Ex La. Lb. adnotatum τυμβεύειν. Vat. Aug. ζῶσαν τυμβεύειν. Triclinius: ἀφεῖτε χρὴ γράφειν,

οὐκ ἄφετε, καὶ ζῶσα τυμβεύσει· οὕτω γὰρ ἁρμόζει τῷ μέτρῳ· τὸ ἀφεῖτε δὲ καὶ ἔν τινι τῶν παλαιῶν εὕρηται βιβλίων· συντάσσειν δὲ οὕτως· οὐκ ἄξετε ταχέως αὐτὴν καὶ ἀφεῖτε μόνην ἔρημον, περιπτύξαντες ἐν τῷ κατηρεφεῖ τύμβῳ, ὡς εἴρηκα ἐγώ, εἴτε χρὴ θανεῖν αὐτήν, εἴτε τυμβεύσει ἐν τοιαύτῃ στέγῃ ζῶσα, ἤγουν ἐντάφιος κείσεται. ζῶσαν δὲ ὀφείλων εἰπεῖν καὶ τυμβεύσειν πρὸς τὴν ἄνω αἰτιατικὴν καὶ πρὸς τὸ θανεῖν, ὁ δὲ πρὸς εὐθεῖαν ἔτρεψε τῇ τοῦ μέτρου ἀνάγκῃ. οὐ γὰρ ζῶσαν ὁ ποιητὴς ἔγραψεν, ὡς ἐν πολλοῖς τῶν βιβλίων εὕρηται, ἀλλ' οἱ συντάσσειν μὴ δυνηθέντες. Patet ex his, vulgatam scripturam Triclinio deberi, in antiquis autem libris vel *ζῶσαν τυμβεύειν* vel *ζῶσα τυμβεύειν* scriptum esse: ut veri simile sit, *τυμβεύει*, quod ex Aldina in edd. ante Turnebum venit, nihil esse nisi errorem typographi. Triclinii igitur inventum etiam nova ista verbi *τυμβεύειν* significatio est, non adnotata illa a Thesauri Graecae linguae locupletatoribus. At vana esse ista commenta, veramque esse antiquissimi libri scripturam *ζῶσα τυμβεύειν*, aliis argumentis cognoscitur. Ad verba in libris omnibus sic scripta, *εἴτε χρὴ θανεῖν*, scholiastae haec adnotatio exstat: *εἰ χρῄζει καὶ θέλει*. Apertum vero, non verbum *χρὴ* ita explicari potuisse, sed *εἰ χρῄζει* esse Sophoclis verba, ad quae adscriptum est ab interprete *καὶ θέλει*. Librarii quum propter sequens *εἴτε* scripsissent *εἴτε χρῄζει*, correctores *χρὴ* posuere. Iam intelligitur, unde nominativus *ζῶσα* cum infinitivo *τυμβεύειν* iunctus pendeat. Nam minore distinctione post *χρῄζει* posita sensus verborum hac constructione explanandus est: *μόνην ἔρημον ἄφετε, εἰ χρῄζει, θανεῖν· εἴτε χρῄζει ἐν τοιαύτῃ στέγῃ ζῶσα τυμβεύειν, τυμβεύειν.* Nec sepeliri est *τυμβεύειν*, sed sepelire: quod peracerbe dicit Creon, facinus respiciens Antigonae: relinquite solam et desertam, ut, si cupit, moriatur; sive viva tali sub tecto sepe-

ἡμεῖς γὰρ ἁγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς
οἴκησις αἰείφρουρος, οἷ πορεύομαι,
πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Περσέφασσ' ὀλωλότων·
ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
ἐλθοῦσα μέντοι, κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
φίλη μὲν ἥξειν πατρί, προςφιλὴς δὲ σοί,
μῆτερ, φίλη δὲ σοί, κασίγνητον κάρα·
ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ
ἔλουσα, κἀκόσμησα, κἀπιτυμβίους

---

lire cupit, sepeliat. *τυμβεύειν* habent codd. Paris. et Aug. Alio modo insolentius hoc verbo usus est in Electra v. 406. *τυμβεῦσαι χοὰς* dicens.

V. 880. Creon, homo infirmi animi, ubi saevitiam suam ab omnibus improbari cognovit, vacillare incipit: sed quoniam prae superbia non potest ab se impetrare ut mutet consilium, prospicit sibi eo, quod a se factae caedis piaculum detrectat.

V. 881. Lb. *γ' οὖν*.

V. 883. La. Lb. Aug. *ἀείφρουρος*. Idem codex Aug. *οἷ πορεύσομαι*, non male. Et in hac et in vulgata scriptura praegnans oratio est. Nam si *οἷ πορεύσομαι* legitur, hoc dicere putanda est: quo deducta ad meos abibo; sin *οἷ πορεύομαι*, commate post hoc verbum, ut feci, distincta oratione hoc in mente habet: quo eo, perventura ad meos.

V. 885. La. *Φερσέφασσ'*. Lb. *Φερσέφασ'*.

χοὰς ἔδωκα· νῦν δέ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσα, τοιάδ' ἄρνυμαι.
καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν,
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.

V. 895. *τοῖς φρονοῦσιν εὖ*, iudicio eorum, qui sapiunt. Sic Oed. T. 616. *καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν.* Erf. Scholiastes: *παρὰ τοῖς καλῶς φρονοῦσι δοκῶ σε τετιμηκέναι, ὥστε τοὺς συνετοὺς ἀποδέξασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰς σὲ γενόμενα.* Verior mihi videtur haec explicatio, quam quod Triclinius iubet: *σύναπτε δὲ τὸ εὖ πρὸς τὸ ἐτίμησα.* Hoc enim et insolentius dictum, et ad constructionem durius est. Quum dicere velit *ὀρθῶς σε ἐτίμησα*, ita hoc exprimit, ut dicat: et tamen te ego, ut sapientibus probarer, honoravi. Id quod idem est ac si dicat, sapienti consilio. Scholiastae explicationem probat etiam Matthiae in Gramm. Gr. §. 389.

V. 897. *τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.* Sic bene in E. Reliqui cum Aldo coniunctim *ἀνηρόμην*. Eleganter repetitur particula *ἂν*, nec composito verbo hic opus est. Eurip. Heracl. 989.

ἐγὼ δὲ νεῖκος οὐχ ἑκὼν τόδ' ἠρόμην.

et paullo post

ἐπεὶ δ' ἐκείνῳ δυςμένειαν ἠρόμην.

ubi perperam utroque in versu scriptum *ἠράμην*, forma Atticis poëtis inusitata. Brunck. Immo utroque loco recte legitur *ἠράμην*. Activi verbi solus primus aoristus in usu est, medii uterque. Ac de primo vel ex Orestis v. 3. constat, eumque praeferunt Attici, ut, ubi mensura utriusque eadem est, primo quam secundo uti malint. Itaque *ἠρόμην* imperfectum est. La. *ἀνηρόμην*, cum glossa *ὑπέστην*.

τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι, κατθανόντος, ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτός, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον·
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν
οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.

V. 899. *νόμου*, rationis, ut mox 905. Mvsgr.

V. 900. Antigonae hanc sententiam expressit Herodotus, apud quem pag. 257. Intaphernis uxor iisdem paene verbis rationem exponit, cur fratrem malit, quam maritum, vel quemvis alium e suis a morte servare: ad quem locum vide Valckenarii notam. Brvnck. Vter ex utro desumpserit, non convenit inter eruditos. Mihi Herodotus, qui singularia quaecunque congerere amat, et hoc primus protulisse videtur. Mvsgr. Bothius communi utrumque scriptorem fama usum esse existimat. Erf. Eadem Süvernii sententia est in dissertatione, cuius ad v. 185. mentionem fecimus, p. 16. qui iure hoc ut sophisticum argumentum notat. Sed placebant talia scilicet Atheniensibus.

V. 901. Aldina et quae hanc sequuntur omnes, *ἐπ' ἄλλου.* Alterum Turnebi editio praebuit, et, ut videtur, codices. Nec male legeretur *καὶ παῖς ἂν ἄλλου φωτός.*

V. 902. *κεκευθότοιν.* Vide ad Oed. T. 968. Mvsgr. Aristot. Rhet. 3, 16. citat *βεβηκότων.* Erf. Clemens Alex. Strom. VI. 2. p. 747, 30. (629. D. ed. Col.) *τετευχότων.* Vterque hunc et sequentem versum afferunt.

V. 903. Vulgo pravo accentu *βλαστοῖ*, quod correxit Schaeferus. Emendate scriptum *βλάστοι* apud Aristotelem, cuius quidam libri, ut apud Clementem est, pro *ἂν βλάστοι* habent *ἀναβλάστοι.* Hinc Rei-

τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν,
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα.
καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν,
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε τοῦ γάμου
μέρος λαχοῦσαν, οὔτε παιδείου τροφῆς·
ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύςμορος,
ζῶσ' εἰς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς·
ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν; τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυςσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.

---

sigius in commentatione de particula *ἂν* pag. 135. scribendum putat, *ὅςτις ἀμβλάστοι ποτέ.* Vt potuerit ita scribere Sophocles, at gravius ita rem enunciari, argutius dixit Reisigius. Gravius est enim, non est qui mihi possit frater nasci, quam, quem mihi putem nasciturum. Herodotus: *πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζώντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο.*

V. 909. Perperam Aldus cum parte codd. *παιδίου.* Brvnck. Neque enim *παιδίον* vocabulum est tragico sermoni conveniens.

V. 911. La. *θανάτων* et *κατασφαγάς.*

V. 913. Vulgo *εἰς.* La. et Brunckius *ἐς.* Lb. *ἐν θεοῖς.*

V. 914. La. *αὐδὰν.* Scholiastes: *τίν' αὐδὰν συμμάχων.* (sic ed. Rom. sed Elmsleius per errorem, ut videtur, *τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων*) *λείπει καλεῖν.*

V. 915. Wunderlich. obss. in Aeschylum p. 65.

ἀλλ', εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά,
παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν, ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.

---

recte vertit: impietatis crimen pie agendo contraxi. Sic Eur. Med. 219. *ῥαθυμίαν* esse inertiae crimen, uti et *ἀργίαν* v. 298. Musgravius confert Iph. Taur. 682. *δειλίαν γὰρ καὶ κάκην κεκτήσομαι.* Erf.

V. 917. *παθόντες.* Participium plurale masculinum de singulari muliere. Vide quae notavimus ad Eurip. Medeam 316. et ad Comici Concion. 31. Eurip. Androm. 711.

ἥ, στεῖρος οὖσα μόσχος, οὐκ ἀνέξεται
τίκτοντας ἄλλους, οὐκ ἔχουσ' αὐτὴ τέκνα.

Ibi *τίκτοντας ἄλλους* est pro *τίκτουσαν ἄλλην,* nempe Andromacham. Deianira apud nostrum in Trachin. 491. ait:

κοὔτοι νόσον γ' ἐπακτὸν ἐξαιρούμεθα
θεοῖσι δυςμαχοῦντες —

Pro *ἐξαιροῦμαι θεοῖσι δυςμαχοῦσα.* Haec generis enallage locum habet tantum in plurali numero. Aliena sunt, et plane diversae rationis, exempla quae huc imperite admovet Burtonus. Brvnck. Cur ista tam vulgaria, ubi praestabat de sensu quaerere? Scholiastes: *εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀρέσκει, παθόντες τὴν τιμωρίαν, γνοίημεν τὴν ἁμαρτίαν.* Parum accurate, tum quia *ξυγγνοῖμεν* dixit poeta, quod hic est fatebimur, de quo significatu dixit in Thesauro H. Stephanus, tum quia coniunxit quae non coniungenda erant. Nam *ξυγγνοῖμεν ἂν* cum *παθόντες* construendum. Sensus est: *ὁμολογήσαιμεν ἂν παθεῖν ἡμαρτηκότες.* Punitam me merito esse confitebor.

ΧΟΡΟΣ.

ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ἀυταὶ

V. 920. Male vulgo legitur:
ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων αὐταὶ
ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσι.
„Per se *αὐταὶ* non valet id, quod sententia flagitat, eaedem.“ Sic recte Brunckius, cuius infelicissima est correctio. Verba *αὐταὶ ψυχῆς* resecari debere iam olim suspicatus fueram, idque nunc certissimum arbitror, ex quo locum antistrophicum esse, Hermannus me docuit. Erf. Nimis incerta est illa in antistrophas descriptio, quam in Elem. doctr. metr. p. 381. et in Epitome §. 375. proposui, quam ut quidquam mutare consultum videatur. *Αὐταὶ* Martinus defendi posse putat Electrae v. 916. ubi libri habent, *τοῖς αὐτοῖσί τοι οὐκ αὐτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ.* Perdifficilem illam quaestionem de pronomine *αὐτὸς* pro *ὁ αὐτὸς* posito tetigit Buttmannus ad Philoct. quum aliis locis, tum maxime ad v. 119. v. Matthiae ad Eurip. T. VII. p. 502. sqq. Adversus haec et ea, quae ego ad hunc Antigonae locum dixeram, considerate disputavit Matthiae in addendis ad Eurip. Hippol. vol. VII. p. 502. seqq. Quibus perpensis sic statuendum puto. *Αὐτός*, ipse, adiectivum est, quo quis ab suis distinguitur, i. e. ab rebus omnibus, quae cum ipso coniunctae sunt. Vt qui ipse aliquid fecisse dicitur, non id per alios administros suos fecisse indicatur. *Ὁ αὐτὸς* autem, idem, nomen est, quo quis in diversis rebus a se ipse non diversus esse significatur. Vt, informes hiemes reducit Iuppiter: idem submovet. Id non possis ipse submovet dicere. Quod sicubi *αὐτὸς* et ipse pro *ὁ αὐτός*, idem, dici videtur, aliter conformanda est sententia: ut si dicas ipse etiam submovet: quod est, hic reducit, hic ipse

etiam submovet, non per alios, neque alius. Nam quoniam *αὐτὸς* opposita habet ea, quae huius sunt ad eumque pertinent, eoque alia sunt quam ipse, etiam simpliciter *ἄλλος* opponitur: *ὁ αὐτὸς* vero oppositum habet *ἕτερον*: non diverso enim contrarius est diversus. Itaque iam recte scribi censeo in Oed. R. 557. *καὶ νῦν ἔθ' αὑτός εἰμι*, et in Phoen. 927. *ἁνὴρ ὅδ' οὐκέθ' αὑτός, ἐκνεύει πάλιν*, et in Philoct. 119. *σοφός τ' ἂν αὑτὸς κἀγαθὸς κεκλῇ' ἅμα.* Quin etiam in Oed. R. 457. in quo loco et ipse olim *αὐτὸς* defendebam, et defendendum putat Matthiae, nunc *αὑτὸς* tuendum arbitror. Verba sunt Tiresiae: *φανήσεται δὲ παισὶ τοῖς αὑτοῦ ξυνὼν ἀδελφὸς αὑτὸς καὶ πατήρ, κἀξ ἧς ἔφυ γυναικὸς, υἱὸς καὶ πόσις.* Nam recte se haberet *αὐτὸς* ita collocatum, *παισὶ τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ ξυνών*: nunc ab illis verbis remotum eo refertur, quod idem frater et pater liberorum, filius et maritus uxoris est. Necessario in Electra 916. legendum erat: *τοῖς αὐτοῖσί τοι οὐχ αὑτὸς αἰεὶ δαιμόνων παραστατεῖ.* Vbi si Buttmannus librorum scriptura *οὐκ αὐτὸς* non videtur offensus esse, factum id eo puto, quod non satis explicate de usu huius pronominis disputavit. Non enim sensum quemdam verae rationis defuisse viro praestantissimo, illud indicat, quod scribit de v. 140. Alcestidis: *καὶ πῶς ἂν αὑτὸς κατθάνοι τε καὶ βλέποι.* „Alteram formam," inquit, „mirarer, quoniam *αὐτὸς* hic in universum dictum est, neque ad praecedens aliquod nomen refertur: quare articulo, si eius vicem gerat, carere posse non videtur." In Aristoxeni Harmon. II. p. 34. legitur: *καὶ γὰρ μένοντος τοῦ λόγου, καθ' ὃν διώρισται τὰ γένη, τὰ μεγέθη κινεῖται τῶν ποδῶν, διὰ τὴν τῆς ἀγωγῆς δύναμιν· καὶ τῶν μεγέθων μενόντων, ἀνόμοιοι γίνονται οἱ πόδες· καὶ αὐτὸ τὸ μέγεθος πόδα τε δύναται καὶ συζυγίαν.* Sic etiam cod. Lips. Sed scribendum videtur, *καὶ αὖ τὸ αὐτὸ μέγεθος,*

ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν.

ΚΡΕΩΝ.

τοιγὰρ τούτων τοῖσιν ἄγουσιν
κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.

ΚΡΕΩΝ.

θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι

V. 922. τούτων refertur ad ῥιπαὶ ἀνέμων hoc sensu: ferociam puellae luent, qui illam cunctantur abducere. Erf. Non est ita, sed refertur τούτων ad ea, quae modo in scena acta sunt, i. e. quod conqueri et lamentari Antigonam, qui eam abducere debebant passi sunt. La. τοιγάρτοι τούτων, ut Aldina et quae hanc sequuntur.
V. 923. Brunckius reposuit: βραδυτῆτος ὕπερ κλαύμαθ' ὑπάρξει. Sed nihil mutandum esse persuasit mihi Hermannus. „Finitur (sic ait in Notis Mstis) stropha pariter atque antistropha pleno versu, sed sic ut neutro loco amplius progredi numerus possit.“ Erf. Productio syllabae in fine versus a personae mutatione excusationem habet. Vide Elem. doctr. metr. p. 373. Iniquius mihi videtur Elmsleius ad Medeam v. 1364. de iis iudicare, quae Seidlerus de verss. dochm. p. 80. seqq. congessit.
V. 924. sq. Male vulgo praefigitur Antigonae persona. Chorum loqui debere, stropha ostendit. Erf. Restitui Antigonae personam, cui haec verba multo melius, quam choro, conveniunt.
V. 926. Scholiastes: οὐ παραμυθοῦμαί σε θαῤῥεῖν, ὡς μὴ κεκυρωμένου σοι τοῦ ἀποθανεῖν. τοῦ-

μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον,
καὶ θεοὶ προγενεῖς,

το δέ φησιν ὡς οὐκ ἐνδιδούς, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃ ἐκείνη μεταπεπεικέναι αὐτὸν δακρύουσα. ἢ ὁ χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος. Intelligitur ex his, fuisse qui hos versus, quos libri Creonti adscribunt, choro tribuerent. Rectius tamen Creonti videntur adscribi, confirmanti quod imperaverat. Qui si dubitantius negantibus particulis μὴ οὔ, non simplici μή, utitur, de quibus v. ad Viger. p. 800. facit id ex mente Antigonae.

V. 928. Θήβης non pro adiectivo est, sed cum ἄστυ iungi debet. Sensus est enim, ὦ γῆς πατρῷον ἄστυ Θηβαῖον.

V. 929. θεοί τε πατρογενεῖς. Mendose Aldus cum parte codd. καὶ θεοὶ πατρογενεῖς. In E. προσγονεῖς: in August. προγενεῖς. Vel sic, ut dedimus, legendum, vel καὶ θεοὶ πρόγονοι. Brvnck. Si verum esset πατρογενεῖς, non θεοί τε πατρογενεῖς, ut Erfurdtius edidit, sed θεοὶ πατρογενεῖς τ' esset legendum. Comparari posset Plutarchi locus Q. Symp. VIII. 8, 4. οἱ δὲ ἀφ' Ἕλληνος τοῦ παλαιοῦ καὶ πατρογενείῳ Ποσειδῶνι θύουσιν, ἐκ τῆς ὑγρᾶς τὸν ἄνθρωπον φῦναι δόξαντες. Sed vera scriptura est, καὶ θεοὶ προγενεῖς, quae in La. et cod. Aug. sine lineola super prima syllaba exstat. Insolentia nominis fecit ut προ compendium scripturae esse putaretur. At similiter μεταγενὴς est apud Menandrum, quem affert Athenaeus p. 559. F. Vsitatiora sunt comparativa προγενέστερος et μεταγενέστερος. Postulat vero analogia, ut προγενεῖς non προγόνους, sed antiquos intelligamus, quemadmodum πα-

ἄγομαι δή, κοὐκ ἔτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
τὴν βασιλίδα μούνην λοιπήν,

λαίχθων Ἄρης ab Aeschylo dictus S. ad Th. 105. Sunt autem illi antiqui dii Mars et Venus, Harmoniae, Cadmi coniugis, parentes.

V. 930. August. b. Dresd. a. ἄγομαι δὴ 'γώ. Erf.

V. 931. Scholiastes: οἱ κοιρανίδαι. κοίρανοι. τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησίν. εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν. ἢ πρὸς τὸν Κρέοντα, ἠθικῶς αὐτὸν εἰς συμμαχίαν προκαλουμένης ἢ πρὸς τοὺς πάλαι βασιλέας, τοὺς προγόνους αὐτῆς. De Creonte cogitari vetat, quod sequitur πρὸς οἵων ἀνδρῶν. Sola prima explicatio vera est, quae qui alibi ἄνακτες audiunt, intelligi iubet.

V. 932. τὴν βασιλίδα τὴν — Posterior articulus in veteribus libris male omissus est. Triclinius imperite metrum stabilivit, genuinae voci βασιλίδα substituens βασίλειαν. Nemo miretur magni animi puellam se solam e regia stirpe superstitem esse dicere. Non hoc incogitanti poëtae excidit, nec vitio ei vertendum, ut Musgravio visum ad Iphig. T. 905. [et ad hunc ipsum locum.] Consulto et ex naturae observatione Antigonam sic loquentem induxit. Ad certam mortem dum abducitur, quam sibi ipsa pio facinore arcessivit, sororis meminisse non debet, quae eiusdem facti, timore mortis et Creontis reverentia, particeps esse noluit. Indigna genere suo Ismene illi videtur, nec eam amplius pro sorore habet. Praeterea ea vis est magni doloris, ut qui eo obruitur, se solum respiciat, nec quidquam aliud praeter se, et id quo movetur affectus, spectet. Vnde intelligere est, quam bene apud Eu-

οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α΄.

Ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις
αὐλαῖς· κρυπτομένα δ' ἐν

---

ripidem Iphigenia gaudio simul agniti fratris perturbata, et metu ne eum occidere cogatur, in se et fratre totius Agamemnonis stirpis salutem verti dicat, licet Electra superstes sit:

τίς ἂν οὖν - - - - -
δυοῖν τοῖν μόνοιν Ἀτρείδαιν
φανεῖ κακῶν ἔκλυσιν;

Confer scholiastam nostrum ad El. 96. Brvnck. Τὴν βασιλίδα τὴν correxerat Toupius, quam emendationem postea repudiavit. Non fecisset iudice Porsono (in Append. ad Toup. Em. in Suid. pag. 441.) si omnes Mss. cum Aldo in βασιλίδα conspirare compertum habuisset. Erf. Non putavi mutandam esse librorum scripturam. Nihil enim impediebat, quin huic systemati insereretur paroemiacus ex genere anapaestorum spondiacorum, quum haec sit ad mortem proficiscentis querimonia. Est autem βασιλὶς pro adiectivo: eam quae sola de regia gente reliqua est.

V. 934. τὴν εὐσεβίαν. Sic recte Triclinius. Veteres codd. ut Aldus, εὐσέβειαν. Vide Valckenarium ad Phoeniss. p. 497. Brvnck.

V. 935. οὐράνιον φῶς ἀλλάξαι, tenebris mutare lucem coelestem. Mvsgr. Eodem plane modo Aeschylus ἀμείβειν posuit Prom. 23. Erf.

V. 936. Miscell. Obss. nov. 1741. p. 56. Erf.

τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη.
καίτοι καὶ γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ, παῖ,
καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους.
ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος, οὔτ' Ἄρης,

V. 939. Inserui metri indicio καὶ ante γενεᾷ, quod respondeat sequenti καί. Non enim recte deletur articulus in versu antistrophico.

V. 940. χρυσορύτους. Sic Dresd. a. cum gl. ἓν ρ διὰ τὸ μέτρον. Perperam vulgo χρυσοῤῥύτους, quod Brunckius iam correxerat. Erf.

V. 942. Voc. ὄμβρος videri possit h. l. robur, potentiam significare, quae notio et adiectivis ὄμβριμος, ὀμβριμόγυιος, ὀμβριμόεργος aliisque similibus inest et verbo ὀμβρεῖν, quod ab Hesychio per ὑπερισχύειν explicatur. Sed qui ita statuat, quum verendum sit, ne is analogia temere abutatur, malim equidem aliud quiddam substitui, eoque magis, quod Sophoclem puto duobus oppositis uti debuisse, qualia mox sunt turres, munimenta terrestria, et naves, munimenta marina. Legendum, ni fallor, est ὄλβος, quae vox cum ὄμβρος permutari facile potuit. Sic oppidum, quod Stephano Ὄλβοι, Hierocli Ὄμβροι dicitur. v. Wesseling. ad Antonini Itinerar. p. 161. Ac praeclare confirmat emendationem locus Bacchylidis apud Stobaeum, Ecl. I. c. 6. p. 166. ed. Heeren.:

θνατοῖς δ' οὐκ αὐθαίρετοι
οὔτ' ΟΛΒΟΣ, οὔτ' ἄκαμπτος ΑΡΗΣ,
οὔτε πάμφθερσις στάσις· ἀλλ' ἐπιχρίμπτει
νέφος ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλαν γᾶν
ἁ πάνδωρος αἶσα.

Opponitur ὄλβῳ Mars, eversor ὄλβου. Erf. Scholiastes: ὄμβρος οὔτ' Ἄρης. Ἄρης νῦν ὁ πόλεμος. καὶ γὰρ οὗτος κατὰ μοῖραν ἐγείρεται. βού-

οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

ἀντιστρ. ά.

ζεύχθη δ' ὀξυχόλως παῖς ὁ Δρύαντος,

λεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι οὔτε τὰ ἐν οὐρανῷ, οὔτε τὰ ἐν τῇ γῇ, οὔτε τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ πραττόμενα παρὰ μοῖραν γίγνεται. Vides, quo confugerint grammatici, ut ineptum illud ὄμβρος explicarent, rati et imbrem et bellum dici fatali necessitate excitari. Id vero et res ipsa et verbum ἐκφύγοιεν vetant. Vetus vitium optime puto ab Erfurdtio sublatum esse, cuius emendatio quod non minus facilis, quam ad sensum accommodatissima est, digna mihi visa est, quam reciperem. Illud vero demiror in mentem venire potuisse Erfurdtio, ὄλβῳ opponi Martem, eversorem ὄλβου. Immo similia componuntur, opes et fortitudo, quorum neutrum fatali necessitate maius sit. Omnium vero, quae unquam in mentem venire potuerunt, maxime mirum atque incredibile est, quod Welckerus nuper in Diurnis scholasticis huius anni m. Febr. part. sec. n. 27. excogitavit, referenda haec omnia ad Danaen esse; ὄμβρον esse aureum imbrem, quo gravida facta est ab Iove; Ἄρη iram et vim patris ei succensentis; πύργον turrim, qua inclusa esse fertur; κελαινὰς νῆας cistam, quam Simonides νυκτιλαμπῆ appellavit, qua in mare eiecta est.

V. 945. ὀξύχολος Brunckii coniectura est pro mendosa librorum lectione ὀξυχόλως vel, quod scholiastes et margo Turnebianae exhibent, ὀξυχόλῳ. Iracundiae mentionem cur minus convenire putet Musgravius, equidem non dixerim. Eurip. Bacch. 51. ἢν δὲ Θηβαίων πόλις ὀργῇ ξὺν ὅπλοις ἐξ ὄρους Βάκχας ἄγειν ζητῇ, —. Erf. Ὀξύχολος etiam Reiskius, et multo ante Scaliger. Ὀξυχόλῳ error

Ἠδωνῶν βασιλεύς, κερτομίοις
ὀργαῖς, ἐκ Διονύσου
πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ.
οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει

---

est scholicrum editoris Romani. Nam codex praebet ὀξυχο. Quod a me olim editum erat ὀξυχόλοις, etsi recte dictum, tamen, quum etiam La. ὀξυχόλως habeat, librorum scripturae nunc non praeferam. Recte enim positum adverbium, verbis ita iunctis ζεύχθη ὀξυχόλως ἐκ Διονύσου, celeri Bacchi ira.

V. 946. κερτομίοις ὀργαῖς, et paullo post κερτομίοις γλώσσαις. In Adiectivi genere variant codd. et Aldus. Recte constat sibi scholiastes, utroque in loco masculinum praeferens, ex Atticorum more; estque hoc procul dubio genuinum. Brvnck. κερτομίοις ὀργαῖς, propter procax ingenium. Erf. La. quoque κερτομίοις.

V. 948. πετρώδει — ἐν δεσμῷ. In antro sc. montis Pangaei. Vid. Apollodor. lib. III. cap. 5. Mvsgr.

V. 949. οὕτω μανίας. Aldus et E. οὕτω τὰς μανίας. In aliis veteribus melius τᾶς. Verum metri ratio articulum non admittit. In seq. v. libri omnes perperam τε pro τι habent. Brvnck. In Dresd. a. voci μανίας suprascriptum τῆς. Ad ἀποστάζει glossam exhibet: ἀποῤῥέει πρὸς τοὺς αὐτὴν ἔχοντας. Bothius ἀποστάζειν dedit, commate post ἐπέγνω posito. Non male. Erf. Male Erfurdtius cum Brunckio articulum delevit. Atque etiam La. τᾶς μανίας. Nam et omnem intelligit insaniam, et reliquorum comparatio metrorum hunc quoque versum a basi incipere suadet. Scholiastes: οὕτω καὶ τοῦ Λυκούργου ἀπὸ τῆς μανίας ὀργὴ ἀποβαίνει. At non Lycurgi, sed omnem cuiusvis insaniam in-

ἀνθηρόν τε μένος. κεῖνος ἐπέγνω μανίαις
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.
παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους
γυναῖκας, εὔϊόν τε πῦρ,
φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.

---

telligi, sequentia docent, quae quum de Lycurgo dicantur, repeterent iam dicta, si vera esset explicatio scholiastae. Non rectius τε in τι mutavit Brunckius, cum eoque Erfurdtius.

V. 950. *ἀνθηρόν.* Glossa in Dresd. a. ἀκμαῖον καὶ σφοδρόν. Musgravius confert μανίας ἄνθος Trach. 1000. ἤνθηκεν (sc. morbus) ibid. 1089. Deinde μένος de ea vi dictum est, qua insanus sacrorum contemptor subigitur. ἐπέγνω autem coniungi debet cum ψαύων infinitivi locum tenente, v. Matthiae Gramm. Gr. §. 548. Erf.

V. 951. *ἐν γλώσσαις.* Abundat ἐν. Sic ἐν λιταῖς στείλαντες Philoct. 61. Mvsgr. Reiskius et Bothius coniecerunt γλώσσας, quod mihi quoque melius esse videtur. Scholiastes: κερτομίοις γλῶσσαν μανίαις ψαύων, Brunckio fortasse ex codd. γλῶσσαν in γλώσσης mutante. Erf. Eustathius p. 219, 36. 725, 56. (166, 26. 617, 8.) ψαύων τὸν θεὸν ut insolentiorem constructionem affert. Melius scholiastes, ἐπέγνω τὸν θεὸν coniunxit, cuius haec verba sunt: τὸ ἑξῆς, κεῖνος ἐπέγνω τὸν θεὸν κερτομίοις γλώσσαις μανίαις ψαύων. Sensus est: ille cognovit deum, quum eum pro insania sua acerbis dictis laederet.

V. 953. *Εὔϊον πῦρ.* Conf. Oed. T. 214. Eurip. Bacch. 146. Mvsgr.

V. 954. *Μούσας.* Inter Bacchi comites a Diodoro recensentur Musae lib. IV. 4. Ἠρέθιζε, lacessivit, dictis puta procacibus et contumeliosis. Si μούσας cantus interpretari placuerit, legendum erit ἠθέριζε, contempsit. Mvsgr. Φιλαύλους

στροφὴ β'.

παρὰ δὲ Κυανέων πελαγέων διδύμας ἁλὸς,
ἀκταὶ Βοσπόριαι, ἰδ' ὁ Θρῃκῶν Σαλμυδησσός,

μούσας ex h. l. commemorat Eustathius pag. 11, 19. (9, 22.)

V. 955. παρὰ δὲ κυανέων πελαγέων. In Aldina et veteribus codd. addita in fine versus vox πετρῶν, e glossemate. Brunck. παρά, apud, interdum genitivo iungitur, ut infra v. 1110. Aristoph. Ach. 68. παρὰ Καϋστρίων. Vid. Schaefer. ad Dionys. de compos. verbor. p. 118. seq. Post ἁλὸς copulam addunt Turn. Steph. Cant. recte, opinor. Erf. De hac et sequente stropha exstat Passovii disputatio in Güntheri et Wachsmuthii Athenaeo vol. II. p. 291. seqq. Is quum putidum putaret, ad ἀκταὶ vel Σαλμυδησσὸς intelligi εἰσὶ vel ἐστιν, construi cum istis nominibus vult εἶδεν, et ante Ἄρης excidisse coniicit ναῖεν. At nec ναῖεν probari potest, quod potius ναίει dicendum fuisset, et ille modus incipiendae narrationis, est locus, ubi, tantum abest ut frigeat, ut, tamquam liberior orationis conformatio, inde ab Homero poetis placuerit omnibus. Sophoclem vide in Trach. 235. 752. ut de multis aliquid certe afferam. Sed copula post ἁλός quum in libris veteribus desit, a Triclinio videtur ad syllabam producendam adiecta esse. Nec scholiastes eam habuit, qui ita scribat: ἀντὶ τοῦ, παρὰ δὲ τοῖς κυανέοις πελάγεσι τῆς διδύμης θαλάττης γέγονεν ἐμφύλια κακὰ περὶ τοὺς Φινείδας. Respexit hunc locum Eustathius p. 581, 18. διδύμων πελαγέων sine nomine auctoris afferens, et ad Dionys. 148. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ φαίνεται διδύμη θάλασσα, καθά που λέγει ὁ Σοφοκλῆς. Dionysius v. 156. ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

V. 957. ἠδ'. Dresd. a. Turn. Steph. Cant. ἰδ,

P 2

ἵν' ἀγχίπολις * * Ἄρης

---

quod Tragicis inusitatum. Nam Aeschyl. Pers. 888. ἠδὲ scribi metrum postulat. Requiritur tamen brevis syllaba nec mendo carere puto vocem Σαλμυδησός. Vide quae ad antistrophica notavimus. Erf. Duos versus, servata numeratione Erfurdtii, in unum coniunxi. Nam in dactylicis numeris epicorum exemplo neque hiatus, qualis hic est, neque ἰδὲ, de quo recte iudicavit Passovius, offensionem habet. Non norunt poesin Graecorum, qui exemplorum magnam vim requirunt, ubi res ipsa monstrat, quousque progredi poetis licuerit. Σαλμυδησσὸς ex libris omnibus dedi, quae antiqua scriptura est. Brunckium sequutus Erfurdtius Σαλμυδησός.

V. 958. ἀγχίπολις. Sic Ald. et Brunck. ἀγχίπτολις August. b. et Dresd. a. Post hanc vocem, quam interpretor, qui urbi proximus est eamque tutatur, vocabulum excidit haud dubie disyllabon: fortasse verbum habitandi, olim lectum fuisse ex eo coniicias, quod scholiastes Romanus pro ἵν' variam lectionem ὃν attulit. Idem omnino locum ita interpretatus est, ut scripturam a recepta nonnihil discrepantem in libris suis invenisse videatur. Erf. La. ἵν', supra scripto ὃν. Scholiastes: τὸ δὲ ἵνα τοῖς ἄνω συνάπτεται, ἵνα ἀκταὶ Βοσπόριαι, καὶ οὐδὲν λείπει. ὅσοι δὲ γράφουσιν ὃν Ἄρης, περιττὸν λαμβάνουσι τὸ ὄνομα. Nomen ἀγχίπολις dicit. Scholiastes, cuius in libris eadem quae in nostris lacuna fuit, ita verba construebat: παρὰ δὲ κυανέων πελαγέων, ἵνα ἀκταὶ Βοσπόριαι καὶ Σαλμυδησσός, Ἄρης εἶδεν ἕλκος. Qua in constructione quum nihil deesse dicat, necesse est visum ei esse deesse aliquid si ὃν scriberetur, simulque abundare ἀγχίπολις. Nimirum illa in lectione ita construendum videbat, Σαλμυδησσός, ὃν ἀγχίπολις Ἄρης ἔχει

διςσοῖσι Φινείδαις
εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
τυφλωθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος,
ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις

(tale quid deesse putabat), *εἶδεν ἕλκος.* Ac sane tali verbo addito abundat *ἀγχίπολις.* Illam quidem constructionem, quae scholiastae placet, nemo amplectetur. Vocabulum autem, quod excidit, credibilius est adiectivum, veluti *θοῦρος*, quam verbum fuisse, quale *ναίει*, vel, quod ad numeros aptius foret, *νάσσατο.* Sumamus illud, quod dixi, *θοῦρος* excidisse: tum duobus modis verba construi poterunt, uno sic: *παρὰ κυανέων πελαγέων ἀκταὶ Βοςπόριαι καὶ Σαλμυδησσός, ἵνα ἀγχίπολίς* (*ἐστιν*) *Ἄρης, εἶδεν ἕλκος;* altero, qui mihi multo convenientior dictioni poeticae videtur, sic: *παρὰ κυανέων πελαγέων* (*εἰσὶν*) *ἀκταὶ Βοςπόριαι καὶ Σαλμυδησσός, ἵνα ἀγχίπολις Ἄρης εἶδεν ἕλκος.* Ita quum pro incolis illorum locorum Mars, qui eam regionem tenet, nominatur, simul hoc efficitur, ut Martis mentio non sit temere et ut supervacaneum quid iniecta. In antistropha si legeretur *ἀρχεγόνων*, facilis esset in strophico versu coniectura, *ἵν' ἀγχίπολίς ποτ' Ἄρης.*

V. 960. Comma post *ἕλκος* cum vett. libris delevi. Invexerat Brunckius, quo *ἕλκος* cum *ἀραχθὲν* construeretur.

V. 961. *τυφλωθέν.* Cum *ἕλκος* coniungitur, non proprie, sed per enallagen constructionis, ut mox *ἀραχθέν.* Mvsgr.

V. 962. *ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις.* Sic Aldus et codd. omnes veteres, optime, integro metro, et salva sententia. Versus est trimeter iambicus, ut versus 985. Hypallagen observavit antiquus Criticus, cuius notam in minoribus scholiis vul-

ἄτερθ᾽ ἐγχέων, ὑφ᾽ αἱματηραῖς

---

gavi, pro ἕλκος ἀραχθὲν ἀλαστόρως ὀμμάτων κύκλοις. Variis coniecturis sollicitata fuit haec lectio, quarum nulla, ut sunt omnes temerariae, speciem vel minimam probabilitatis habet. — — Satis poëtae fecisse mihi videbor, si patrocinio meo civitatem graecam retineat nomen ἀλάστορος. Ex nominum tertiae declinationis plurimorum genitivis alia formantur nomina declinationis secundae, ut διάκτωρ et διάκτορος, φύλαξ et φύλακος, μάρτυρ et μάρτυρος, aliaque. Vide Etymol. M. in Τρίβακος, scholiastam nostrum ad Oed. Col. 195. Eustathius p. 757. [38. (659, 53.)] ὡς εἴ τις εἴποι καὶ τὸν μάρτυρα, μάρτυρον, καὶ τὸν ἀλάστορα, ἀλάστορον, οὗ χρῆσις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις. De veritate huius lectionis dubitari non potest. Si quid mutandum videretur, nihil aliud rescribendum censerem, quam,

ἀλαὸν ἀλαστόρως ἐν ὀμμάτων κύκλοις.

Brunck.

ἀλάστοροι ὀμμάτων κύκλοι nescio an passive dicantur oculi scelestecruentati. Erf.

V. 963. ἐγχέων pendet ab ἀκμαῖσιν. Similem verborum transgressionem habes Eurip. Hecub. 170. 171.

ἰὼ τλάμων, ἄγησαί μοι,
πούς, ἄγησαι τᾷ γραίᾳ.

et El. 1175. 1176.

οὐκ ἔστιν οὐδεὶς οἶκος ἀθλιώτερος
τῶν Ταντᾳλείων, οὐδ᾽ ἔφυ ποτ᾽, ἐκγόνων.

Erf. Libri ἀραχθὲν ἐγχέων. Seidlerus et Lachmannus haec metri caussa in unam vocem ἀραχθέντων coniungi volunt, orationem reddentes minus poeticam. Erfurdtius erravit, quum antistrophicum versum corrigendum duxit. Scholiastes: τυφλω-

χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν·

θὲν ἐξ ἀγρίας. τὸ ἑξῆς, τυφλωθὲν ὀμμάτων κύκλοις. ἀλαστόροισι. τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν, ἢ τοῖς δυςτυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων. ἀραχθέν. ἀντὶ τοῦ τυφλωθέν. ἀραχθὲν ἐγχέων. ἀραχθὲν αἱματηραῖς χείρεσσιν ὑπ' ἐγχέων καὶ κερκίδων ἀκμαῖς, τουτέστι γυναικείαις. Triclinius, cuius de verbosa explicatione ea omisi, quae nihil ad rem faciunt, ita: ἡ σύνταξις· αἱ δὲ Βοςπόριαι ἀκταὶ καὶ ὁ Σαλμυδησσός, ἵνα καὶ ὅπου ὁ Ἄρης ἀγχίπτολίς ἐστιν, εἶδε καὶ ἐθεάσατο ἕλκος ἀρατὸν τοῖς δισσοῖς Φινείδαις τυφλωθὲν ἐκ τῆς ἀγρίας δάμαρτος, τυφλωθέν, ἀλαὸν καὶ τυφλόν, ἀραχθὲν καὶ πληγὲν οὐκ ἐν ἀκμαῖς καὶ ὀξύτησιν ἐγχέων καὶ ξιφῶν, ἀλλ' ὑπὸ αἱματηραῖς τε χερσί, καὶ ἐν ἀκμαῖς κερκίδων, ἤγουν σιδηρῶν ἀτράκτων. Ex utroque aliquid frugi colligimus. Ex Triclinio, quod res ipsa docet, si hasta aut ense usa esset mulier, non opus fuisse radio textorio atque unguibus: itaque sine hastis potius aliisve virilibus telis eam facinus perpetrasse dici, manibus usam et muliebribus instrumentis. Ex scholiasta, verba eius corrupta esse, quoniam hominis insani foret, ἀραχθὲν per τυφλωθὲν explicare, hastasque in mulierum numerare instrumentis. Immo ἀραχθὲν nihil est nisi explicatio verbi τυφλωθέν, quae alieno loco adscripta expulit genuinam vocem. Corrige scholiasten hoc modo: τυφλωθέν, ἀντὶ τοῦ ἀραχθέν, αἱματηραῖς χείρεσσι, καὶ οὐχ ὑπ' ἐγχέων, καὶ κερκίδων ἀκμαῖς, τουτέστι γυναικείοις ὀργάνοις. Non dubitavi illud ἄτερθ' ἐγχέων in textum admittere. Idem effici putavit Bothius, si ἀῤῥαγὲς ἐγχέων scriberetur, quod valde placuit Welckero in Diurn. scholast. loco supra ad v. 942. indicato.

V. 964. κερκίδων ἀκμαῖσιν. Pariter apud Apollodor. II, 8, 1. Alcmene Eurysthei capiti, ab Hyl-

ἀντιστρ. β'.

κάτα δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν· ἃ
δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων
ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν,
τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
τράφη θυέλλῃσιν ἐν πατρῴαις
Βορεὰς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου

---

lo abscisso et ipsi tradito, oculos *κερκίσιν* effodit. Erf.

V. 966. *μελέαν πάθαν ματρός.* Misera erat Cleopatrae sors, vel quod novercae crudelitati reliquerat liberos, vel quod ipsa eos oculorum lumine privaverat, vel quod teste Diodoro IV, 44. carceri in regia Phinei inclusa tenebatur. Sed aptius fortasse, inciso post *κλαῖον* posito, tristem liberorum a matre occaecatorum fortunam intellexeris. Seq. v. Brunckius metri caussa *ἐχούσας* dedit ad *ματρὸς* relatum. Equidem strophica potius corrupta esse suspicans hic nihil, praeter versuum descriptionem, commutandum esse arbitror. Debet autem ea hunc in modum institui:

κλαῖον ματρός, ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν·
ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων —

Verba *ἔχοντες ἀνύμφευτον γονὰν* significant, ex infausto procreati connubio. Erf. Hoc dicit: deflebant miseram sortem suam, ex infausto matris connubio nati. La. *πατρὸς*.

V. 969. *ἄντασε σπέρμα* valet *μετέσχε τοῦ σπέρματος.* Accusativo iungi verbum *ἀντᾶν*, quum *μετέχειν* significat, paullo insolentius est. Non inepte tamen comparant Homer. Iliad. *Α.* 31. *ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.* Erf.

V. 972. Fuisse, qui *ἁμίπποις* legerent, ex scho-

θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἥκομεν κοινὴν ὁδὸν
δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε. τοῖς τυφλοῖσι γὰρ

---

liasta cognoscimus. *Βορεὰς ἅμιππος* ex h. l. commemorata Eustathio p. 1037, 56. (1046, 49.) et *ἅμιππος* p. 1539, 29. (Od. 229, 32.) *'Ορθόποδα πάγον* intellige glaciem firmiter concretam, ut sustineat insistentes. Scholiastes: *ὄρους ὑψηλοῦ καὶ ἀκρωρείας*: quod cum aliis probat Welckerus loco ad v. 942. indicato. At *ἐν ἄντροις* et *ὑπὲρ πάγον* vix bene concilies. Cod. Par. *ὀρθόπαγος*.

V. 973. *θεῶν παῖς*, deorum progenies, id est, cui dei erant generis ultimi auctores; quod quidem de Cleopatra vere dicitur. Nam ipse Erechtheus Orithyiae pater inter deos relatus fuit. Quod autem Heathius statuit *θέων* scribendum et positum esse pro *θέουσα*, longe est ineptissimum. *Βορεὰς παῖς θέων*, pro *θέουσα*, nihil aliud esset quam putidus soloecismus, nullo exemplo excusandus ex omnibus illis, quae Clarkius congessit ad *Il. E.* 778. Pronomen seu participium plurale masculini generis de femina adhibetur, quod observavimus supra ad v. 926 ita etiam masculinum duale, ut Oed. Col. 1676. et passim: sed in singulari numero id numquam obtinet. Brunck. *γε* post *θεῶν* metri caussa inserui. Oed. Col. 1278. Erf. At hoc friget.

V. 974. *ἔσχον*. Cum *ἐπὶ* ex superiori versu repetendo valet, irruebant, invadebant. Vid. citata ad Eurip. Bacch. 1131. Musgr.

αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἐγὼ διδάξω· καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.

ΚΡΕΩΝ.

οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδε ναυκληρεῖς πόλιν.

V. 977. *ἐκ προηγητοῦ*. Haec verba per *ἐπεξήγησιν* addita praegressum *αὕτη* explicant. Erf.

V. 981. *τήνδ' ἐναυκλήρεις*. Sic bene Valckenarius ad Phoen. p. 321. Vulgo [et in La. Lb.] *τήνδε ναυκληρεῖς*. Aldus et membr. *τήνδε ναυκληροῖς*. Brunck. *δι' ὀρθῆς*. Nullam in hac et similibus loquutionibus ellipsin esse statuentibus Musgravio et Schaefero iure contradixit Hermannus in Museo antiq. stud. Vol. I. p. 118. Erf. Quem in aliis aequo animo fero sanissima quaevis corrigendi pruritum, is mihi in Valckenario, summae doctrinae viro, saepenumero indignationem movet, maxime, ubi etiam aliorum iudicia auctoritate viri praepedita video. Nihil hac Valckenarii coniectura quum omnino magis supervacaneum, tum hoc loco magis ineptum fingi potest, quum vix potitus sit imperio Creon, id quod ipse, quum primum in scenam prodiit, longa oratione declaravit. Defendere Valckenarium conatus est Wexius in prolegom. cap. 2. §. 2. ita, ut interregnum quoddam Creontis comminisceretur, de quo nihil apud Sophoclem. Nam quod respondet Creon,

ΚΡΕΩΝ.

ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

γνώσει, τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.
εἰς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,

ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα, refertur ad servatam urbem, postquam filius eius, quem Megareum Sophocles, alii Meroeceum vocant, se pro patria devovisset. Eo spectant etiam quae infra v. 1147. dicuntur.

V. 983. *ἐπὶ ξυροῦ τύχης*, in novacula casus. Nota proverbialis locutio ex Homero *Ιλ. Κ.* 173.

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς.

Idem diversis verbis expressit in Aiace 786.

ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.

Vide Eustathium p. 796. Brunck. Musgravius praeterea comparat Herodot. VI, 11. Theocrit. XXII, 6. Theogn. 557. (569. Gnomic. Brunck.) Erf.

V. 984. *τὸ σὸν — στόμα*, sermonem tuum. Vide ad Ai. 1110. Musgr. Monuit etiam Brunckius ad Oed. T. 426. Erf.

V. 986. *θᾶκον.* Sic August. [Dresd. a. La.] et E. a prima manu. In aliis *θῶκον.* [Sic impressi.] Vide ad Comici Ran. 1522. Brunck. Pausaniae tempore ostendebatur, Boeot. c. 16. Musgr.

V. 987. *λιμὴν*, receptaculum. Sic Oed. T.

ἀγνῶτ᾽ ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ·
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
εὐθὺς δὲ δείσας, ἐμπύρων ἐγευόμην

---

420. Aeschyl. Pers. 248. ubi vid. Schütz. Eurip. Orest. 1077. Erf.

V. 988. Maltby ad Morell. Thes. p. 89. colo post *ὀρνίθων*, et mox v. 991. puncto post *ἔγνων* distingui vult. At non stridorem avium, quem auribus percipiebat, sed ex stridore pugnam, quam cernere oculis nequibat, cognovisse se ait. Quin etiam si res ferret istam interpunctionem, non posset ita interpungi, quia particula aliqua post *κακῷ* opus foret. Tiresiae hoc ex clangore avium vaticinium memorat Eustathius p. 1190, 52. (1260, 42.)

V. 989. *κλάζοντας.* Grammatici vocant *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον.* Nempe *φθόγγον ὀρνίθων* valet sensu et potestate *ὄρνιθας*. Musgr. Cf. Matthiae Gramm. Gr. §. 434. 2. b. pag. 602. Erf.

V. 990. Scholiastes: *φοναῖς*, *ταῖς αἱμακτικαῖς.* Vix credas, quemquam adeo se his decipi passum esse, ut *φοναῖς* pro adiectivo esse putaret. Nomen est a *φόνος* ita diversum, ut occisio a caede. Addubitatum antea vindicavit Schneiderus in Suppl. Lex. Gr.

V. 991. *πτερῶν ῥοῖβδος* est vehemens ac turbidus alarum strepitus ideoque infaustus: quum meatus avium faustus soleret esse placidus et lenis. Itaque v. 1008. verti debet: n e q u e a v i s t u r b i d e a l i s p l a n g e n s f a u s t a s e d i t v o c e s. Erf. Verba *πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν* affert Eustathius p. 821, 42. 1716, 54. (747, 32. Od. 481, 1.) Livineii liber v. *ῥοῖζος*.

V. 992. *γεύεσθαι* hic valet e x p e r i r i, p e r i-

βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων
Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο,
κἄτυφε, κἀνέπτυε· καὶ μετάρσιοι
χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταῤῥυεῖς

---

culum facere, ut Trach. 1101. Eurip. Hippol. 667.

τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος.

id est, iuxta scholiastam, *πεπειραμένος*. Vide ad Comici Ran. 462. BRVNCK.

V. 994. *οὐκ ἔλαμπεν.* Vid. citata ad Eurip. Phoen. 1291. (1261. Valck.) MVSGR. Verba *ἐκ δὲ θυμάτων* cum sequente versu affert Tzetzes in Exegesi Iliad. p. 53, 11.

V. 995. *κηκίς.* Sic dicitur vapor forte fuliginosus, non limpidus. Hic intelligi videtur adeps liquefactus. Nam neque liquores hoc nomine designari solent, nisi qui adiposi fuerint. Conf. Aeschyl. Agam. 969. Philoct. 784. MVSGR. Explicat hunc versum Eustathius p. 680, 24. (554, 2.) iterumque respicit p. 955, 64. (935, 43.)

V. 996. Scholiastes: *ἀνέπτυε δὲ, ἀνέβαλλε τὰ μηρία ἐκ τοῦ λίπους.* Minime. Hoc dicit, bullivisse adipem, et cum crepitu ferventes particulas eiecisse.

V. 997. *χολαί.* Fel crematum fuisse ex Aeschyli Prom. 494. colligit Musgravius, laudans etiam Incertum apud Clem. Alex. p. 851.

Τίς ὧδε μῶρος καὶ λίαν ἀνειμένως
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅςτις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων, καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
*χαίρειν * ἀπάτῃ καὶ γέρας λαχεῖν τόδε,*
χάριν τε τούτων τοῖσι δρῶσιν ἐκτίνειν.

μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.

---

quorum versuum penultimo post *χαίρειν* addit *ἂν*, postremus annon a poeta sit, dubitat. Vide quae hanc in rem disputavit I. H. Vossius Mythol. Briefe, 2. Band, 38 — 40. Brief. — Voc. *καταῤῥυής*, defluens, decidens, in Lexicis desideratur pariter ac *περιῤῥυής*, quod ex Etym. M. voce *περιῤῥηδής* laudavit Musgravius. Erf. Verba *καταῤῥυεῖς μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς* commemorat Eustathius p. 134, 29. (101, 35.) De re ipsa dicam alio loco. Martinus unde acceperit, in Iunt. sec. esse *μεταῤῥυεῖς*, nescio. Mihi ea editio haec scribenti non erat ante oculos, sed quum eam conferrem, nullam ad hunc versum scripturae discrepantiam adnotavi, et quae sequitur illam editionem Francofurtana a. 1555. habet *καταῤῥυεῖς*, ut caeteri libri. Ipse autem Martinus non vidit illam Iuntinam.

V. 998. *μηροὶ* sunt ossa femorum, non carnes. Poeta modo citatus testatur *ὀστᾶ ἄσαρκα* Diis oblata fuisse. *Μηρὸς* autem os Polluci significare videtur lib. II. sect. 185. Aristoteli certe *Ζώων Ἱστορ.* lib. I. 13. Neque aliter Homeri in versu *μηρούς τ' ἐξέταμον* Iliad. *Α.* 460. ubi scholiastes *μηρούς, τὰ μηριαῖα ὀστᾶ.* Hippocrati *μηρὸς* nonnunquam os femoris est. Sic *περὶ ἄρθρων· φαινομένη ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ κατὰ τὸν περίνεον ὑπερογκέουσα εὔδηλός ἐστιν*, et deinde pluries. Idem alibi *τὸ ὀστέον τοῦ μηροῦ* habet. [Bothius addit Herodoti 3, 103. *κάμηλος ἐν τοῖσι ὀπισθίοισι σκέλεσι ἔχει τέσσερας μηρούς.*] Interpretandum: ossa femorum defluentia (vel ex cumulo sc. vel in humum fortasse ex ara) extra adipis tegumentum iacebant. Mvsgr. Conf. de ossium sacrificatione I. H. Vossius l. c. et Schneideri Lexicon v. *μηρίον*. Cum illo facit censor Heynia-

τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα
φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα.
ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμών, ἄλλοις δ' ἐγώ.
καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.
βωμοὶ γὰρ ἡμῖν ἐσχάραι τε παντελεῖς
πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.
κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
θεοὶ παρ' ἡμῶν, οὐδὲ μηρίων φλόγα,
οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀποῤῥοιβδεῖ βοάς,

---

nae Iliadis in ephem. Ienenss. 1803. n. 125. hunc sequitur, qui de eodem libro exposuit in Nova Bibl. Germanica. Non is ego sum, qui litem diiudicare audeam. Erf.

Ibid. „καλυπτῆς, id est, τῆς καλυπτούσης. Nomen verbale activam hic significationem habet, ut μεμπτὸς in Trach. 446. ὕποπτος apud Eurip. Hec. 1121.“ Brvnck.

V. 1000. φθίνοντ' evanescentia. Mali ominis erat, in ignispiciis, quicquid debile et evanidum erat, quod docebunt loca citata ad Euripid. Phoen. 1291. — ὀργίων, sacrificiorum, ut Trach. 765. Aeschyl. Sept. Theb. 185. Mvsgr. Nihil aliud dicit, quam irrita fuisse sacra, ut nihil eorum, quae optasset, portenderent.

V. 1003. παντελεῖς An sanctissimi? quo fortasse sensu Iupiter πατὴρ παντελὴς Aeschylo audit Sept. Theb. 120. Mvsgr. Recte Brunckius vertit omnes. Erf. Eustathius pag. 1564, 32. (Od. pag. 265, 41.) Σοφοκλῆς δὲ καὶ ἀντὶ βωμοῦ οἶδεν ἐσχάραν.

V. 1006. θυστάδας λιτάς. Sic θυστάδος βοῆς Aeschyl. Sept. Theb. 275. Mvsgr.

ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
ταῦτ᾽ οὖν, τέκνον, φρόνησον. ἀνθρώποισι γὰρ
τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ᾽ ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκ ἔτ᾽ ἔστ᾽ ἀνὴρ

V. 1009. *βεβρῶτες*. Mendose in Aldina *βεβρῶτος*. Schema est *σολοικοφανές*, quum singulari *ὄρνις* subiungatur plurale *βεβρῶτες*, syntaxi ad intellectum, non ad vocem, relata. Brunck. Vid. ad v. 989. *αἷμα ἀνδροφθόρον* est *αἷμα ἀνδρὸς φθαρέντος*. Sic *λακίδες λινοφθόροι* Aeschyl. Choeph. 25. pro *λακίδες λίνων φθαρέντων*. Erf. Non solum Aldina, sed etiam utraque Iuntina et Francofurtana a. 1555. et cod. Par. habent *βεβρῶτος*, nisi quod ex hoc libro adnotatum est *βεββῶτος*. Cave id legisse Eustathium putes, qui p. 1248, 47. (1341, 8.) scribat: *ὡς βεβρωκώς, βεβρωκότος, βεβρῶτος, οὗ χρῆσις παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ*. Idem enim veram scripturam habet p. 229, 12. (173, 35.) *κατὰ τὸ βεβρῶτες, ἤγουν βεβρωκότες, αἵματος λίπος*. Eadem leguntur in schol. Wassenb. ad Iliad. *β*. 312. Illud vehementer miror, quod Maltby ad Morell. Thes. 89. hunc versum alienam sedem occupasse, aut antecedentem parenthesi putat contineri debere, ut cohaereant *οὐ δέχονται λιτὰς θεοὶ βεβρῶτες αἵματος λίπος*. La. *βεβρωτες* sine accentu, superscripto *ο*.

V. 1010. Comparari digna est Plutarchi sententia in Fabio: *τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ᾽ ἄνθρωπόν ἐστι· τὸ δ᾽ ἁμαρτάνοντα χρήσασθαι τοῖς πταίσμασιν διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπόν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντος*. Brunck.

V. 1012. *ἐπὴν δ᾽ ἁμάρτῃ*. perperam vulgo *ἐπεί*. Brunck. Immo perperam Brunckius, quique eum sequutus erat, Erfurdtius scripturam, quae sola

ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅςτις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκεῖται, μηδ' ἀκίνητος πέλει.
αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα
κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν;
εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'

---

huic loco convenit, mutarunt. Vide supra ad v. 706. Etiam La. *ἐπεὶ*.

V. 1013. *ἄνολβος*. gl. *μωρός. ὄλβος γὰρ ἡ φρόνησις τῷ αὐτὴν ἔχοντι.* Brunck. Eadem significatione occurrit Ai. 1156. Vide infra ad v. 1328. Erf.

V. 1015. *αὐθαδία τοι.* Sic etiam scriptus est hic versus in Reg. Stobaei cod. Pessime eum interpolavit Grotius Floril. p. 105.

ἡ δ' αὐθάδεια σκαιότητ' ὀφλισκάνει.

Secunda in *αὐθάδεια*, quod vir summus ignoravit, necessario producitur. Vide Bentleium ad Menandri fragm. LXXX. In praeced. v. *πέλει* dant E. T. [August. b. Dresd. a.] Minus bene vulgo *πέλη*. Brunck. *αὐθαδία τοι* etiam August. b. et Dresd. a. Erf. La. *αἴνητος πέλει*, ultimae voci superscripto *η*.

V. 1017. Vid. Brunck. ad Philoct. 946. Dorville ad Charit. p. 252. Bern. Martini Var. Lectt. p. 143. seq. Erf.

V. 1018. *τὸ μανθάνειν δ'*. Senarii, monente Valckenario ad Phoen. 891. continuo tractu pronuntiabantur; itaque in fine senariorum vocales etiam poterant elidi. Ab Aeschylo id factum est numquam, a Sophocle, praeter nostrum locum, novies, ab Euripide semel. Loca, quae collegit Hermannus in dissertatione de Graecae linguae dialectis, Lips. 1807. edita, haec sunt: Oed. T. 29. 332. 785.

ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι.

ΚΡΕΩΝ.

ὦ πρέσβυ, πάντες, ὥστε τοξόται σκοποῦ,
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμὶν εἰμί, τῶν ὕπαὶ γένους

1184. 1224. El. 1017. Oed. C. 16. 1164. Eurip. Iph. T. 963. In ed. mai. perperam scripsi:

τὸ μανθάνειν
δ' ἥδιστον.

Nam quod Bentleius in Menandreis observavit, particulas δὲ, τὲ et similes non poni in versuum initio, id de senariis quidem verissimum est. In melicis tamen carminibus eaedem, ubi vocalis non eliditur, inchoare versum possunt, talem quidem, qui numeris cum praecedente versu cohaeret. Sic Eurip. Phoen. 676, 77. ed. Valck.

ὅρων χθονός· σιδαρόφρων
δέ νιν φόνος πάλιν ξυνῆψε γᾷ φίλᾳ.

quem locum et Valckenarius et Porsonus immerito suspectum habuerunt. Erf.

V. 1019. εἰ κέρδος φέρει. Sic E. T. In August. φέροι, cum glossa λέγοι. In aliis εἰ κέρδος λέγει. Brunck. Dresd. a. εἰς κέρδος φέρει. Erf. La. λέγοι. Vat. φέρει.

V. 1020. ὥστε τοξόται σκοποῦ. Mendose Aldus, ut in membr. τοξότου σκοποῦ. Male etiam in E. τοξόται σκοπῷ. Verbum τοξεύω cum genitivo construitur, per ellipsin praepositionis κατά. Eurip. Ione 1431.

εἰς τοῦθ' ἱκοίμην· τοῦδε τοξεύω, τέκνον.
Brunck.

La. Lb. τοξόται.

V. 1022. Bene ἄπρατος coniecerunt H. Stephanus, Canterus, Wakefieldius. Vid. Dorv. ad Char.

p. 159. (296.) Ad tuendam librorum lectionem perperam advocatur Oed. T. 125. *εἴ τι μὴ ξὺν ἀργύρῳ Ἐπράσσετ'*, quae sic, ni fallor, intelligenda: nisi argento transactum esset. Erf.

Ibid. *τῶν ὑπαὶ γένους ἐξημπόλημαι.* Cohaerent ista, quae vulgo prava interpunctione divelluntur. Quin perperam in omnibus libris *τῶνδ' ὑπαὶ* — Articulus relativus *τῶν* refertur ad *μάντεων*, quod ex praecedenti nomine *μαντικῆς* intelligendum. Brunck. Eadem perversitate Oed. T. 966. *δ'* post *ὑφηγητῶν* additur in Trin. *ἐκπεφόρτισμαι.* Vid. Eurip. Phoen. 918. sqq. Erf. Scholiastes: *ἀνεμπόλητος, μὴ πεπραγματευμένος. καὶ Ὅμηρος· οἵ τε πρηκτῆρες ἔασιν.* Male interpretatur optimam scripturam. Poeta, quod proprie diceretur, *κοὐδὲ μαντικὴ ἄπρακτος ὑμῖν ἐστὶ κατ' ἐμοῦ*, invertit, dixitque, et ne a vaticiniis quidem intentatus vobis sum. In iis quae sequuntur etiam H. Stephanus, nihil offensus pronomine *τῶνδ'*, intelligi volebat *μάντεων*. Triclinius: *τῶνδ' ὑπαὶ γένους. υἱὸς αὐτοῦ Μενοικεύς, Τειρεσίου πρόσθεν εἰπόντος ὡς, εἰ πρὸς τὸ σπήλαιον τοῦ δράκοντος ἑκὼν ἑαυτὸν ἀναιρήσει, σωτηρία ἔσται τῇ πόλει, ἀπελθὼν ἐκεῖσε ἑαυτὸν διεχρήσατο.* Haec interpretatio si vera est, necessarie legendum est cum Brunckio *τῶν ὑπαὶ γένους*. Idque reposui, sed tamen ut non nihil dubitem. Nam si respicit Menoecei voluntariam mortem Creon, et *καὶ πάλαι* exspectes, et aoristos *ἐξημπολήθην κἀξεφορτίσθην*. Quamquam defendi praeterita perfecta possunt, si orbitatem, in qua est ex eo tempore, spectat. Sed tamen nescio an aptius hic de superstite filio loqueretur, quem sibi adversari ex eius sermonibus dudum cognovisset. Ac videri potest conspirare scholiastes, qui scripsit: *ὑμῖν. ὑφ' ὑμῶν τῶν μάντεων, καὶ τῶν συγγενῶν.* Sed, quod olim putabam, *τῶν δ'* (sic divisim codd. Aug. Par.) *ὑπαὶ γένους* dictum esse pro *ὑπὸ τῶν γένους*, id ordo verborum fieri non patitur. Dixisset hoc Sophocles vel

ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι.
κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων

τοῖς δὲ πρὸς γένους, vel, quod sane levissima mutatione restitui posset, τῶν δ' ὑπ' ἐγγενῶν, vel genere neutro τοῦ δ' ὑπ' ἐγγενοῦς. Caeterum scholiastes: κάμπεφόρτισμαι. προδέδομαι, φόρτος γεγένημαι. ἐποιήσαντό με φόρτον. Placebat haec scriptura H. Stephano, ut esset pro καὶ ἀναπεφόρτισμαι. Nimirum La. κάμπεφόρτισμαι, sed supra scripto κ. Vat. κἀκπεφρόντισμαι. Sed genuina est vulgata, optime illa congruens cum altero verbo ἐξημπόλημαι.

V. 1024. τὸν πρὸς Σάρδεων. Sic E. [Dresd. a. Lb.] Perperam in aliis libris πρὸ Σ. Nostram lectionem adgnoscit Eustathius ad Odyss. Δ. p. 1483. [27. (Od. p. 150, 18.)] Σοφοκλῆς μέντοι ἐτόλμησε καὶ αὐτὸν τὸν χρυσὸν ἤλεκτρον εἰπεῖν ἐν τῷ· Κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων ἤλεκτρον. Brvnck. Etiam ad Iliad. p. 368, 30. [277, 28.] Vid. Dorv. ad Char. p. 705. (632.) Erf. Verba κερδαίνετ' ἐμπολᾶτε affert Eustathius p. 1788, 43. (Od. p. 585, 21.) La. τὰ (superscripto ὸν) πρὸ σαρδέων. Non est hic locus, quod meminerim, a Porsono tractatus, quem propter productam ante quinti pedis ictum syllabam ille Aeschyli Ἀριόμαρδος Σαρδέσιν πένθος παρασχὼν ita offendit, ut non valde Aeschyleum versum insereret, quem exhibet postrema Hecubae editio in praefat. p. 35. (38. ed. Lips.) Apud Sophoclem πρὸ eo aegrius defendi potest, quod Pactolus per mediam urbem Sardes fluebat, ὅς σφι ψῆγμα χρυσοῦ καταφορέων ἐκ τοῦ Τμώλου, διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς ῥέει, ut ait Herodotus V. 101. multoque veri similius est, τὸν πρὸς Σαρδέων ἤλεκτρον, aurum quod ex illa opulentissima urbe veniret, quam quod ante eam in Tmolo esset, commemorari. Nec profecto est,

ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν
χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς αἰετοὶ βορὰν
φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους,
οὐδ' ὣς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ
θάπτειν παρήσω κεῖνον. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
θεοὺς μιαίνειν οὔτις ἀνθρώπων σθένει.
πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
χοἰ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

φεῦ·
ἆρ' οἶδεν ἀνθρώπων τις, ἆρα φράζεται,

---

quod quis in producta syllaba haereat, si perite proferatur versus, pausa facta post *κερδαίνετε.* Pausarum quas interpunctio fieri iubet, iusta observatio quam vim in mensura trimetrorum habeat, satis indicatum in Elem. doctr. metr.

V. 1025. *ἤλεκτρον.* Plinius de auro agens H. N. 33, 23. V b i c u n q u e q u i n t a a r g e n t i p o r t i o e s t, e l e c t r u m v o c a t u r. Vid. Virgil. Aen. 8, 402. MVSGR.

V. 1027. Cod. Par. *θέλουσι Ζηνὸς.*

V. 1028. Iuntinae et Francofurtana a. 1555. *ἐν* pro *ἐς.* Post *θρόνους* Erfurdtius cum Brunckio plene interpunxerat. Ego veterem interpunctionem revocavi. Hic quoque duplex apodosis est, praegressa altera protasin, altera sequens.

V. 1029. Si de industria, quod non credo, in La. et Aug. *ὡς* sine accentu scriptum, quasi *ὡς μὴ* cohaereant, coniicias miratos esse librarios *μὴ* pro *οὐ* positum. At recte positum *μή*, ut distincte negans, et proinde fortius quam *οὐ.*

ΚΡΕΩΝ.

τί χρῆμα; ποῖον τοῦτο πάγκοινον λέγεις;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὅσῳ κράτιστον κτημάτων εὐβουλία;

ΚΡΕΩΝ.

ὅσῳπερ, οἶμαι, μὴ φρονεῖν, πλείστη βλάβη.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ταύτης σὺ μέντοι τῆς νόσου πλήρης ἔφυς.

ΚΡΕΩΝ.

οὐ βούλομαι τὸν μάντιν ἀντειπεῖν κακῶς.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

καὶ μὴν λέγεις, ψευδῆ με θεσπίζειν λέγων.

ΚΡΕΩΝ.

τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

V. 1036. Scholiastes: *ποῖον τοῦτο πάγκοινον;* τῷ βίῳ κοινόν. ἐπεὶ εἶπεν, *ἆρ᾽ οἶδεν ἀνθρώπων τις*, καὶ καθόλου ἔλαβε, πᾶσι κοινὸν καὶ φανερόν.

V. 1037. ηὐβουλία. Sic legendum. Perperam libri omnes, omisso articulo, εὐβουλία. Sic in Philoctete 1443. ηὐσέβεια. Brunck. Sequutus erat Erfurdtius Brunckium, sed recte postea mutavit sententiam.

V. 1040. I. e. τὸν μάντιν ὄντα. Vide ad Viger. p. 932. seq. Affert hunc versum Moschopulus in Dictt. Att. v. ἔπω.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

τὸ δ' ἐκ τυράννων, αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

ΚΡΕΩΝ.

ἆρ' οἶσθα ταγοὺς ὄντας, ἃν λέγῃς, λέγων;

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οἶδ'. ἐξ ἐμοῦ γὰρ τήνδ' ἔχεις σώσας πόλιν.

ΚΡΕΩΝ.

σοφὸς σὺ μάντις, ἀλλὰ τἀδικεῖν φιλῶν.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ὄρσεις με τἀκίνητα διὰ φρενῶν φράσαι.

ΚΡΕΩΝ.

κίνει, μόνον δὲ μὴ 'πὶ κέρδεσιν λέγων.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

οὕτω γὰρ ἤδη καὶ δοκῶ, τὸ σὸν μέρος.

V. 1043. Αἰσχροκέρδης non solum is est, qui turpiter quaerit quod adipiscatur, sed etiam qui turpiter cavet ne quid de suis amittat, i. e. homo avarus ac sordidus. Quare Tiresias, quum vatibus auri cupiditatem exprobrari audit, reges potius dicit sordidos esse, quumque ipsi prae avaritia illiberales erga vates sint, culpam in illos conferre obiecto quaestus faciendi studio.

V. 1044. Apud Moschopulum Dictt. Att. v. ἔπω legitur ἂν λέγοις.

V. 1045. Ἔχεις σώσας, tenes urbem, eamque salvam.

V. 1047. τἀκίνητα, i. e. τὰ ἄῤῥητα. Vid. Oed. Col. 1526. Mvsgr.

V. 1049. Scholiastes: οὕτω νομίζεις, ὅτι ἐπὶ

ΚΡΕΩΝ.

ὡς μὴ 'μπολήσων ἴσθι τὴν ἐμὴν φρένα.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τροχοὺς ἁμιλλητῆρας Ἡλίου τελῶν,

κέρδεσι λέγω. Scilicet antiqui libri, quos Brunckius et Erfurdtius sequuti sunt, signum interrogandi huic versui addunt. Eo recte carent Tricliniani. Hoc enim dicit: ita sane me iam puto facere, ut lucri caussa illa dicam, non tamen mei, sed tui. Id est *τὸ σὸν μέρος.* Ita placet etiam Seidlero. Atque est ea peracerba sententia, et bene congruens cum eo, quod respondetur. Quod contra altera illa interpretatio sententiam praebet frigidam et inutilem. In La. *ἤδη* a secunda manu est, ut prius *οἶδα* videatur scriptum fuisse.

V. 1052. *τρόχους* pro *τροχοὺς* scripsi ad mentem Ammonii p. 137. ad quem vid. Valcken. pag. 217. Erf. Pro *τροχοὺς* non scribam *τρόχους.* Intelligo circumactum rotarum currus solaris. Quo brevius enim tempus, eo minae vatis terribiliores. Atque ipse Tiresias supra v. 996. *φρόνει βεβὼς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης. πολλοὶ τροχοὶ* autem dictum est ut *πολλὰ πτερὰ, πολλαὶ χεῖρες*, alia id genus. V. Markland. ad Eurip. Iphig. T. pag. 272. Ceterum *Ἡλίου* scripsi littera initiali maiuscula: Schaefer. Si cum solo nomine *τροχοὺς* compares, valde diversa sunt, quae Marklandus ad Iph. T. v. 362. attulit, ut quae verbum habeant nomini aptum. Quod si *ὀψόμενος* hic legeretur, recte diceretur non multas visurus solis rotas, pro non saepe vel non diu amplius eas rotas visurus. At *τελεῖν πολλοὺς τροχοὺς ἡλίου* non magis quam *ἅρματα ἡλίου πολλὰ τελεῖν* dici potest, quia in his nominibus

ἐν οἷσι τῶν σῶν αὐτὸς ἐκ σπλάγχνων ἕνα
νέκυν νεκρῶν ἀμοιβὸν ἀντιδοὺς ἔσει,
ἀνθ' ὧν ἔχεις μὲν τῶν ἄνω βαλὼν κάτω,
ψυχήν τ' ἀτίμως ἐν τάφῳ κατῴκισας·

---

nulla inest spatii significatio. Nihilominus recte libri τροχούς, quia addidit poeta ἁμιλλητῆρας, ut id idem sit quod τροχῶν ἁμίλλας. Hoc vero spatii significationem habet: indicat enim spatium, quo rotae circumaguntur: unde recte adiectum τελῶν. De differentia verborum τρόχος et τροχὸς conferri Elmsleium ad Med. 45. iubet Süvernius, qui Erfurdtii τρόχους defendit, sed ita, ut eius mentem non satis perspiciam. Nam si τρόχους legitur, vix puto id aliter quam de diebus intelligi posse, quum tamen Süvernius, et recte quidem, huius ipsius horae proxima momenta dici velit.

V. 1055. La. βάλλειν, supra scripto ων.

V. 1056. κατῴκισας. In E. κατοικίσας, quod haud deterius est, utroque participio cum ἔχεις constructo. Brvnck. In praeced. v. ad τῶν ἄνω subaudiendum τινά. Aeschyl. Agam. 1031. τῶν φθιμένων ἀνάγειν, ubi nolim τοὺς φθιμένους reponi. Sophocl. Ai. 190. ἢ τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς. El. 1323. τῶν ἔνδοθεν χωροῦντος. Eurip. Iph. T. 1208. σῶν τέ μοι σύμπεμπ' ὀπαδῶν. Vid. Schaefer. ad L. Bos. pag. 476. Bothius, commate post κάτω deleto, scribendum putavit, ψυχὴν ἀτίμως ἐ. τ. κατοικίσας. Erf. Seidlerus κατοικίσας praefert, quia sibi respondeant ἔχεις μὲν — ἔχεις δέ. At nihil hoc obstat veterum librorum scripturae, in qua liberius, sed rectissime conformata est oratio. Manet enim oppositio illa et disiunctio, quia non scripsit, nec potuit scribere ψυχὴν δέ, sed ψυχήν τε. Neque, quod Erfurdtio visum, aut hic aut in Aeschyli loco τινὰ intelligendum. Nam βαλὼν κάτω re-

ἔχεις δὲ τῶν κάτωθεν ἐνθάδ' αὖ θεῶν
ἄμοιρον, ἀκτέριστον, ἀνόσιον νέκυν.
ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν οὔτε τοῖς ἄνω
θεοῖσιν, ἀλλ' ἐκ σοῦ βιάζονται τάδε.

---

fertur ad *ἕνα ἐκ τῶν σῶν σπλάγχνων*. Procedit compositio verborum hoc modo: *ἀντὶ τούτων οὓς ἔχεις τοὺς ἄνω καὶ ὧν ψυχὴν ἐν τάφῳ κατῴκισας, κάτω βαλὼν ἕνα ἐκ τῶν σῶν σπλάγχνων*: pro Antigona, quam vivam adhuc habes, et cuius vitam sepulcro destinasti, ad inferos ex tuo ipsius aliquem semine natum mittens.

V. 1057. Constructio est: *ἔχεις δὲ ἐνθάδε αὖ νέκυν ἄμοιρον τῶν κάτωθεν θεῶν*, habes autem hic contra mortuum Deorum inferorum regimine destitutum. Mvsgr. Non regimine deorum inferorum destitutum, sed communione cum inferis prohibitum. Wexius, qui *τῶν κάτωθεν*, intellecto *τινά*, a *θεῶν* divellendum putabat, non cogitavit fieri id nulla ratione posse. Nec, si posset fieri, lucrum faceremus, quia illud per *νέκυν* significatur.

V. 1058. *ἀνόσιον*. Scholiastes: *νῦν τὸν μὴ τυχόντα τῶν ὁσίων λέγει.* Eustathius p. 29, 37. [(22, 41.)] *ἀνόσιος πάλαι ποτὲ ἐδήλου τὸν ἄταφον*. Erf.

V. 1059. *ὧν* et seq. v. *βιάζονται* ad Antigonam et Polynicem refertur. Erf. Scholiastes: *ὧν οὔτε σοὶ μέτεστιν. ἐξουσία δέδοται. λέγει δὲ τῶν νεκρῶν. ἐκ σοῦ δὲ βιάζονται καὶ οἱ ἄνω θεοὶ ἔχειν αὐτὸν ἄνω ἄταφον.* Recte hic. Neque Creonti dicit mortuorum potestatem esse, neque diis superis, ut quorum in vivos tantummodo regnum sit, sed coactos eos a Creonte perferre adspectum inhumati Polynicis, qui in ditione sit inferorum.

τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς τοῖςδε ληφθῆναι κακοῖς·
καὶ ταῦτ' ἄθρησον εἰ κατηργυρωμένος
λέγω. φανεῖ γάρ, οὐ μακροῦ χρόνου τριβή,
ἀνδρῶν, γυναικῶν, σοῖς δόμοις κωκύματα.
ἐχθραὶ δὲ πᾶσαι συνταράσσονται πόλεις,

V. 1061. *ὑστεροφθόροι.* Scholiastes: *αἱ ὕστερον μέλλουσαι βλάψαι.* Eadem ratione Furia Aeschyl. Agam. 58. *ὑστερόποινος* dicitur. Erf. *Λωβητῆρες ὑστεροφθόροι* commemorati Eustathio p. 763, 39. 768, 55. (668, 14. 675, 41.)

V. 1062. *Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες* intelligendae inferorum et superorum deorum vindices. De scriptura nominis *Ἐρινὺς* vide praefationem.

V. 1064. *κατηργυρωμένος.* Scholiastes: *ἀργύρῳ πεισθείς.* Simili significatu *ἀοιδαὶ ἀργυρωθεῖσαι* dicuntur cantilenae argenti pretio pactae, Pindar. Isthm. II, 11. et *ἀργυρωθέντες σὺν οἰνηραῖς φιάλαις* argenteis phialis donati victores Nem. X, 80. Erf.

V. 1065. Cod. Paris. *τριβῆ.* Recte *τριβὴ* in caeteris. Posita sunt verba illa in medio, hoc sensu, *οὐ μακροῦ χρόνου τριβὴ ἔσται, ὅτε φανεῖ.*

V. 1066. *ἀνδρῶν, γυναικῶν.* Pro *ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν.* Nam Graeci in hoc genere loquendi copulam fere omittere solent. Aristophanes Ran. 156. s. *θιάσους εὐδαίμονας Ἀνδρῶν, γυναικῶν,* quem ad locum de hoc usu exposuit Kusterus. Vide etiam Schaeferum ad Longi Pastor. p. 403. Erf.

V. 1067. *ἐχθραὶ πόλεις* eae sunt civitates, quae Polynici adversus Thebas tendenti auxilia dederant. Praenuntiatur autem Epigonorum expeditio paternis iniuriis irritatorum. Patres enim insepulti cum Po-

lynice iacuerant testibus etiam Euripide in Supplicibus et Hygino fab. LXX. Erf. Scholiastes, apud quem, ut in libris, male *καθήγνισαν* scriptum, recte explicat *μετὰ ἄγους ἐκόμισαν*. Triclinius, cuius verba ita corrigenda: *εἰς δὲ τὸ ὅσων μὴ λάβῃς ἔξωθεν ἔπι, ἀλλὰ πρὸς τὸ καθήγισαν, οὕτω, καθ' ὅσων ἤγισαν, ἤγουν μεμιασμένως ἔφερον. ἄγος γὰρ τὸ μύσος.* At neque alibi *καθαγίζειν* cum genitivo iunctum invenitur, et hic tanto minus ita construi potest, quia nemo, qui haec verba audiat, non *ὅσων σπαράγματα* coniunget. Eam ob caussam ne illud quidem fieri potest, ut coniungamus *ὅσων ἑστιοῦχον ἐς πόλιν*. Recte videtur Erfurdtius animadvertisse, Epigonorum bellum significari. Nam ob maledicta Creontis indignatus Tiresias, id quod ipse proximis versibus fatetur, domesticis malis etiam publica addit. Itaque quum fama obtineret, inhumatos iacuisse etiam caeteros duces, hinc quoque petit materiam mala vaticinandi. Illud autem male Erfurdtius, quod *ἐχθραὶ πόλεις* coniunxit, et *ὅσων* putavit pro *ὅτι τόσων* dictum esse. Iam Triclinius recte: *δέον ἐχθρῶς εἰπεῖν, ἐχθραὶ εἶπε πρὸς τὸ πόλεις.* Constructio haec est: *πᾶσαι πόλεις ἐχθραὶ συνταράσσονται*, (i. e. *ὥςτε γίγνεσθαι ἐχθραί*) *ὅσων ἀνδρῶν σπαράγματα ἢ κύνες καθήγισαν, ἢ θῆρες, ἤ τις οἰωνός, ὀσμὴν φέρων ἐς ἑστιοῦχον πόλιν.* Ad postrema verba malae in scholiis adnotationes exstant: *ἑστιοῦχον, τὴν ἔχουσαν ἑστίαν καὶ βωμούς. ἑστιοῦχον ἐς πόλιν. ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τὴν ἑστίαν τῆς πόλεως.* Immo *ἑστιοῦχον πόλιν* dicit eam urbem, quae cuiusque ducis domum habet. Hic est enim verborum sensus: omnes civitates ad bellum concitantur, quotquot virorum lacera membra aut canes contaminarunt, aut ferae, aut avis aliqua, scelestum odorem in patriam cuiusque urbem ferens. *Καθαγίζειν* proprie est consecrare: quod quum sit communi usu eximere, apertum est, ubi usurpatur de iis, quae quid foedant, significare, contaminando facere ut quivis

ὅσων σπαράγματ' ἢ κύνες καθήγισαν,
ἢ θῆρες, ἤ τις πτηνὸς οἰωνός, φέρων
ἀνόσιον ὀσμὴν ἑστιοῦχον ἐς πόλιν.

---

sese abstineat. Boeckhius in prima dissertatione de Antigona p. 22. promisit, se in altera ostensurum esse, errare interpretes, qui bellum Epigonorum hic praedici existiment. Est quidem alia interpretatio in scholiis prodita: *αἱ πόλεις δὲ, φησίν, ὧν ἄρχεις, ἐπαναστήσονταί σοι.* Sed hoc quidem et per se ineptum est, nec concordat cum verbis poetae. Wexius in prolegom. cap. 2. §. 5. et 6. bellum dici putavit, quod Athenienses pro Argivis adversus Thebanos susceperint, ut corpora redderentur non humatorum ducum, de quo bello Euripidem in Supplicibus, Plutarchum in Theseo c. 29. in primis autem Lysiam in oratione funebri §. 7—10. commemorat. At de hoc bello si loqui Tiresiam voluisset Sophocles, nec *πάσας πόλεις* dicentem fecisset, sed vindicasset hanc gloriam cui soli debebatur patriae suae, et caussam belli iis significasset verbis, ex quibus non fatali quodam effectu piaculi, sed iusta caussa ad bellum excitatas esse civitates cognosceremus.

V. 1068. *ὅσων*, i. e. *ὅτι τόσων.* Vide Schaefer. ad L. Bos. p. 252. seqq. et Matthiae Gramm. Gr. §. 480. not. 3. — *καθήγισαν.* Sic librorum lectionem *καθήγνισαν* correxere Burtonus et Brunckius, cui scholiastes illud habuisse videtur. Hesych. *καθαγίσω· συντελέσω, καὶ καθιερώσω. παρὰ δὲ Σοφοκλεῖ ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπὶ τοῦ μιαίνειν τέτακται.* Erf. La. Lb. *καθήγνισαν.* Dubitari potest an huc pertineat, quod grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 338. *ἁγνίσαι* apud Sophoclem *κατ' ἀντίφρασιν* pro *διαφθεῖραι* dictum esse ait.

V. 1070. *ἑστιοῦχον.* Non de nihilo est. Foco

τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥςτε τοξότης
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμεῖ.
ὦ παῖ, σὺ δ' ἡμᾶς ἄπαγε πρὸς δόμους, ἵνα
τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ,
καὶ γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν,

---

enim, i. e. *ἑστίᾳ* nihil fere apud Veteres sanctius. Mvsgr.

V. 1071. *σοι* pro vulgata *σου* ex August. b. recepi, quam *ἀφιέναι* dativum personae adsciscat. Eurip. Hippol. 1324. *ἀρὰς ἀφῆκας πατρί*. Erf. Recte caeteri libri *σου*, et scholiastes, male ille tamen scribens: *τοιαῦτα κατὰ τῆς καρδίας σου τοξεύματα ἀφῆκα μετὰ θυμοῦ. ἢ τῷ θυμῷ τῆς καρδίας σοῦ. λείπει δὲ ἡ κάτα.* Iunge, *τοιαῦτά σου θυμῷ ἀφῆκα τοξεύματα καρδίας*. Talia propter iram tuam tela emisi. Confirmat hanc interpretationem versus 1075. Ita etiam Seidlerus. *Καρδίας* etsi potest cum *ἀφῆκα* construi, ut sit ex animo meo, tamen non dubito quin sit cum *τοξεύματα* coniungendum, animi tui vulnera.

V. 1072. *θυμῷ*, cum ira, prae ira. *καρδίας τοξεύματα* dictum ut *ψυχᾶς βέλη* Oed. T. 893. et *νοῦς ἐτόξευσεν* Eurip. Hec. 603. Erf.

V. 1073. *θάλπος*. Sic *ἔθαλψεν ἄτης σπασμὸς* Trach. 1082. *μανίαι θάλπουσ'* Aeschyl. Prometh. 878. Mvsgr.

V. 1076. Si canon Atticistarum recte habet, corrigendum *ἡσυχαιτέραν*. Thomas Mag. pag. 426. *Ἡσυχαίτερον, οὐχ ἡσυχώτερον*. Vid. Etymolog. M. c. 31, 18. Aeschylus Eumen. v. 218. (Sch. a. 1808.) *τὰ δ' ἐμφανῶς πράσσουσαν ἡσυχαιτέραν*. Schaefer. Circumspectum de his formis Buttmanni iudicium in uberiore Gr. Gr. vol. I. pag. 265. iam indicavit Martinus. Etiam La. Lb. *ἡσυχωτέραν*.

τὸν νοῦν τ' ἀμείνω τῶν φρενῶν, ἢ νῦν φέρει.

ΧΟΡΟΣ.

ἁνήρ, ἄναξ, βέβηκε δεινὰ θεσπίσας.
ἐπιστάμεσθα δ', ἐξ ὅτου λευκὴν ἐγὼ
τήνδ' ἐκ μελαίνης ἀμφιβάλλομαι τρίχα,
μή πώ ποτ' αὐτὸν ψεῦδος ἐς πόλιν λακεῖν.

V. 1077. *τῶν φρενῶν, ὧν νῦν φέρει.* Male vulgo et spreta Attica elegantia *ἢ νῦν φέρει.* Sic Latini gerere, gestare mentem. Plautus Asin. II, 1.

Cave tu idem faxis, alii quod servi solent,
qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Idem Amphitr. V. 1.

Haec sola sanam mentem gestat meorum familiarium.

Brunck. Mutatione nihil opus est. Quum enim Graeci praeter necessitatem dicant, *τὸν νοῦν ἀμείνω τοῦδε, ἢ νῦν φέρει,* de quo loquendi genere, composito illo ex duabus loquutionibus, vide praeter eos, quos Matthiae in Gramm. Gr. §. 450 not. 2. laudavit, Toupium ad Longin. Sect. XVIII. p. 321. poeta indulsit sibi pro isto pronomine nomen ipsum ponere, quo quidem posito, si accurate loqui voluisset, sic debuisset pergere, *ἃς νῦν φέρει,* vel *ὧν νῦν φέρει.* Hac ratione vulgatam defendit Hermannus in Museo antiq. stud. Vol. I. pag. 208. seq. simili ego in maiori editione, sed nimis dubitanter. Erf. Vide I. V. Fäsii egregiam dissertationem de hoc genere loquendi in Seebodii Miscellaneis crit. vol. II. parte IV. p. 707.

V. 1078. *ἁνήρ.* Hic quoque, ut v. 762. perperam in libris *ἀνήρ.* Erf.

ΚΡΕΩΝ.

ἔγνωκα καὐτός, καὶ ταράσσομαι φρένας.
τό τ' εἰκάθειν γὰρ δεινόν· ἀντιστάντα δέ,
ἄτῃ πατάξαι θυμὸν ἐν δεινῷ πάρα.

V. 1082. *ταράσσομαι φρένας*. gl. *ἤγουν στασιάζω πρὸς ἐμαυτὸν καὶ οὐκ ἔχω τίς γένωμαι*. Brvnck.

V. 1083. *τό τ' εἰκάθειν γὰρ δειλόν*. Perperam in libris omnibus *δεινόν*. Has voces iam supra commutatas vidimus v. 326. Brvnck. Periculosum est me ei reluctari, et illius audaciam malo aliquo mactare. Th. Iohns. Erf. *Δεινόν*, quod et libri et scholiastes et Triclinius habent, non debebat Erfurdtius Brunckii iussu mutare. Triclinius quidem errat, quum id putat Creontem metuere, ne, si Antigona non puniatur, aliorum crescat audacia. Nihil Creon aliud, quam grave sibi esse dicit, vincere animum suum. Sic in Oed. Col. 510. *δεινὸν μέν, τὸ πάλαι κείμενον ἤδη κακόν, ὦ ξεῖν', ἐπεγείρειν*. Caeterum pro vulgato *εἰκάθειν* Elmsleius *εἰκαθεῖν*, et sic etiam v. 1089. *παρεικαθεῖν* et sic ubicumque hae formae inveniuntur, scribi vult ad Med. 186. quod isti omnes aoristi sint. Digna est, quae diligenter expendatur, haec observatio, quod velim Buttmannus fecisset, quem in communi opinione acquiescentem video. Ego non ausim hos infinitivos corrigere, quum in multis locis apta sit praesentis significatio, et similis formae verba, ut *φλεγέθειν*, certo praesens habeant.

V. 1084. Sensus est: vehementiam (Tiresiae) calamitate ferire, non sine periculo licet. *ἐν δεινῷ πάρα*. El. 384. *νῦν γὰρ ἐν καλῷ φρονεῖν*. Erf. *Ἐν καλῷ ἐστὶ* non potest cum *ἐν δεινῷ πάρεστι* comparari. Omnino Erfurdtius a Triclinio se in errorem abduci passus est, qui haec

ΧΟΡΟΣ.

εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως Κρέον.

ΚΡΕΩΝ.

τί δῆτα χρὴ δρᾶν; φράζε· πείσομαι δ' ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

ἐλθὼν κόρην μὲν ἐκ κατώρυχος στέγης
ἄνες· κτίσον δὲ τῷ προκειμένῳ τάφον.

ΚΡΕΩΝ.

καὶ ταῦτ' ἐπαινεῖς, καὶ δοκεῖς παρεικάθειν;

---

scribit: *τὸ δ' ἀντιστάντα με αὐτῷ πατάξαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐν ἄτῃ καὶ ἐν βλάβῃ, τοῦτ' ἔστι τὸ διὰ μάχης ἐλθεῖν με αὐτῷ καὶ τὴν ἀναιδείαν καὶ θρασύτητα αὐτοῦ, ἣν πρὸς ἐμὲ ἐνεδείξατο, τιμωρήσασθαι, ἐν δεινῷ πάρεστι. θεῖον γὰρ τὸ τῶν μάντεων γένος καὶ οὐχ οὕτω δεῖ πρὸς αὐτοὺς ἀπαντᾶν, ἀλλὰ γεραίρειν τιμαῖς.* Alienissimum hic est, Tiresiae iram commemorari. Patet enim sensum esse debere: conturbor: nam et cedere grave est, et resistenti malum instat. Scholiastae adnotatio mutila est aut corrupta: *τὸ μὲν ὑποχωρεῖν δεινόν· τὸ δέ, ἀντιστάντα βλαβῆναι.* Hoc enim dicit Creon: *ἀντιστὰς δέ, ἐν δεινῷ ἄτῃ πατάξω θυμόν.* Si resistam, ad id, ut hoc grave sit, accedit illud, ut magno malo iram meam percellam. Apparet, sic eum existimare: si cedat, grave hoc esse, cedere; sed si resistat, non modo hoc ipsum, resistere, grave esse, propter auctoritatem vatis et sanctitatem, sed etiam illud accedere, quod iram suam mala sint oppressura.

V. 1085. Pro *Κρέον* La. Lb. *λακεῖν* e v. 1081.

V. 1086. Livineii liber v. *πείθομαι.*

V. 1088. *ἄνες. ἔξελε. κτίσον. κατασκεύασον.* Brunck.

V. 1089. *δοκεῖς παρεικάθειν,* obsequendum

ΧΟΡΟΣ.

ὅσον γ', ἄναξ, τάχιστα· συντέμνουσι γὰρ
θεῶν ποδώκεις τοὺς κακόφρονας βλάβαι.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι

---

esse censes. Non est, quod δεῖν suppleamus, quum in verbo δοκεῖν iam insit voluntatis et praecepti significatio. Vide Hermann. ad Viger. p. 734. n. 158. Erf. Quid hoc huc? intellige με.

V. 1090. συντέμνουσι. gl. καταβάλλουσι. Brvnck. Aeschyl. Eum. 222. μὴ ξύντεμνε. Frequentius hoc significatu ponitur συστέλλειν. Latini similiter dicunt concidere. Cic. Orat. III, 1. concidere auctoritatem senatus. Philipp. XII. 15. nondum erat — concisus. Erf. Aliena haec. Paullo melius scholiastes: συντόμως κατακόπτουσι καὶ βλάπτουσι. Συντέμνειν est praecidere, coartare. Audaciore constructione dixit, quod ita intelligendum est: praeciso effugiendi spatio celeripedes deorum poenae mala meditantem corripiunt.

V. 1092. καρδίας ἐξίσταμαι quum idem fere sit quod πείθομαι, eadem ratione construi potuit qua illud Phil. 1252. Vide Matthiae Gramm. Gr. §. 542. not. 2. In August. b. legitur:

οἴμοι· μόλις μέν, καρδίας δ' ἐξίσταμαι.
τὸ δρᾶν ἀνάγκη, κοὐχὶ δυςμαχητέον.

Altera tamen lectio quum exquisitior est, tum non oppositionem inter τὸ δρᾶν et τὸ δυςμαχεῖν, alienam illam a loci consilio et nexu, sed, qua nihil aptius esse potest, disertam necessitatis, cui se frustra repugnaturum sentiebat Creon, commemorationem exhibet. Erf. Vide ad Aiac. 114. Livineii liber v. καρδίᾳ.

τὸ δρᾶν· ἀνάγκῃ δ' οὐχὶ δυςμαχητέον.

ΧΟΡΟΣ.

δρᾶ νυν τάδ' ἐλθών, μηδ' ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε.

ΚΡΕΩΝ.

ὧδ' ὡς ἔχω στείχοιμ' ἄν· οἵ τ' ὀπάονες,

V. 1094. *μηδ' ἐπ' ἄλλοισι τρέπε.* Glossa supplet. *σαυτόν. ἤγουν μὴ μεταβάλλου.* Hoc quidem sensu melior esset lectio, quam exhibet E. [et August. b.] *τρέπου.* Verum aliter haec verba accipi debent, *μηδ' ἐπίτρεπε ἄλλοισι.* Tu ipse haec exsequere, nec aliis committe. Brunck. Dubito an prior praeferenda sit explicatio. Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 496. 5. Erf. Vulgo *δρᾶ νῦν.* Schaefero placet *τρέπου.* Mihi haec videtur grammaticorum correctio esse, quam malam esse arguunt v. 1098. 1099. Neque vero *ἐπ' ἄλλοισιν τρέπε* pro *ἐπίτρεπε ἄλλοις* dictum puto, ideoque non admisi anastrophen in particula, quam, mea quidem sententia, tmesis sibi postulat: sed est hoc sine tmesi, alio, quamquam simili sensu dictum: ne verte hoc in alios: i. e. ne a te, qui invitus facis, averte hunc laborem, aliis eum suscipiendum permittens.

V. 1095. *ἴτ' ἴτ' ὀπάονες.* Sic optime Dresd. a. Male vulgo *οἵ τ' ὀπάονες*, ut est in membranis; deberet enim esse *οἱ δ'*, quod Brunckius reposuit. In tribus aliis codd. *ἴτ' ὀπάονες*, cum glossa *ἔλθετε.* Verum sic syllaba deficit ad versus integritatem. Erf. Etiam Livineii liber v. et cod. Paris. *ἴτ'.* Erfurdtii lectionem recepit Schaeferus, et est ea sane huic loco convenientissima. Sed quum non nisi ex Triclinianis libris prolata sit, vetusti autem codices et editi omnes *οἵτ'* exhibeant, hoc servandum duxi. Originem erroris monstrat La. in quo

οἵ τ' ὄντες, οἵ τ' ἀπόντες, ἀξίνας χεροῖν
ὁρμᾶσθ' ἑλόντες εἰς ἐπόψιον τόπον,

* * *

---

est *ἴτ'*. In Vat. *ἴτ'*. Fallitur enim Erfurdtius, si articulus servetur, *δὲ* ponendum fuisse putans. Id tranquilli foret animi, ut si Latine dicas, vos autem, ministri: illud vero concitati est, *οἵ τε*, vosque, ministri.

V. 1096. *Οἵ τ' ὄντες, οἵ τ' ἀπόντες* significare quotquot sunt monuit, similia afferens, Lobeckius ad Phryn. p. 754. Dorvillio ad Char. p. 654. (600.) *ὄντες* pro *παρόντες* dictum videbatur. Potius *οἱ ὄντες μοι νῦν ὀπάονες*, qui me sequimini, intelligendi.

V. 1097. Scholiastes: *εἰς ἐπόψιον τόπον. φανερὸν διὰ τὸ ὕψος. φησὶ δὲ τὸν τάφον.* Quis sibi persuadeat, tam inepte loquutum esse Sophoclem, ut illis verbis speluncam, qua inclusa esset Antigone, designaverit? Multi sunt conspicui loci, ut, nisi dicat quem ex iis intelligi velit, nesciant ministri, quo eos ire iubeat. Recte dixisset, *εἰς ἐπόψιον τόπον οὗ 'γώ σφ' ἔδησα καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.* At non modo nullum talis scripturae vestigium in ullo libro est, sed dubium est etiam speluncamne istam, an locum, in quo Polynicis corpus iacebat, in mente habuerit. Hunc vero significari, quum ex eo colligi potest, quod secures afferri iubet, quarum nullus usus ad solvendam e vinculis Antigonam, sed multus ad caedenda ligna in rogum Polynicis est, tum nuncii narratio docet, qui se primo Creontem *πεδίον ἐπ' ἄκρον*, (is est ille *ἐπόψιος τόπος*) sequutum esse, quumque ibi *ἐν νεοσπάσιν θαλλοῖς*, quos scilicet securibus ceciderant, corpus Polynicis combustum, tumuloque conditum esset, tum demum eos ad speluncam, in qua vincta erat Antigona, accessisse. Ex his planum esse puto,

ἐγὼ δ', ἐπειδὴ δόξα τῇδ' ἐπεστράφη,
αὐτός τ' ἔδησα, καὶ παρὼν ἐκλύσομαι.
δέδοικα γάρ, μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους
ἄριστον ᾖ σώζοντα τὸν βίον τελεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

στροφὴ α'.

Πολυώνυμε, Καδμείας
νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς
βαρυβρεμέτα γένος,

---

re ipsa confirmari, quod vel descriptio loci ista, quae nulla est descriptio, indicare potuerat, aliquot hic versus excidisse, quibus Creon et locum illum apertius designaverit, et Polynici se iusta facturum, deinde autem Antigonam e vinculis liberaturum significaverit. Itaque lacunae signa posui.

V. 1098. *ἐπειδὴ δόξα* — Sic codd. omnes et Aldus. Nescio unde Turnebus soloecum *ἐπειδὰν* invexerit. Vix credam in codice quopiam olim lectum fuisse *δόξα τῇδ' ἐπεστράφην*, quod e scholiis colligi possit. [Legitur in La. Lb.] Brunck. Hoc monente Burtono legitur in marg. libri Bodl. *Ἐπεστράφην* habet August. b. Erf.

V. 1103. *ἄγαλμα.* Matris *ἀγάλματα*, d e l i c i a e, solemni poëtarum usu dicuntur liberi. Vid. Markland. ad Eurip. Suppl. 367. Ruhnk. ad Timaeum v. *ἄγαλμα* Erf.

V. 1104. Pro *γένος* Bothius reposuit *γέννα*. Vel hoc verum est, vel in antistrophico versu *Νύμφαι* in *κόραι* mutari debet, quod in August. b et Dresd. a. superscriptum. Erf. *Γέννα* propter ultimam correptum ferri non potest. Et mutavit sententiam Bothius, qui mox inconsiderate *κλειτὰν* pro *κλυτὰν* dedit.

κλυτὰν ὃς ἀμφέπεις
Ἰταλίαν, μέδεις δὲ παγ-

V. 1106. *Ἰταλίαν.* Etymologus M. v. *Κολωνεία, κτητικὸς τύπος εἰς ἰδιότητα ἀναπέμπεται· φασὶ γὰρ τὸν Διόνυσον τὸν ἐπὶ Τυρσηνοὺς ἀπιόντα πόλεμον, τοὺς γεγηρακότας τῶν Σειληνῶν μετὰ τῆς ἀχρήστου ἡλικίας ἐν Ἰταλίᾳ καταλιπεῖν· τοὺς δὲ τραπῆναι ἐπὶ ἀμπέλων ἐπιμέλειαν, καὶ εὔοινον γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν.* Pro *ἀπιόντα* an legendum *ἀφιέντα?* [Bothius *ἀποδόντα* corrigit.] Mvsgr. Vere celebrem, *κλυτάν*, vocat Italiam, quam, situ, fertilitate, atque salubritate coeli amoenissimam, ex quo, immigrantibus in vicinas oras Troiae victoribus, etiam Graecae eam artes ornare coeperunt, pro altera eaque meliore patria habere, ibique lubenter, et animi et lucri caussa, peregrinari solebant Graeci. Herodotus I, 23. *ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου· τῷ δὴ λέγουσι Κορίνθιοι (ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι) ἐν τῷ βίῳ θώϋμα μέγιστον παραστῆναι. Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον ἐπὶ δελφῖνος ἐξενειχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον, καὶ διθύραμβον πρῶτον τῶν ἡμεῖς ἴδμεν ποιήσαντά τε καὶ ὀνομάσαντα καὶ διδάξαντα ἐν Κορίνθῳ. Τοῦτον τὸν Ἀρίονα λέγουσι, τὸν πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα παρὰ Περιάνδρῳ, ἐπιθυμῆσαι πλῶσαι ἐς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν· ἐργασάμενον δὲ χρήματα μεγάλα, θελῆσαι ὀπίσω ἐς Κόρινθον ἀπικέσθαι.* Facile intelligitur, qualis fuerit terra, quam solam videre cupierit homo elegantissimus, undeque, magnis accumulatis opibus, redierit poëta citharoedus. Quod amplius 150 annos ante Sophoclem natum accidit, circa annum ante Christum 555. cf. Gellium, historiam hanc Herodoti vertentem Noct. Att. 16, 19. Ceterum apud Nostrum et aequales atque antiquiores Graecorum scriptores, ubicun-

κοίνοις Ἐλευσινίας
Δηοῦς ἐν κόλποις,
Βακχεῦ, Βακχᾶν ὁ μητρόπολιν Θήβαν

---

que Italia nominatur, cogitandum esse de Italiae parte australi, a Graecis colonis culta, bene monuit in Geographiae et Vranologiae Herodoteae speciminibus [Helmstadii 1804. editis] Gabr. Godofr. Bredow. Bothivs.

V. 1106, 7. παγκοίνου Ἐλευσινίας Δηοῦς ἐν κόλποις. Scholiastes legisse videtur παγκοίνοις, quod longe elegantius vulgato, sincerum esse opinor et reponi volebam. Pro παγκοίνοις scholio praepositum παγκοίνους, quod E. exhibet in textu. [et La.] Genuinae lectionis manifesta depravatio. Brvnck. παγκοίνοις liquido scriptum in August. b. et Dresd. b. et Dresd. a. [Vat.] Gl. πανδήμοις. Bacchus in Mysteriis Eleusiniis coniunctim cum Cerere colebatur. Vid. Musgr. ad Eurip. Ion. 1093. Voc. κόλποις sinum Saronicum, cui adiacebat urbs Eleusis, denotari, bene monuit Bothius. Erf. Distinctius Strabo VIII. p. 380. (583. Alm. T. III. pag. 273. Tzsch.) πρόκειται δὲ τῆς ἠϊόνος ταύτης ὅ τε Σαρωνικὸς κόλπος καὶ ὁ Ἐλευσινιακός, τρόπον τινὰ ὁ αὐτὸς ὤν, συνεχὴς τῷ Ἑρμιονικῷ.

V. 1109. In codicibus sic hic locus distinctus est: ὦ Βακχεῦ Βακχᾶν, μητρόπολιν Θήβαν ναίων — Glossa, ὦ Βακχεῦ μαινάδων ἔφορε. Priora si isto modo accipiantur, tum μητρόπολιν praestabit cum scholiasta et Eustathio ad Odyss. Α. p. 391. interpretari, τὴν πόλιν τῆς μητρός σου Σεμέλης, quam cum auctore veteris glossae, ἀρχηγὸν τούτων, id est τῶν μαινάδων. Sed prava est illa distinctio, nec alius sensus est quam is quem in versione expressimus. [o Bacche Baccharum metropolin Thebas habitans.] Brvnck. ὦ ante Βακχεῦ in Dresd. a. huic voci superscriptum est.

ἐνναίων παρ' ὑγρῶν
Ἰσμηνοῦ ῥείθρων, ἀγρίου τ'
ἐπὶ σπορᾷ δράκοντος·

ἀντιστρ. α'.

σὲ δ' ὑπὲρ διλόφου πέτρας

Quo deleto. si ex Musgravii et Hermanni coniectura ὁ post Βακχᾶν addas, exactissime versus respondebit antistrophico, in quem Brunckius, neglecto Tragicorum usu, πουλυστάφυλος intulit. Erf. Perdifficile saepe est dicere, quo iudicio tragici nunc Doricas, nunc communes formas praetulerint. Quare non ausus sum adversis libris reponere ματρόπολιν, quae forma invenitur in Persis v. 897. Sed Βακχεῦ, Βακχᾶν ὁ μητρόπολιν quod pro librorum scriptura ὦ Βακχεῦ, Βακχᾶν μητρόπολιν reposui, nemo reprehendet, qui hanc mutationem dupliciter efflagitari a versu antistrophico reputaverit.

V. 1110. παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥεέθρων. Sic in T. [et Dresd. a.] ut metrica ratio flagitat. Male vulgo ὑγρὸν ῥέεθρον Brvnck. Sic etiam La. Lb. Aug. Par. Vide supra ad v. 955. Pro librorum scriptura ναίων reposui ἐνναίων. Choriambicus cum basi quum omnino aptius concinit cum reliquis numeris, tum commendatur etiam ab antistrophico versu. Non est hic locus tali anapaestico, qualem vulgata praebet a metricis illa profecta, qui antistrophici rationem non perspicerent.

V. 1111. Hic versus legi vult ut dactylicus, non ut anapaesticus. Erf. Immo Glyconeus est. Quare ῥείθρων pro vulgato ῥεέθρων dedi.

V. 1112. σπορὰ δράκοντος dicuntur Thebani ex dentibus draconis orti. Erf.

V. 1113. ὑπὲρ διλόφου πέτρας. Euripides Bacchis 302. ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις

στέροψ ὄπωπε λιγνύς, ἔν-
θα Κωρύκιαι νύμφαι
στείχουσι Βακχίδες,
Κασταλίας τε νᾶμα· καί

πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα. Confer scholiastam ad ista in Phoenissis v. 233. ἰὼ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας. Brunck. Vide quae Elmsleius ad Bacchas congessit v. 306. 559.

V. 1114. στέροψ — λιγνύς, lucidus, vel candens, fulgidus vapor. De re vide Eurip. Phoen. 237. ibique scholiasten. Musgr. Vocem στέροψ ex h. l. memorat Eustathius pag. 786, 13. (698, 43.) cuius in ed. Bas. στέρωψ excusum.

V. 1115. Νύμφαι. Vid. notata ad v. 1104. De Coryciis Nymphis consulendi Intpp. ad Aeschyl. Eum. 22. quo teste sedem cum Baccho in Parnasso habebant. Nihil igitur mirum et ipsas dici in choro Bacchanali fuisse. Erf. Videndum, an νύμφα interdum prima correpta dicere ausi sint. V. Trach. 857. Eurip. Androm. 140. et allata in Elem. D. M. p. 47. seq.

V. 1117. Veteres libri plene interpungunt post νᾶμα. E Turnebi editione invectum comma, male, nisi quis Nysaeos montes de Helicone intelligat. Scholiastae ambigunt. Hic habent: Νύσσα, Φωκίδος ὄρος. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι πολλαὶ Νύσσαι. Mox autem ad verba χλωρά τ' ἀκτά: ἢ τὸ ἐν Εὐβοίᾳ φησὶν ἄλσος, ἢ τὸ ἐν Παρνασσῷ. ἐν ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς τόποις ἡ ἄμπελος, ἢ καθ' ἑκάστην ἡμέραν περὶ μὲν τὴν ἕω βότρυας φέρει, περὶ δὲ τὴν μεσημβρίαν ὄμφακας, ἐτρυγᾶτο δὲ πεπανθεῖσα περὶ τὴν ἑσπέραν. Conferendus cum his Stephanus Byz. et scholiastes Euripidis ad Phoenissas v. 227. ubi de Euboica vite testimonium Sophoclis ex Thyeste affertur. Aegis Euboeae hoc tribuit Eustathius

σε Νυσαίων ὀρέων
κισσήρεις ὄχθαι,
χλωρά τ' ἀκτὰ πολυστάφυλος πέμπει
ἀμβρότων ἐπέων

---

p. 917, 35. (882, 38.) Nysa, urbs in Helicone Stephano memorata, Straboni vicus est IX. pag. 405. (622. Alm. T. III. p. 419. Tzsch.) Neque absurdum est, credere vites in Helicone cultas esse, quum is mons Pausania teste IX. 18, 1. omnium Graeciae montium maxime excellat arborum herbarumque ubertate. Sed, praeterquam quod obscurior illa in Helicone Nysa fuisse videtur, vincunt ea, quae Erfurdtius attulit, ut de Euboica loqui poetam credamus. Itaque recte ponitur maior interpunctio post *νᾶμα*, quod nomen cum verbo *ὄπωπε* iungendum.

V. 1118. *Νυσίων ὀρέων.* Sic ad metri rationem legendum. In E. *Νυσέων.* In membr. *Νισαίων.* Aldus dedit *Νυσσαίων.* [Sic etiam August. b. et Dresd. a.] Ex Triclinii interpolatione est *οὐρέων.* Brunck. Commemorantur Nysa Arabica, Indica, Phocica, Euboeensis, aliae. Hic Euboeensem intelligendam esse vix dubitari potest, quum in seqq. praegressa itidem Parnassi mentione, venire iubeatur Bacchus *ὑπὲρ στονόεντα πορθμόν.* Stephanus in *Νύσαι* — *δεκάτη ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν, καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι.* Vide et scholiast. Eurip. ad Phoeniss. 238. Erf. Revocavi *Νυσαίων.* Sic etiam La. Lb. De metro v. Seidler. de verss. dochm. p. 261. et ad Iphig. T. 1070.

V. 1120. Tricliniani libri *πουλυστάφυλος*, forma ne epicis quidem, nedum tragicis usurpata.

V. 1121. *ἀβρότων.* Perperam Aldus *ἀμβρότων.* *Ἄβροτα ἔπεα* sunt voces sanctae, voces in

εὐαζόντων, Θηβαΐας
ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς·

σ τ ρ ο φ ὴ β'.

τὰν ἐκ πασᾶν τιμᾷς

---

sacris editae. Sic, laudante Musgr., θεία μοῦσα cantus sacer, Trach. 643. et ἀθανάτου στόματος pro ἐνθέου Pind. Pyth. IV. antistr. 1. Erf. Recte vero La. Par. Ald. et quae hunc sequuntur ἀμβρότων. Vide ad v. 1110. Ἀβρότων e Turnebi editione derivatum.

V. 1122. Verba Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς, τὰν ἐκ πασᾶν τιμᾷς affert Eustathius p. 601, 36. (458, 6.) quod in adiectivo Θηβαίας lateat Θήβη, ad quam referatur τάν, sed male ille etiam Θηβαίας pro Θήβης accipi posse putans. Scripsi autem Θηβαΐας. Indulserunt sibi huiusmodi solutiones tragici numerorum caussa. Sic Τηρεΐας apud Aeschylum Suppl. 61. Vide Elmsleium ad Med. 806. Ita Τρωΐος et Τροΐα saepius, et Ἀργεΐων in Eurip. Hec. 479.

V. 1124. Hunc locum, sine meliorum codd. auxilio vix sanabilem, plane ut in Aldina legitur, exhibui, a novandi temeritate, si usquam alibi, abstinendum esse ratus. In editione maiore sic excudi iusseram:

stroph. τὰν ἐξ ἁπασᾶν
τιμᾷς ὑπερτάταν πόλεων
ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ·
καί νυν, ὡς βιαίας
ἔχεται προδήμιος
πόλις ἐπὶ νόσου,
μολεῖν καθαρσίῳ ποδὶ Παρνασίαν
ὑπὲρ κλιτύν, ἢ στονόεντα πορθμόν.
antistr. ὦ πῦρ πνεόντων
ἄστρων χοραγὲ καὶ νυχίων

ὑπερτάταν πόλεων
ματρὶ σὺν κεραυνίᾳ·
καὶ νῦν, ὡς βιαίας ἔχεται πανδήμιος
πόλις ἐπὶ νόσου, μολεῖν

φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
παῖ, Διὸς γένεθλον,
προφάνηθι Ναξίαις
ἅμα περιπόλοις
Θυιάσιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι
χορεύουσι, τὸν ταμίαν Ἴακχον.

V. 1. τὰν ἐξ ἁπασᾶν. Sic Dresd. a. Turn. Steph. Cant. V. 4. καί νυν Turn. Steph. Cant. V. 5. προδήμιος Hermanni coniectura est. Πρὸ in compositione saepe significat *prorsus, omnino*, ut in πρόπας, προώλης, πρόχωλος, προπάλαιος. V. 9. ὦ. Sic etiam Brunckius. Idem πνειόντων. V. 10. ἄστρων χοραγὲ Dresd. a. Turn. Steph. Cant. V. 14. σαῖς omiseram, ut Brunckius, qui ordinem quoque verborum parum probabiliter mutavit. V. 15. choriambus Θυιάσιν αἵ an sic respondere non possit diiambo, nunc vehementer dubito. Erf.

V. 1124. τάν, articulus singularis relatus ad plurale nomen Θηβαίας ἀγυιάς. Vide notam ad priorem Oedipum v. 267. Brunck.

V. 1126. ματρὶ σὺν κεραυνίᳳ. Eurip. Bacchis 6. ὁρῶ δὲ μητρὸς μνῆμα τῆς κεραυνίας. Brunck.

V. 1127. Vulgo καὶ νῦν. Livineii liber p. καί νυν, adscripto δή.

V. 1128. Pro vulgato πάνδημος scripsi πανδήμιος. Nimia Erfurdtium incessit religio, quum quae facillime corrigi potuerant, emendare veritus est.

V. 1129. ἐπὶ Musgravio constructionem turbare

καθαρσίῳ ποδὶ Παρνησσίαν
ὑπὲρ κλιτὺν, ἢ στονόεντα πορθμόν.

ἀντιστρ. β'.

ἰὼ τῶν πῦρ πνεόντων

---

videtur. Legendum itaque putat *ὑπό. μολεῖν.* — Infinitivus pro imperativo, ut saepe. Erf.

V. 1130. *Παρνησίαν.* August. b. *Παρνασίαν.* Scribendum esse *Παρνασσίαν* docet Eustathius duobus locis ab Hermanno mihi suggestis, p. 1872, 51. *ἡ δὲ διὰ τῶν δύο σσ γραφὴ τοῦ Παρνησσοῦ κατήργηται παρὰ τοῖς ὕστερον.* et p. 890, 3. *φέρεται γὰρ κανὼν τονικὸς τοιοῦτος. τὰ εἰς σος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η παραληγόμενα, ἔχοντα καὶ ἕτερον σ, ὀξύνεται· Ἁλικαρνησσός. Λυκαβησσός, Ταρτησσός. τὸ Κάρησος μὴ δισσὸν ἔχον τὸ σ, ἐξηλλάγη κατὰ Ἀρίσταρχον, εἰ καὶ ὁ Τυραννίων οὐ βούλεται.* qui locus desumptus est ex Schol. Venet. ad Iliad. *Μ.* 20. Erf.

V. 1132. *πνειόντων.* Aldus et codd. *πνεόντων.* Sol Bacchi nomine colebatur in mysticis sacris: inde est quod Virgilius Georgicorum initio ait:

> Vos o clarissima mundi
> lumina, labentem coelo quae ducitis annum,
> Liber, et alma Ceres. Brunck.

Eustath. p. 514, 45. [(389, 38.)] *διὸ καὶ ὁ ζηλωτὴς Ὁμήρου Σοφοκλῆς πυρπνόα τὰ ἄστρα δοξάζει, ἔνθα τὸν Διόνυσον κατά τινα μυστικὸν λῆρον πῦρ πνεόντων χορηγὸν ἀστέρων φησίν.* Taedas cum Triclinio intelligit Musgravius, sed nihil hic probant exempla, quibus eam significationem confirmari putavit, Eurip. Helen. 1145. *δόλιον ἀστέρα λάμψας.* Musaei v. 306. *μινυώριον ἀστέρα λέκτρων.* Virgilii locum a Brunckio citatum aliter explicat Vossius. Erf. *Πνειόντων*, quod Brunckius

posuit, neque auctoritatem a tragicis ullam habet, nec, si haberet, talis ea foret, ut hic illam formam tueretur. Scio fuisse qui in Choephoris v. 619. *πνείονθ' ἁ κυνόφρων ὕπνῳ* scribendum putarent. At versus Glyconeus etiam iambum in principio admittit. Epici si saepius *πνείειν* dixere, fecerunt id docte ita, ut prima syllaba non sub ictum caderet, nisi forte in ipso versus initio, in quo eadem etiam aliis brevibus syllabis concessa est venia. Sic Odyss. δ. 361. nec puto saepius. Itaque ut tragici non prorsus repudiaverint illam formam, tamen non ausi essent primam syllabam ictu erigere, id quod hic fieri deberet. Contra nemo non videt in verbis *πῦρ πνεόντων* nullam in syllabam rectius ictum incidere, quam in *πῦρ*. Ex quo consequitur, *πνεόντων* duabus syllabis pronunciandum esse. Praeivit hoc Aeschylus, in hoc paroemiaco, Agam. 1502. 1526. *ἀσεβεῖ θανάτῳ βίον ἐκπνέων.* Itaque lenissimum remedium iudicavi, inserere articulum *τῶν*. Nam etiam ubi medium inter duo epitheta nomen est, additur priori articulus: ut in illo, *τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου*. Brunckianum illud si aliquo pacto defendi potest, non potest aliter quam ut *πυρπνειόντων* uno verbo scribatur, quod videatur fortasse ab antiquis epicis acceptum. Sed ne illi quidem isto ictu, quo hic, ita dixissent. Accedit quod vix *πυρπνέων* una voce scriptum invenietur, nisi apud Tzetzam ad Lycophr. 17. Caeterum egregie de hoc Sophoclis loco disputavit Aug. Ferd. Naekius in praefatione Indicis praelectionum aestivarum huius anni [1823.] in Academia Borussica Rhenana. Docuit ille, *καὶ* ante *νυχίων* ab iis additum esse, qui vocabulum *ἐπίσκοπε* etiam ad *ἄστρων* referrent, cuius interpretationis mentio facta in scholiis; Sophoclem vero, longe illum a mystica insania abhorrentem, sententiam, quae detracto ornatu poetico haec sit, noctu per siderum lucem choros Bacchum ducere, praeclara imagine sic extulisse, ut partem esse Bacchici chori sidera, quippe quae et

χοράγ' ἄστρων, νυχίων
φθεγμάτων ἐπίσκοπε,
παῖ Διὸς γένεθλον, προφάνηθι Να-
ξίαις

---

ipsa chori quasi cuiusdam speciem prae se ferant moveanturque re vera, et Bacchum praesidem eorum fingeret: non, inquit, quod res ita se habeat, nihil enim inter siderum meatus et Bacchi choreas commune est: sed quod ita se habere videatur ei, qui in terris omnia, quatiente deo potentissimo, vehementi concita motu, saltatione et clamore plena, eodemque tempore siderum quasi saltantium in coelo chorum conspexerit.

V. 1133. *νυχίων.* Aldus et codd. *καὶ νυχίων.* Elanguem copulam metrum respuit. BRVNCK. *νυχίων φθεγμάτων.* Eurip. Bacch. 159. *ἐν Φρυγίαισι βοαῖς ἐνοπαῖσί τε.* MVSGR.

V. 1135. Male Erfurdtius cum Brunckio post *παῖ* comma posuerat. Nam neque chorus Bacchum *παῖ* appellare potuit, ut eum pater Iuppiter puerum vocat apud Statium Theb. VII. 196. neque eo id trahi licet, quod, ut Tibullus I. 4, 37. ait, solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas. Iungenda haec in unum, ut idem sint quod *ἐκ Διὸς γεγὼς παῖς.*

V. 1136. Veteres libri, *Ναξίαις σαῖς ἅμα περιπόλοις Θυιάσιν, αἵ σε μαινόμεναι.* Triclinius, *ξὺν Ναξίαις σαῖς Θυιάσι προςπόλοις, αἳ δή σε μαινόμεναι.* Livineii liber p. *Ναξίαισι* et *Θυιάσ'.* Iam diu est, quum hunc locum ita correxi, ut nunc edidi. Confirmavit hanc coniecturam quodammodo cod. Par. in quo omissum *Θυιάσιν*, etsi huic codici non multum tribuendum est. Nulla apud scholiastam huius vocis mentio, qui haec tantum habet: *ταῖς ἱερείαις, ταῖς σαῖς ἀκολούθοις. καὶ ἐν Νάξῳ γὰρ τιμᾶται, ὅτι ἐκεῖ τῇ Ἀριάδνῃ συνεγένετο.* Est illud vocabulum aut interpretatio, aut ex male lecto *σαῖσιν* habet originem. Delevit nuper etiam Gaisfordius.

ἅμα περιπόλοισι σαΐ-
σιν, αἵ σε μαινόμεναι πάννυχοι
χορεύουσι τὸν ταμίαν Ἴακχον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Κάδμου πάροικοι καὶ δόμων Ἀμφίονος,
οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπων βίον

V. 1138. πάννυχοι. Eurip. Ion. 730. Νυκτιπόλοις ἅμα σὺν βάκχαις. Mvsgr.

V. 1139. Verbum χορεύειν hic activum est. χορεύειν θεόν, Deum choreis celebrare. Pindarus Isthm. I. 8. καὶ τὸν ἀκειρεκόμαν χορεύων. Alias χορεύειν τινὰ Deus ipse dicitur, id est incitare ad celebrandas choreas, ut apud Eurip. Herc. Fur. 688.

οὔπω καταπαύσομεν
Μούσας, αἵ μ' ἐχόρευσαν.

Per consequentiam χορεύειν significat agitare, turbare, emovere mente, ut in eodem dramate 873.

τάχα σ' ἐγὼ μᾶλλον χορεύσω, καὶ καταυλήσω
φόβῳ. Brvnck.

ταμίαν, dominum, δεσπότην. Pindarus Pyth. V. epod. 2. ταμίᾳ Κυράνας. Critias ap. Athen. lib. I. c. 22. Κᾶρες ἁλὸς ταμίαι. Mvsgr.

V. 1140. Δόμων etiam ad Κάδμον referendum. Problema arithmet. XXXIV. Ἀπλανέων ἄστρων παρόδους τ' ἐπὶ τοῖσιν ἀλητῶν Εἰπέ μοι. Schaefer. Non intercedam: sed non necessarium puto.

V. 1141. στάντ' — βίον, superstitem vitam. Respicit dictum Solonis, neminem durante vita ob felicitatem praedicandum esse. Vid. Oed. T. 1524. Trach. 2. Mvsgr. Male interpretatur Musgravius. Coniungenda ὁποῖον στάντα, quaecumque stet vitae conditio. Scholiastes: ὁπωςδήποτε βεβιωκότα, εἴτε καλῶς, εἴτε ἐναντίως.

οὔτ' αἰνέσαιμ' ἄν, οὔτε μεμψαίμην ποτέ.
τύχη γὰρ ὀρθοῖ, καὶ τύχη καταῤῥέπει
τὸν εὐτυχοῦντα, τόν τε δυςτυχοῦντ' ἀεί·
καὶ μάντις οὐδεὶς τῶν καθεστώτων βροτοῖς.
Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός, ὥς ἐμοί, ποτέ,
σώσας μὲν ἐχθρῶν τήνδε Καδμείαν χθόνα·
λαβών τε χώρας παντελῆ μοναρχίαν

V. 1143. *καταῤῥέπει.* Hoc scholiastes adgnoscit, verum alius lectionis meminisse videtur, quae ex illius verbis, ut nunc feruntur, elici nequit. Brvnck. *καταῤῥέπει.* Proprie verbum neutrum est, sed hic transitivam potestatem habet, ut *ῥέω* Eur. Hecub. 528. Cycl. 391. ubi plura. Theognis v. 157. *Ζεὺς τὸ τάλαντον ἐπιῤῥέπει.* Mvsgr. Scholiastes: *καταῤῥέπει. πίπτει. καταβάλλει. γράφεται δὲ καταῤῥέπει, ὅ ἐστι πίπτειν ποιεῖ.* Elmsleium ad lemma adscripsisse *κατατρέπει* adnotavit Gaisfordius.

V. 1146. *ὥς ἐμοί.* Vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 389. pag. 522. Erf. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 74, 3. (Bibl. Coisl. p. 469.) *ὥς. Σοφοκλῆς ἐν Ἀντιγόνῃ κατ' ἔλλειψιν εἶπε τοῦ ἐμοὶ δοκεῖ, ἢ ἐμοὶ κριτῇ, ἢ τινος τοιούτου.* Vide Toupium ad Suid. vol. I. p. 454.

V. 1147. Vide ad v. 981.

V. 1148. *λαβὼν δέ.* Codd. *λαβών τε.* Mendose Aldus *λαβόντε.* Brvnck. *λαβὼν δὲ* correxerat iam H. Stephanus. Erf. Non haec correctio, sed depravatio est. Posuisset Sophocles *δέ*, si solis usus esset participiis, nec novum intulisset verbum, *εὔθυνε.* Id flagitat, statim per copulam indicari, non, ut quisque exspectat, per participia, sed novo verbo continuatum iri orationem. Quare revocavi *τέ.* Ita iam Camerarius p. 183. ut Welckerus in Diurn. scholast. huius anni part. II. n. 25. monuit, errans ille in eo, quod sic etiam Stephanum, non *δέ*, resti-

εὔθυνε, θάλλων εὐγενεῖ τέκνων σπορᾷ.
καὶ νῦν ἀφεῖται πάντα. τὰς γὰρ ἡδονὰς
ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ

---

tuisse ait. Non inspexit Stephani Annotationes in Sophoclem et Euripidem p. 47. Non recte autem dixeris, respondere sibi μέν et τέ, sed est hoc ἀνακόλουθον. La. λαβόντε.

V. 1149. εὐγενεῖ. In duobus codd. perperam εὐγενῇ. Brvnck. εὐγενῃ sine ι subscr. August. b. et Dresd. a. Erf.

V. 1151. In Aldina et in veteribus codd. sic scriptus est hic versus:

ὅταν προδῶσιν, ἀνδρὸς οὐ τίθημ' ἐγώ.

In E. [et Dresd. a.]

ὅταν προδῶσιν ἄνδρας, οὐ τίθημ' ἐγώ.

In omnibus sequens versus plane omissus. Glossa ad οὐ τίθημ'· ἤτοι οὐ λογίζομαι. ἀεὶ γὰρ τὸ ἐνεστὼς μακαρίζεται, καὶ οὐ τὸ παρεληλυθός. Versum, qui desiderabatur, restituit Turnebus, nescio an e scripto codice. Sane eum ex Eustathio sumere potuit, a quo profertur ad *Ιλ. Ν.* pag. 957, [17. (937, 30.)] ubi de versibus Homero suppositis, et aliis abiudicatis agit. παρὰ Σοφοκλεῖ προστίθεται στίχος ἐν τῷ, Τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρα, οὐ τίθημ' ἐγώ. πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐν τούτοις γὰρ μετὰ τὸ, Οὐ τίθημ' ἐγώ, ἔχουσι τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τό, Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. ἵνα λέγῃ ὁ τραγικός, ὅτι ὅταν πρόδοτος γένηταί τινι ἡ ἡδονή, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν ἔτι τὸν ἄνδρα τοῦτον, ἀλλὰ ψεύδεσθαι τὴν ζωήν. Transitus fit a numero plurali ad singularem, ut Ai. 760. ad quem locum plura huius schematis exempla proferentur. Eadem elegantia transitus fit a singulari ad pluralem, ut supra 709. et 1022. Haud absimile

ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.
πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον, εἰ βούλει, μέγα,
καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων· ἐὰν δ' ἀπῇ
τούτων τὸ χαίρειν, τἄλλ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς

---

voluptatis praeconium e Theophilo Comico profert Athenaeus p. 563.

εἰ γάρ ἀφέλοι τις τοῦ βίου τὰς ἡδονάς,
καταλείπετ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν τεθνηκέναι.

BRVNCK.

Τίθημι. Dorv. ad Charit. p. 336. (403.) Locus inde a verbis *τὰς γὰρ ἡδονὰς* v. 1150. usque ad v. 1156. prorsus ut cum Brunckio exhibui, laudatur ab Athenaeo L. VII. p. 280. b. c. atque iterum L. XII. p. 547. c. ex quo, ut alia multa, sic versum in codd. omissum haud dubie sumpsit Eustathius. Heind. ad Plat. Phaed. p. 39. ERF. *Ἀνδρὸς* etiam La. Addit Eustathius: *ἔστι δὲ ἡ ῥηθεῖσα προςθήκη ἀναγκαιοτέρα πάνυ τῆς τοῦ Ζηνοδότου, ὡς βελτιοῦσα τὴν διάνοιαν.* Idem p. 681, 5. (554, 52.) imperativos ex tragoedia commemorat, *πλούτει κατ' οἶκον καὶ ζῆ.* et p. 1606, 23. (Od. 322, 30.) *πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον εἰ βούλει μέγα καὶ ζῆ.* *Ζῆ* solum autem p. 157, 18. (119, 7.) affert, cuius imperativi alia exempla ex tragicis vide in Bekkeri Anecd. p. 97, 29. De verbis *τύραννον σχῆμ' ἔχων* vide Berglerum ad Alciphr. I. 34. p. 140. s.

V. 1154. *ζῆ* ex plurium Grammaticorum observatione pro *ζῆθι* dicitur. *σχῆμ'*, dignitatem, pompam, fastum, ut Eurip. Hec. 619. *ὦ σχήματ' οἴκων.* ERF.

V. 1155. *καπνοῦ σκιᾶς.* Fumi umbra nihil vilius esse potest. Ex Pindarico dicto hoc adumbratum, *σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος.* BRVNCK. Bacchyl. p. 322. Cler. ERF. Affert hanc sententiam et cum Pindari verbis comparat Eustathius p. 757, 31. (659, 45.)

οὐκ ἂν πριαίμην ἀνδρὶ πρὸς τὴν ἡδονήν.

ΧΟΡΟΣ.

τί δ' αὖ τόδ' ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

τεθνᾶσιν· οἱ δὲ ζῶντες αἴτιοι θανεῖν.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ τίς φονεύει; τίς δ' ὁ κείμενος; λέγε.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Αἵμων ὄλωλεν· αὐτόχειρ δ' αἱμάσσεται.

V. 1156. πρὸς τὴν ἡδονήν, si cum voluptate comparetur. Vid. ad Eurip. Ion. 1532. Mvsgr.

V. 1158. αἴτιοι θανεῖν. Αἴτιος frequenter cum infinitivo reperitur. Exempla congessit Schaeferi diligentia in melet. crit. p. 23. Erf.

V. 1160. αὐτόχειρ. Male acceptum fuit a scholiasta hoc nomen, vel ab iis qui sequentem versum litera Χ notarunt. αὐτόχειρ periisse dicitur, cuicumque violentae manus illatae fuerunt, sive a se ipso, sive ab alio. Proinde postquam Chorus audierat Haemonem αὐτόχειρα αἱμαχθῆναι, nihil magis consentaneum erat, quam percontari eum, utrum sua, an patris manu Haemon interfectus fuisset. αὐτόχειρ idem est quod αὐθέντης. Vide Lexicon in hac voce. Nec credere par est Sophoclem tam ineptam interrogationem Choro tributurum fuisse, nisi vox αὐτόχειρ ambiguae significationis fuisset. Nisi duo sequentes versus ab ipso poëta essent, quos tamen fateor sine ullo detrimento eximi posse, non video, cur eos quivis alius inseruisset. Brvnck. Parum accurate Brunckius, quid sit αὐτόχειρ, exponit. Nam

ΧΟΡΟΣ.

πότερα πατρῴας, ἢ πρὸς οἰκείας χερός;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ, πατρὶ μηνίσας φόνου.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ μάντι, τοὔπος ὡς ἄρ' ὀρθὸν ἤνυσας.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὡς ὧδ' ἐχόντων τἄλλα βουλεύειν πάρα.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὁρῶ τάλαιναν Εὐρυδίκην ὁμοῦ,

---

ita nemo non posset *αὐτόχειρ* occisus dici. Significat haec vox eum, qui ipsa manu aut facit aliquid, aut perpetitur. Ipsam manum autem patet opponi eius manui, in quo hoc non est mirum aut memorabile, quod ipse id faciat aut patiatur. Quare de iis dicitur, qui faciunt patiunturve, quod eos aliena manu facere pative consentaneum erat. Sunt illi autem, qui vel sibi ipsi vel suis manum admovent, et vicissim, qui a se ipsis aut a suis aliquid perpetiuntur. Caeterum littera χ non spurium esse hunc versum indicat, sed parum recte aut apte loquutum esse poetam. Ob eamdem caussam ea littera etiam supra a grammaticis notati sunt versus 731. et 737.

V. 1162. La. *φόνοι*, supra scripto *ου*. Nec spernendum *φόνῳ*.

V. 1165. *ὁμοῦ, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. ἔστι δὲ τοῦτο πολὺ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ὡς καὶ Μένανδρος· Ἤδη γὰρ τοῦ τίκτειν ὁμοῦ.* Photii Lexicon Ms. Sic apud Comicum Equit. 245.

δάμαρτα τὴν Κρέοντος· ἐκ δὲ δωμάτων,
ἤτοι κλύουσα παιδός, ἢ τύχῃ, πάρα.

ΕΥΡΥΔΙΚΗ.

ὦ πάντες ἀστοί, τῶν λόγων ἐπῃσθόμην,
πρὸς ἔξοδον στείχουσα, Παλλάδος θεᾶς

ὁ κονιορτὸς δῆλος αὐτῶν, ὡς ὁμοῦ προςκειμένων.

et Pace 513.

καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη. Brvnck. V. Buttmann. ad Philoct. 1218.

V. 1167. περᾷ. Sic legendum ut supra 386. Perperam Aldus et codd. πάρα. Brvnck. De genitivi cum verbis dicere et audire significantibus coniuncti vera interpretatione vid. Hermann. in Museo antiqu. stud. Vol. I. p. 154. seqq. Erf. Non debebat Erfurdtius περᾷ recipere, quod temere est a Brunckio editum, servatumque a Porsono ad Phoen. 1360. Vulgatam recte tuetur Doederlinus in Specim. ed. Soph. p. 35. habetque La.

V. 1168. August. b. Dresd. a. τῶν λόγων ἐπῃσθόμην, sed melior est vulgata. Sic supra 217. τοῦ νεκροῦ γ'. Erf. Alienissimum hoc exemplum. Habent τῶν λόγων etiam La. Lb. Vat. Livineii lib. v. Editionum est τοῦ λόγου γ'. Sentiebat, opinor, qui ita corrigendum putavit, perineptam esse, postquam exclamaverat ὦ πάντες ἀστοί, talem sententiam: audivi quae narrantur: requiri enim fortius illud, τίνος λόγου ἐπῃσθόμην. Sed fugerat eum, etiam τῶν esse pronomen interrogativum. Neque enim tantum in singulari, sed etiam in plurali, quamquam raro, illa forma utuntur Attici. Sic in Trach. 984. παρὰ τοῖσι βροτῶν κεῖμαι. Quare signum interrogandi adscripsi versui 1170.

V. 1169. Παλλάδος θεᾶς. Sic θεὰ Ἥρα Eurip. Troad. 983. Παλλάδος θεᾶς ibid. 545. Mvsgr.

ὅπως ἱκοίμην εὐγμάτων προσήγορος;
καὶ τυγχάνω τε κλῆθρ' ἀνασπαστοῦ πύλης

Novae syntaxeos scriptori p. 174. iungere placuit πρὸς ἔξοδον Παλλάδος θεᾶς.

V. 1170. *Παλλάδος εὐγμάτων προσήγορος.* Constructionis ratio ex eo explicanda, quod προσαγορεύειν duplicem regere accusativum potest. Vid. Porson. ad Phoen. 300. Erf.

V. 1171. κλεῖθρ' — πύλης. Periphrasis pro ipsa porta. Ἀνασπαστοῦ interpretandum putem, quae in aperiendo intus trahitur. Musgr. Heind. ad Plat. Phaedon. p. 264. Erf. Affert Heindorfius h. l. propter καὶ in verbis καί με φθόγγος βάλλει. In cuiusmodi structura quum pro καὶ etiam ὅτε vel alia similis particula poni possit, interpretes ii, qui quodvis vocabulum omnia significare putant, καὶ volunt quum esse. Hic quidem de eo agitur, an recte se habeat καὶ τυγχάνω γε. Videtur autem: nam licet haec ita interpretari: et quidem aperiebam fores, i. e. in eo ipso eram, ut fores aperirem. Recte tamen etiam scribebatur καὶ τυγχάνω τε, ut apud Xenoph. Anab. IV. 6, 2. quem locum Heindorfius affert: καὶ ἤδη τε ἦν ἐν τῷ τρίτῳ σταθμῷ, καὶ ὁ Χειρίσοφος αὐτῷ ἐχαλεπάνθη, ὅτι οὐκ εἰς κώμας ἦγεν· ὁ δὲ ἔλεγεν ὅτι οὐκ εἶεν ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ. Sic etiam Cyrop. I. 4, 28. καὶ ὁδόν τε οὔπω πολλὴν διηνύσθαι αὐτοῖς, καὶ τὸν Μῆδον ἥκειν πάλιν ἱδροῦντι τῷ ἵππῳ. Ex cuiusmodi exemplis cognosci potest, nullo modo καὶ pro ὅτε poni. Atque usurpatur illud καί — τε — καὶ etiam sequente particula temporali, ut in Anabasi I. 8, 1. καὶ ἤδη τε ἦν ἀμφὶ ἀγορὰν πλήθουσαν, καὶ πλησίον ἦν ὁ σταθμός, ἔνθα ἔμελλε καταλύσειν, ἡνίκα Παταγύας προφαίνεται. Haec olim scripsi. Nunc ex La. dedi καὶ τυγχάνω τε κλῆθρ', in quo supra scriptum γε, quod in vulgatis est. Lb. δὲ

χαλῶσα, καί με φθόγγος οἰκείου κακοῦ
βάλλει δι' ὤτων· ὑπτία δὲ κλίνομαι
δείσασα πρὸς δμωαῖσι, κἀποπλήσσομαι.
ἀλλ' ὅςτις ἦν ὁ μῦθος, αὖθις εἴπατε.
κακῶν γὰρ οὐκ ἄπειρος οὖσ' ἀκούσομαι.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἐγὼ, φίλη δέσποινα, καὶ παρὼν ἐρῶ,

κλῇθρ'. — Ἀνασπαστὸν πύλην male interpretatur Coraes ad Heliodor. p. 290. nihil differre putans a καταῤῥακτῇ θύρᾳ, quae etiam ἐπιῤῥακτὴ dicitur, ut ipse docuerat p. 48. At illa est ianua pensilis in solo, descensum praebens ad ea quae infra sunt: quod apertissime monstrant loci, quos affert, Plutarchi, πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον §. 4. p. 781. E. et in Vita Arati cap. 26. quo loco eadem significatione etiam οἱ καταῤῥᾶκται, pariterque in Vita M. Antonii cap. 77. positi. Ἀνασπαστοῦ πύλης κλεῖθρα χαλῶσα dictum usitatissima figura, pro ὥςτε ἀνασπαστὸν γενέσθαι. Sic etiam Naekius apud Schopen. in dissertatione de Terentio et Donato pag. 19. Id si sic est intelligendum, ut Musgravio placet, comparari potest cum ἐπισπᾶν τὴν θύραν apud Xenoph. H. Gr. VI. 4, 36. quod est annulo attrahere ianuam, qui inde ἐπίσπαστρον vel ἐπισπαστὴρ appellatus. De eo v. Valck. ad Herodot. VI. 91. Sed vereor ne nihil aliud quam pessuli retractio significetur. Contrarium est ἐπιῤῥήξασα in Oed. R. 1244. Rem pluribus explicat Eustathius p. 1358, 57. (1495, 8) Scholiastes tamen similiter, ut Musgravius, intellexisse videtur, qui scribat: δυςχερῶς ἀνασπωμένης καὶ ἀνοιγομένης. Cur ὀξύτονον sit ἀνασπαστός, disci potest ex Etym. M. p. 269, 3.

V. 1177. παρὼν h. l. φράσεως ἕνεκα, ut Grammatici loquuntur, et ex abundanti additum. Vid.

κοὐδὲν παρήσω τῆς ἀληθείας ἔπος.
τί γάρ σε μαλθάσσοιμ' ἂν ὧν ἐς ὕστερον
ψεῦσται φανούμεθ'; ὀρθὸν ἁλήθει' ἀεί.
ἐγὼ δὲ σῷ ποδαγὸς ἑσπόμην πόσει
πεδίον ἐπ' ἄκρον, ἔνθ' ἔκειτο νηλεὲς
κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους ἔτι·
καὶ τὸν μέν, αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεόν,

Lobeckius meus ad Ai. 58. Erf. *Παρὼν* fortasse hic, quum praesens adfuerim. Eurip. Suppl. 649. Idem. Euripidis exemplum nihil ad rem. Comparanda erant talia, quale hoc Aeschyli in Persis v. 266. *καὶ μὴν παρών γε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων, Πέρσαι, φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά.*

V. 1180. Vulgo *ἡ ἀλήθει'*. Brunckius et Erfurdtius *ἡ 'λήθει'*. Citavit Martinus, qui de talium scriptura disputarunt, Elmsleium ad Heracl. 460. ad Med. 56. et Reisigium in Syntagm. p. 27.

V. 1181. *ἔγωγε*. Libri omnes *ἐγὼ δὲ*, male. Brunck. Imo optime. *δὲ* saepius ab initio orationis ponitur post *ἐγώ*, v. c. Xenoph. Cyrop. II, 3, 8. IV, 5, 23. Anab. VI, 6, 9. Recte Porsonus Eurip. Med. 526. *ἐγὼ δ'* Aldinae scripturae *ἔγωγ'* praetulit. Erf.

V. 1182. *πεδίον ἐπ' ἄκρον*. August. E. T. *πεδίων ἐπ' ἄκρων*. Brunck. *πεδίων ἀπ' ἄκρων* Dresd. a. Erf. La. Lb. *ἄκρων*. Lb. *πεδίων*. *Νηλέως* coniecit Elmsleius in cens. Aesch. Prom. ed. Blomf. ad v. 239. Neutrum vereor ne non nisi *νηλεές* dici potuerit.

V. 1184. *ἐνοδίαν θεόν*, Proserpinam, ut Eurip. Helen. 576. Ion. 1048. Erf. Non Proserpinam, sed Hecaten dicere videtur, de qua est etiam in Helena Euripidis. Scholiastes: *τὴν Ἑκάτην, ἢ τὴν Περσε-*

Πλούτωνά τ', ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχέθειν,
λούσαντες ἁγνὸν λουτρόν, ἐν νεοσπάσιν
θαλλοῖς ὃ δὴ 'λέλειπτο συγκατήθομεν,
καὶ τύμβον ὀρθόκρανον οἰκείας χθονὸς
χώσαντες, αὖθις πρὸς λιθόστρωτον κόρης
νυμφεῖον Ἅιδου κοῖλον εἰςεβαίνομεν.
φωνῆς δ' ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων
κλύει τις ἀκτέριστον ἀμφὶ παστάδα,

φόνην. Solo in Ionis loco ἐνοδία θυγάτηρ Δάματρος videri potest Proserpina esse: sed ibi quoque de Hecate sermo.

V. 1185. ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχέθειν, animum mitem et propitium habere. ὀργάς, animum, ut ἐπήνεσ' ὀργὰς ἠπίους Eurip. Troad. 53. Mvsgr.

V. 1186. λούσαντες ἁγνὸν λουτρόν. Vide Musgr. ad Trach. 50. et Porson. ad Eurip. Phoeniss. 300. Erf.

V. 1188. οἰκείας χθονός, domesticae terrae, i. e. patriae, natalis. Mvsgr.

V. 1190. νυμφεῖον Ἅιδου. Recte confert Musgravius Ἀχέροντι νυμφεύσω v. 810. Specie tantum similia sunt, quae Bothius, Orcinum, mortiferum thalamum intelligens, excitavit, δίκτυον ᾅδου Aeschyl. Agam. 1123. ᾅδου μήτηρ ibid. 1246. ᾅδου μάγειρος Eurip. Cycl. 396. Erf.

V. 1191. Citantis hunc versum Moschopuli in Dictt. Att. pessime corrupta verba sic restituenda: τὰ εἰς ω μέγα πάντα, ἔξω, πόῤῥω. δεῦρο δὲ καὶ ἄπο, μικρόν. ἄπωθεν δὲ αὖθις, μέγα. Σοφοκλῆς· φωνῆς δ' ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων.

V. 1192. Παστάδα dixit, νυμφεῖον Ἅιδου respiciens, qui thalamus quoniam sepulcri instar erat, ἀκτέριστον vocat.

καὶ δεσπότῃ Κρέοντι σημαίνει μολών.
τῷ δ' ἀθλίας ἄσημα περιβαίνει βοῆς
ἕρποντι μᾶλλον ἆσσον, οἰμώξας δ' ἔπος
ἵησι δυςθρήνητον· ὢ τάλας ἐγώ,
ἆρ' εἰμὶ μάντις; ἆρα δυστυχεστάτην
κέλευθον ἕρπω τῶν παρελθουσῶν ὁδῶν;
παιδός με σαίνει φθόγγος. ἀλλά, πρόςπολοι,
ἴτ' ἆσσον ὠκεῖς, καὶ παραστάντες τάφῳ

V. 1193. La. *μολων*, supra scripto *αθ*, i. e. *μαθών*.

V. 1194. *ἄσημα βοῆς*, i. e. *ἄσημος βοή*. Sic infra 1214. *ἐν τῷ ξυμφορᾶς*. 1251. *ἄνολβα βουλευμάτων*. — *περιβαίνει*. Eurip. Suppl. 609. *τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει*. Erf. Schaeferus coniecit *περισαίνει* ex v. 1199. qui vellem constructionem illius verbi cum dativo potius, quam, in quo genere sibi placet, commutationem litterarum *β* et *σ*, quae nemini potest mira videri, demonstrasset. Non magis admitti potest, quod Wundero, numeris non elegantibus offenso, in mentem venit, *περιφέρει*. Exspectes hic potius *περιπιτνεῖ*. Nam *περιβαίνει* quidem mihi quoque insolentius dictum videtur, quam ut non suspectum habeam, praesertim quum aliud quid scholiastam legisse credibile sit, qui scribat: *τὰ κακὰ σύμβολα τῆς βοῆς περιστοιχίζεται*.

V. 1196. Revocavi *ὢ* ex edd. vett. pro *ὦ*.

V. 1197. Si proprie accipiendum esset nomen superlativum, diceret, quod fieri nequit. Nam praesens via non est in illis, quas iam ante ivit. Sed superlativi ea vis est, ut significet longe infeliciorem viam, quam illae fuerunt. Vide ad Viger. p. 718.

V. 1200. s. Posui comma et post *τάφῳ*, et post *λιθοσπαδῆ*. Sed delevi vulgo positum post *ἀθρήσαθ'*. Ita demum cohaerent quae arcte iungenda

ἀθρήσαθ', ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ
δύντες πρὸς αὐτὸ στόμιον, εἰ τὸν Αἵμονος
φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖσι κλέπτομαι.
τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν

---

sunt, *ἀθρήσαθ' ἁρμὸν χώματος λιθοσπαδῆ.* Dionysius Halic. Ant. Rom. V. c. 7. *ἁρμῷ τινι τῆς θύρας διαφανεῖ τὴν ὄψιν προςβαλών.* Plutarchus V. Alex. c. 3. *ἀποβαλεῖν δὲ τῶν ὄψεων αὐτὸν τὴν ἑτέραν, ἣν τῷ τῆς θύρας ἁρμῷ προςβαλὼν, κατώπτευσεν κ. τ. λ. Ἀθρεῖν*, sic iunctum accusativo sine praepositione, neminem opinor, offendet: sin, consulat quae mox sequuntur v. 1231. *τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς.* Schaefer. Non inspexit aliam editionem, quam Brunckianam. Aliter vidisset se nihil nisi vulgatam interpunctionem restituere. At ita sensus foret: quaerite rimam. Non videtur autem hic de rima, sed de perangusto inter saxa intervallo, per quod homo se penetrare possit, sermo esse. Per illud intervallum et Haemon ad Antigonam accesserat, et nunc adire iubentur ministri, et mox ipse Creon introiturus est. Scholiastes: *λιθοσπαδῆ. ὡς λίθου ἀποσπασθέντος, ὅπως εἰςέλθῃ ὁ Αἵμων. ἢ ὑμεῖς ἀποσπάσαντες ἀθρήσατε.* Prior explicatio vera. Nam qui ad Antigonam pervenisset Haemon, nisi evulsis lapidibus, quibus obstructus erat speluncae aditus? Frustra ergo Maltby ad Morelli Thes. p. 596. scribit: „aliquando mihi visum fuit inter hunc et versum sequentem nonnihil defuisse; cuius fortasse sententia erat huiusmodi, *ἀποσπάσαντες, καὶ λιθόστρωτον στέγην.*"

V. 1201. *ἁρμὸς λιθοσπαδὴς* est rima evulsis saxis facta. Erf.

V. 1204. *ἐξ ἀθύμου.* gl. *ὀλιγοψύχου. τὸ ΕΞ πρὸς τὸ ἠθροῦμεν ἔχει τὴν δύναμιν.* Optime. Ordo est, *τάδε ἐξηθροῦμεν κελεύσμασιν ἀθύμου δεσπότου.* Da-

tivus est latine reddendus per praepositionem propter vel ob, ut supra 391. ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, propter tuas minas. El. 42. γήρᾳ τε καὶ χρόνῳ μακρῷ, ob senectutem et longum tempus. Brvnck. Eur. Herc. F. 293. κάμνουσι τοῖς αἰσχροῖσι τῶν τέκνων ὕπερ. Ἐξ minime pertinet ad ἠθροῦμεν, sed quum dicendum esset aut ἠθροῦμεν ἐκ δεσπότου (auctore hero, Hermann. ad Viger. p. 812. not. 385.) aut ἠθροῦμεν κελεύσμασιν δεσπότου, coniunxit poeta utrumque. Vide Hermann. in Museo antiq. stud. Vol. I. pag. 208. Alia ratio est loci Aeschylei, quem in mai. ed. comparaveram, S. Th. 452. κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαις temere vinci se passus cupiditate. Possis tamen etiam iungere κελεύσμασιν ἐξ ἀθύμου δεσπότου, praepositione originem significante. Sic Aeschyl. Agam. 1377. τεκμηρίοισιν ἐξ οἰμωγμάτων. ibid. 1641. ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ. Erf. Supervacaneum videtur, quaerere utrum sensus sit, ἠθροῦμεν ἐκ δεσπότου, κελεύσμασιν αὐτοῦ, an, quod multo est probabilius, ἠθροῦμεν τοῖς ἐκ δεσπότου κελεύσμασιν, nisi prius multo maior difficultas, quam ne animadverterunt quidem interpretes, remota fuerit. Brunckius vertit: haec, ut iusserat exanimatus herus, inspeximus. Similiterque alii. At si τάδε cum ἠθροῦμεν coniungendum esset, scripsisset Sophocles, τάδ' οὖν ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ἠθροῦμεν. Nunc, quum desit huiusmodi particula, τάδε necessario ad dicta Creontis referri debet. Ac potest quidem hoc vocabulum ab nomine κελεύσμασιν regi, ut eam ob caussam etiam ἐκ δεσπότου potius, quam δεσπότου dictum videatur. Quum enim nuncius aut, τάδε ἐκ δεσπότου κελευσθέντες, ἠθροῦμεν, aut τοῖςδε δεσπότου κελεύσμασιν ἠθροῦμεν, dicere deberet, videri potest utrumque in unam locutionem coniunxisse, τάδε regi faciens a κελεύσμασιν. Quae constructio frequens est apud Latinorum veteres poetas, ut apud Plautum, quid tibi hanc curatio est rem? Vt

ἠθροῦμεν· ἐν δὲ λοισθίῳ τυμβεύματι
τὴν μέν, κρεμαστὴν αὐχένος κατείδομεν,
βρόχῳ μιτώδει σινδόνος καθημμένην·

Sophoclis verba eadem constructione Latine verti possint, haec ab hero imperiis inspeximus, quod est, quum haec ab hero imperata essent. Sed tamen permirum foret, si Sophocles, quum eodem sensu nitidissima oratione scribere posset, *τοῖςδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ἠθροῦμεν*, tam impeditam constructionem, idque in narratione, cui praecipue simplicitas convenit, praetulisset. Quare valde vereor, ne hic aliquid exciderit, et oratio processerit tali quodam modo: *τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου κελεύσμασιν ταχθέντες, — ἠθροῦμεν.*

V. 1207. *μιτώδει.* Sic liquido E. T. et scholia Ms. Triclinii. Vulgo *μιτρώδει*, quod ineptum est. *βρόχος μιτώδης σινδόνος* est *βρόχος στερεὸς σινδόνος, βρόχος πολυμίτου σινδόνος. εὔμιτος* occurrit apud Eurip. Iphig. T. 824.

ὕφηνα καὶ τόδ' εἶδος εὐμίτοις πλοκαῖς.

βρόχος μιτώδης idem est quod *βρόχος εὔμιτος.* — *καθημμένην.* gl. *ἀπῃωρημένην.* Brvnck. Scholiastes: *μιτρώδη βρόχον, ὅςτις ἦν αὐτῇ ζώνη ἀπὸ σινδόνος.* Triclinius: *τὸ δὲ βρόχῳ μιτρώδει σινδόνος κυρίως τὴν ἀρπεδόνην τὴν ἐν τοῖς ὑφάσμασι φασίν· ἐνταῦθα δὲ λέγει τὴν ζώνην αὐτῆς, ἥτις στενοεπίμηκες ἦν τμῆμα σινδόνος. ἄλλοι δὲ, τὸ αὐτῆς κρήδεμνον. οἱ δὲ, τὸ τῆς σινδόνος μέρος, μεθ' ἧς αὐτὴν ἐνεῖκαν ἐκεῖσε.* Non potest ex his colligi, *μιτώδει* legisse Triclinium, etiamsi id in cod. MS. est. Nec profecto *μιτρώδει* plane est ineptum. Praestare tamen videtur *μιτώδει*, quod est *βρόχῳ ἐκ μίτων σινδόνος*, quia hic, ex qua re factus esset laqueus, potius quam quae eius forma esset, indicari debebat. Lb. *μιτώδει* ex em. pro

τὸν δ', ἀμφὶ μέσσῃ περιπετῆ προςκείμενον,
εὐνῆς ἀποιμώζοντα τῆς κάτω φθοράν,
καὶ πατρὸς ἔργα, καὶ τὸ δύστηνον λέχος.
ὃ δ' ὡς ὁρᾷ σφε, στυγνὸν οἰμώξας, ἔσω
χωρεῖ πρὸς αὐτόν, κἀνακωκύσας καλεῖ·
ὦ τλῆμον, οἷον ἔργον εἴργασαι; τίνα
νοῦν ἔσχες; ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης;
ἔξελθε, τέκνον· ἱκέσιός σε λίσσομαι.
τὸν δ' ἀγρίοις ὄσσοισι παπτήνας ὁ παῖς,
πτύσας προςώπῳ, κοὐδὲν ἀντειπών, ξίφους

---

ante scripto μητρῴδει. La. μιτώιδη, supra scriptis ρ et ει. Caeterum cur Erfurdtius et Schaeferus cum Brunckio post αὐχένος, non post κατείδομεν cum antiquis libris distinguendum putaverint, non video. Primo res ipsa, suspensam illam fuisse, dein, quomodo id fecisset, dicendum erat.

V. 1208. μέσσῃ. Eadem forma recurrit infra 1221. et in Sophoclei Thyestis fragm. VI.

εἶτ' ἦμαρ αὔξει μέσσον, ὄμφακος τρόπον.

Sic πολλὸν habuimus supra v. 86. ubi vide. Erf.

V. 1209. εὐνῆς τῆς κάτω, coniugis iam apud inferos agentis. Musgr.

V. 1217. πτύσας προςώπῳ, vultu abominans patrem. Inficete Musgravius: patris faciem inspuens. Erf. Scholiastes: πτύσας προςώπῳ. οἷον ἀποστραφεὶς καὶ σκυθρωπάσας, καὶ ἐκ τοῦ προςώπου καταμεμψάμενος, οὐ κυρίως προςπτύσας τῷ πατρί· ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ φαμὲν, κατέπτυσεν αὐτοῦ, ὅ ἐστι κατεφρόνησε τῶν λόγων αὐτοῦ. οὐχ εἷλκε δὲ τὸ ξίφος κατὰ τοῦ πατρός, ὥςπερ ᾤετο· εἶπε γὰρ ἄνω, (v. 747.) ἡ δ' οὖν θανεῖται, καὶ θανοῦσ' ὀλεῖ τινά. ὁ ἄγγελος δὲ οὕτω νομίζων ἀπαγγέλλει. Raro talia adnotant scholiastae. Sane nuncio visus est patrem velle

occidere: quod arguit verbum ἤμπλακεν. Haemonem enim necesse erat in tali tempore minari patri, ut eum submoveret, ne cohiberetur, quo minus se ipse occideret. Reprehenderunt hanc interpretationem Naekius in programmate a. 1823. scripto, et, qui huic assentitur quidem, sed ut tamen non sine nota dimittat, Boeckhius in diss. prima de Antigona p. 41. Naekius sententiae suae auctorem habet Aristotelem in libro de A. P. 14, 16. ἢ γὰρ πρᾶξαι ἀνάγκη, ἢ μή· καὶ εἰδότας, ἢ μὴ εἰδότας. τούτων δὲ τὸ μὲν γιγνώσκοντα μελλῆσαι, καὶ μὴ πρᾶξαι, χείριστον. τό τε γὰρ μιαρὸν ἔχει, καὶ οὐ τραγικόν· ἀπαθὲς γάρ. διόπερ οὐδεὶς ποιεῖ ὁμοίως, εἰ μὴ ὀλιγάκις· οἷον ἐν Ἀντιγόνῃ τὸν Κρέοντα ὁ Αἵμων. Monet autem Naekius, aliquid excusationis esse Sophocli ex eo, quod narretur res omnis, non fiat coram spectatoribus. „Vel sic tamen," inquit, „si nihil aliud, certe inutile erat, tam atrocem conatum conferre in Haemonem." Longius progreditur Boeckhius, qui non solum dubitat an Aristoteles non voluerit reprehendere Sophoclem, sed defendendum etiam omnino atque adeo laudandum esse poetam censet. Duas enim ob caussas Haemonem ferrum in patrem stringere, primum ut appareat quantum ille sibi etiam apud maxime necessarios odium pepererit; deinde ut intelligatur, eum cupiditate furentem, propter amissum rationis imperium mori. Neutrum, opinor, attulisset, nisi ipsi accidisset, ut illa cupidius disputaret. Nam ad odium in quo Creon apud suos sit ostendendum plane nihil confert illud Haemonis factum, quia nisi Creontem aliunde cognitum haberemus, ex illo Haemonis impetu minime qualis esset intelligeremus. Nam quid mirum, vel filium, cui sponsam quam amet vivam sepeliri iusserit pater, ubi eam mortuam esse videt, ensem in hunc stringere, etiam si sit vir optimus et iure interfecerit virginem? Neque vero alterum, quod affert Boeckhius, consequitur, mori illum, quod cupiditati se permittens rationis imperium amiserit. Amoris enim

impotentia caussa est mortis, quam sibi consciscere iam dudum destinaverat Haemon, significaveratque id v. 747. Quod ensem stringit adversus patrem, neque ad mortem quidquam confert, et tantum abest, ut irae quoque impotentem esse prodat, ut cohibere se ab occidendo patre videatur. Si persequeretur fugientem et transfigeret, abreptus animi impetu dici posset, parricidiique dein poenam morte luere. Verum quidem est, quod dicit Boeckhius, eximio iudicio usum esse Sophoclem, et bene scivisse, quid scriberet et cur id scriberet. Sed id illud ipsum est, quod confirmat nostram interpretationem. Nam Sophoclis illa, quam merito maxime admiramur ars, in moribus describendis posita est: quo in genere ita ille excelluit, ut vix invenias apud veteres, qui cum eo comparari possit. Atque in Haemone quidem exemplum ille proposuit hominis nec levis, neque cupiditatibus temere rapti, sed, quo magis imo in pectore commoveretur, eo minus quid sentiret ostentantem: quare cum patre colloquens, quamvis gravi indignatione commotus, tamen summa moderatione se continet, nec nisi invicta patris pervicacia compulsus, ea se mente esse prodit, ut, si Antigona ad mortem abducatur, non sibi vitalem vitam esse censeat. Is igitur talis homo ubi perrupit ad miserae virginis sepulcrum, quamque tantopere amaverat exanimatam videt, quid faciat, quum venire videt patrem, qui se inde abstrahat, quam ut ensem e vagina proripiat, minitans mortem cuicumque, qui se a corpore amatae virginis avellere conetur? Hoc ita naturae consentaneum est, ut neminem, cuius lateri ensis appendeat, aliud facturum credam. Et quanto magis, si abstractum veniat is, qui caussa sit omnis istius mali? Non ergo ut occidat patrem ulciscaturque iniuriam sibi factam, stringit ensem, sed ut terreat, qui se avellere a mortua velit. Nam et contulit se in illum locum ut una moreretur, nec, si vindictam sumere vellet, in minis consisteret, sed persequeretur fugientem et interfi-

ἕλκει διπλοῦς κνώδοντας· ἐκ δ' ὁρμωμένου
πατρὸς φυγαῖσιν, ἤμπλακ'· εἶθ' ὁ δύςμορος
αὑτῷ χολωθείς, ὥςπερ εἶχ', ἐπενταθεὶς
ἤρεισε πλευραῖς μέσσον ἔγχος, ἐς δ' ὑγρὸν
ἀγκῶν' ἔτ' ἔμφρων παρθένῳ προςπτύσσεται·

---

cere conaretur. Quod quum non faciat, apertum est, quid voluerit. Idque ex ipsis potest nuncii verbis colligi. Nam quod is dicit, ἐκ δ' ὁρμωμένου πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακε, non est incassum petiit ense patrem, sed, ubi, fugiente patre, non erat in quem saeviret.

V. 1218. διπλοῦς κνώδοντας. An duplicem aciem? Vid. ad Ai. 1025. Mvsgr. Lobeckius ad Soph. Ai. 814. p. 350. remoras gladii (capuli morae Sil. Ital. Pun. I. 515.) intelligit. Erf. Recte. Vide Xenoph. de venat. 10, 3. et 16.

V. 1220. ἐπενταθείς, in ensem protentus. Erf.

V. 1222. παρθένον προςπτύσσεται. Sic olim edidi ad graeci sermonis normam: postea eamdem hanc lectionem reperi in E. Ceteri libri παρθένῳ soloece. Medium προςπτύσσομαι non alium casum adsciscit praeter quartum. Vide quae notavimus ad Eurip. Medeam 1399. Apollon. Argon. III. 782.

ἦ μιν ἄνευθ' ἑτάρων προςπτύξομαι οἷον ἰδοῦσα;

Idem IV. 1071.

οἷα δ' ἀκοίτην
κουρίδιον θαλεροῖσι δάμαρ προςπτύσσετο μύθοις.

ὑγρὸν perperam glossa interpretatur ἐξ αἵματος. Flexile, molle brachium significat, et ex consequenti debile. Eteocles moriens apud Euripidem Phoen. 1448.

ἤκουσε μητρός, κἀπιθεὶς ὑγρὰν χέρα —

quod minime significat manum madentem, sed manum debilem. Brvnck. Iusto calidius a Brunckio ex uno codice caeterorum librorum omnium

καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν
λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος.
κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ, τὰ νυμφικὰ
τέλη λαχὼν δείλαιος εἰν Ἅιδου δόμοις,

---

scriptura mutata est. Dativo iunctum *προςπτύσσεσθαι* etiam in Trachiniis v. 767. Insolentiora amans Sophocles hoc praetulit. Sensus verborum hic est: implicatur virgini, recipiens eam in languescentem ulnam.

V. 1223. *πνοήν.* In August. *ῥοήν.* Brvnck. Etiam La. Lb. *ῥοήν.*

V. 1224. Scholiastes: *τὴν πνοὴν τοῦ φοινίου σταλάγματος ἐκβάλλει τῇ λευκῇ αὐτῆς παρειᾷ, ὅ ἐστιν, αἷμα ἐξέπνευσε.*

V. 1225. *περὶ νεκρῷ.* Eurip. Phoen. 888. *πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες.* ubi vid. Valcken. Erf.

Ibid. *τὰ νυμφικὰ τέλη.* Pollux III. 38. *προτελίζεσθαι δὲ ἐλέγοντο οὐ μόνον αἱ νύμφαι, ἀλλὰ καὶ οἱ νυμφίοι. καὶ τέλος, ὁ γάμος ἐκαλεῖτο.* Brvnck. Musgravius comparat Aeschyl. Eum. 838. *γαμηλίου τέλους.* Erf.

V. 1226. *ἐν Ἀΐδου.* Vulgo *εἰν Ἅιδου*, quod mendae suspectum esse possit: nam nuspiam alibi poëticum *εἰν* in senario tragico occurrit. Verum huiusmodi poëticae formae apud Tragicum nostrum plurimae reperiuntur, *μέσσος*, *ἔσσομαι*, *ἐνὶ* pro *ἐν*, *ὑπαὶ*, *ποτὶ* in compositione pro *πρὸς*, Trach. 1214. Codd. plerique hic habent *εἰν ᾅδου.* gl. *διὰ τὸ μέτρον.* E. *ἐν ᾅδου.* Inepta est Heathii emendatio *ἐν γ' ᾅδου.* Doctior est nuperi editoris Britanni coniectura *εἰς ᾅδου.* At, si quid mutandum, praestat *ἐν Ἀΐδου.* Trisyllabum *ἀΐδης* occurrit in senariis rarissime. Aliud exemplum observare memini in versu ex aliqua comoedia sumto,

χρυσὸς δ' ἀνοίγει πάντα, κἀΐδου πύλας.

ibi κἀΐδου est pro καὶ ἀΐδου. Contractionem amat Attica dialectus, dialysin Ionica. Apud Sophoclem nullibi, quantum commemini, reperias Ἡρακλέϊ τετρασυλλάβως. Sic exstat apud Euripidem Heraclidarum initio:

ἐξὸν κατ' Ἄργος ἡσύχως ναίειν, πόνων
πλείστων μετέσχον εἷς ἀνὴρ Ἡρακλέϊ.

et v. 991.

τῷ σῷ δὲ παιδὶ συγγενὴς Ἡρακλέϊ *).

Brunck.

Bene Heathius ἔν γ' Ἅιδου δόμοις, i. e. certe in Plutonis aedibus. Brunckianae rationi hoc obstat, quod trisyllabum Ἀΐδης correpta prima syllaba in Tragicorum senariis non reperitur. Secus esse apud Comicos, id probat, si sanus est, versus a Brunckio excitatus; καὶ enim cum α natura longo, quod meminerim, non coalescit: sed vereor equidem, ne poëta scripserit κἂν Ἅιδου. Numquam Ἀΐδης in iambis trisyllabum esse Hermannus ad Hecubam p. 114. monuit, quae observatio non sine exceptione vera esse videtur. Simonidis quidem locus apud Stobaeum XCVI. (XCVIII.) p. 403. Grot. 529, 36. Gesn.

πέμπει μελαίνης Ἀΐδης ὑπὸ χθονός,

nec potest commode, nec debet corrigi. Sed quod cum Simonidis versu protulit Porsonus ad Hecub. 1018. Euripidis fragmentum apud Lucian. Necyom. T. I. p. 456, 14.

οὐκ, ἀλλ' ἔτ' ἔμπνουν Ἀΐδης μ' ἐδέξατο,

sic restituendum esse suspicor: οὐκ, ἀλλ' ἔθ' Ἅιδης ἔμπνοόν μ' ἐδέξατο, quem ad modum iudice Porsono ad Orest. 499. verborum ordo a sciolo mutatus est Bacch. 8. Adde Leonidae Tarentini locum, quem citat Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 293. Erf. Non ausim hic quidem εἰν mutare, propter Homericum εἰν Ἀΐδαο. Quamquam in Heathii coniectura,

*) Ἡρακλέϊ iudice Porsono ad Eurip. Orest. 675. mendosum est scribendumque Ἡρακλέει. Erf.

δείξας ἐν ἀνθρώποισι τὴν ἀβουλίαν,
ὅσῳ μέγιστον ἀνδρὶ πρόςκειται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

τί τοῦτ' ἂν εἰκάσειας; ἡ γυνὴ πάλιν
φρούδη, πρὶν εἰπεῖν ἐσθλὸν ἢ κακὸν λόγον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

καὐτὸς τεθάμβηκ'· ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι,
ἄχη τέκνου κλύουσαν, ἐς πόλιν γόους
οὐκ ἀξιώσειν, ἀλλ' ὑπὸ στέγης ἔσω
δμωαῖς προθήσειν πένθος οἰκεῖον στένειν.
γνώμης γὰρ οὐκ ἄπειρος, ὥςθ' ἁμαρτάνειν.

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδ'· ἐμοὶ δ' οὖν ἥ τ' ἄγαν σιγὴ βαρὺ

---

quam Erfurdtius receperat, nihil est quod reprehendas. Quod autem Elmsleius ad Med. 1203. ut Sophocleum posuit, εἰς Ἅιδου δόμους, vereor ne non multi probaturi sint. Ἀΐδης trisyllabum prima longa vindicari, opinor, tragicis poterit. In Simonide nihil ea forma offensionis habet. La. Vat. ἐν. Lb. εἰν.

V. 1233. ἀξιώσειν. Ad hoc verbum ex seq. v. retrahi debere στένειν recte vidit Seidlerus meus. Dorv. ad Char. p. 707. (633) Erf.

V. 1234. Cod. Par. στέγειν.

V. 1235. Scholiastes: οὐκ ἀνόητος φησὶν ὑπάρχει, ὥςτε δημοσίᾳ ὀδύρεσθαι. ἁμαρτάνειν δὲ λέγει νῦν τὸ ἐμφανῶς θρηνεῖν.

V. 1236. Perperam vulgo ἐμοὶ δ' οὖν. Sincerae scripturae vestigia supersunt in membr. [August. b. et Dresd. a.] ubi ἔμοι δ' οὖν. Brunck. Immo perperam Brunckius ἔμοιγ' οὖν, quem non debebat Er-

δοκεῖ προςεῖναι, χὴ μάτην πολλὴ βοή.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀλλ' εἰσόμεσθα, μή τι καὶ κατάσχετον
κρυφῇ καλύπτει καρδίᾳ θυμουμένῃ,
δόμους παραστείχοντες. εὖ γὰρ οὖν λέγεις.
καὶ τῆς ἄγαν γάρ ἐστί που σιγῆς βάρος.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν ὅδ' ἄναξ αὐτὸς ἐφήκει
μνῆμ' ἐπίσημον διὰ χειρὸς ἔχων,

---

furdtius sequi. Saltem dedissent *ἐμοὶ γοῦν*. Illud *ἔμοι δ' οὖν* vulgata est scriptura, quae est etiam in La.

V. 1238. *κατάσχετον* h. l. significare videtur repressum (verhalten). Musgr. malebat *μή τι κἀκατάσχετον*, et seq. v. *καρδία θυμουμένη*, casu recto, quem praebet Dresd. a. et Ald. Erf. Vera videtur Erfurdtii interpretatio. Neque *ἀκατάσχετον* legisse puto scholiasten, quamvis ita scribentem: *ἀλλ' ἔσω ἀπελθόντες μαθησόμεθα, μή τι καὶ μανιῶδες κρύφα βουλεύεται, ἀνελεῖν ἑαυτὴν πειρωμένη*. Videtur enim *κατάσχετον* ita accepisse, ut *θεῷ κατάσχετος* dicitur, deo correptus. Vid. Lennep. ad Phal. p. 47. At ita homo appellari potest, non id, quod facit homo.

V. 1239. *καλύπτει*. Sic tres Regii [et Dresd. a.] recte. Mendose in impressis *καλύπτῃ*. Brunck. Vid. Schaefer. melet. crit. p. 115. Erf. Etiam La. Lb. *καλύπτει*.

V. 1241. Vide ad v. 763.

V. 1243. *μνῆμ'*, monumentum, sc. eorum quae facta sunt. Praeter necessitatem Musgravius in seqq. corrigit *ἀλλοτρίας ἄτης*. Erf. Scholiastes: *μνῆμα. τὸν νεκρόν*. Recte.

εἰ θέμις εἰπεῖν, οὐκ ἀλλοτρίαν
ἄτην, ἀλλ' αὐτὸς ἁμαρτών.

σ τ ρ ο φ ὴ α΄.

ΚΡΕΩΝ.

ἰὼ
φρενῶν δυςφρόνων ἁμαρτήματα
στερεά, θανατόεντ'.
ὢ κτανόντας τε καὶ
θανόντας βλέποντες ἐμφυλίους.
ὤ μοι ἐμῶν ἄνολβα βουλευμάτων.
ἰὼ παῖ, νέος νέῳ ξὺν μόρῳ
αἰαῖ, αἰαῖ,

V. 1246. De carminis antistrophici compositione infra dicetur.

V. 1248. Scholiastes: θανατόεντα. θανάτου ἄξια. ἢ θανάτου αἴτια. Posterior vera est explicatio.

V. 1250. βλέποντες. Chorum his verbis affari videtur: O cernentes! pro eheu! cernitis. MVSGR.

V. 1251. ἄνολβα βουλευμάτων. Vide ad v. 1194. ERF.

V. 1252. παῖ bis exhibent Dresd. a. Turn. Steph. Cant. Brunck. Fortasse scribendum:

ἰὼ παῖ παῖ,
νέος νέῳ ξὺν μόρῳ. ERF.

Semel scriptum παῖ in Aldina, et quae hanc sequuntur. Ex codicibus ab Elmsleio collatis nihil adnotatum, ut nesciam an consentiant cum Turnebi editione, cuius scripturam servavit Gaisfordius.

V. 1253. August. b. quater αἴ. Dresd. et impressi ter αἴ. ERF.

ἔθανες, ἀπελύθης,
ἐμαῖς, οὐδὲ σαῖσι δυςβουλίαις.

ΧΟΡΟΣ.

οἴμ', ὡς ἔοικας ὀψὲ τὴν δίκην ἰδεῖν.

στροφὴ β'.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι·
ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων

V. 1254. ἀπελύθης. Vid. v. 1298. Erf. Verba ἔθανες, ἀπελύθης, de posteriore verbo disputans affert Eustathius p. 548, 43. (416, 26.)

V. 1256. ἰδεῖν. Schol. pro var. lect. ἔχειν. Erf. Male ὡς interpretantur quam. Sensus est idem, ac si dixisset, ὡς ἔοικεν, ὀψὲ τὴν δίκην εἶδες. Vide ad v. 736. La. ἰδεῖν. γρ. ἔχειν.

V. 1259. θεὸς τότ' ἄρα τότε. Perraro dochmium in brevem syllabam terminari, nuper ostendit Seidlerus meus in Epistola critica Sophoclei Aiacis editioni Lobeck. addita p. 435. seq. Hic, ordine verborum mutato, scribendum putaverim, τότ' ἄρα τότε θεὸς, idque vel hanc ob caussam, quod alioqui ἄρα contra morem Tragicorum non eundem, quem in antistrophico versu, locum habet. μ' post βάρος omittunt E. T. Dresd. a. repugnante pariter metro ac sententia, quam non perspexerunt Interpretes. Verte: tunc igitur Deus graviter mihi irascens in caput meum saevis modis impegit atque irruit. μέγα βάρος μ' ἔχων idem est quod μέγα βαρυνόμενος ἐμοί. Erf. Recte habet vulgata. Dochmii ultima longa in breves duas soluta est. Idem. Seidlerus in libro de verss. dochm.

ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,
οἴμοι, λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν.

---

p. 62. vulgatum ordinem servat. Convenientior quidem numeris, quos in antistrophico versu vulgata lectio praebet, transpositio est, quam proposuit Erfurdtius. Sed vereor ne illi lectioni non multum tribui oporteat, quia non veri simile est, πότμος prima producta dictum esse, quum in strophico versu soluta sit ea syllaba in breves. Hoc autem in versu quod La. Lb. Aug. Aldina et quae hanc sequuntur habent, μέγα βάρος μ' ἔχων propter insolentiorem collocationem pronominis suspectum est. Omiserunt μ' etiam ed. Turnebi et quae ad eam expressae sunt. Hinc probabile est, neutrum versum hodie satis emendate scriptum legi, exaratosque a poeta hunc potius in modum fuisse: θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα με βάρος ἔχων, et, τίς ἄρα, τίς ἄρα με πότμος ἔτι περιμένει.

V. 1261. οἴμοι. Anacrusin, sequente arsi longa, in dochmiacis, qui antispasticum numerum purum habent, et in alio quodam versu, qui ex antispasto et iambico hypercatalectico constat, brevem esse debere putaveram olim cum Hermanno. Sed ingens repugnat multitudo locorum, praesertim apud Euripidem, quae congeret Seidlerus meus in libro de dochmiacis. Eiusmodi in hac ipsa fabula sunt v. 1262. 1285. 1295. 1301. item Oed. Col. 836. Erf.

Ibid. „λαξπάτητον. Sic tres codd. In membr. ut apud Aldum, λεωπάτητον, superscripta varia lectione, γρ. λακπάτητον. Eustathius ad Ιλ. Z. p. 625. [21, (479, 4.)] λὰξ ἐμβῆναι λέγει τοῖς στήθεσι, τὸ ποδὶ πατῆσαι εἰς τὸ στῆθος. ἐξ οὗ παρὰ Σοφοκλεῖ τὸ Λαξπάτητον ἀντρέπων χαράν. ὅ τινες λακπάτητον διὰ τοῦ κ γράφουσι. Rursus ad Ιλ. K. p. 796. [5. (712, 25.)] τὸ λὰξ κινήσας, παρήγαγεν ἐν τῇ τραγῳδίᾳ τὸ λαξπάτητον. ὡς ταὐτὸν ὂν εἰπεῖν λὰξ

φεῦ, φεῦ· ὦ πόνοι βροτῶν δύςπονοι.

κινῆσαι, καὶ λὰξ πατῆσαι. Vide Hesychii Interpretes ad glossam λακπατῆσαι." Brvnck. Dresd. a. λὰξ πάτητον. August. b. λαξπάτητον ἂν τρέπων. Erf. In codd. a Brunckio memoratis, qui λαξπάτητον habent, Augustanus est. In Parisiensi, cuius scripturas a Bekkero nobiscum communicatas saepius commemoravimus, postrema pars fabulae inde a v. ed. Brunck. 1262. deest. Livineii liber v. λὰξ πάτητον. Ald. Iuntinae, et quae reliquae sunt veteris recensionis editiones λεωπάτητον. Triclinianae λακπάτητον. Scholiastes Romanus: λακπάτητον. τὴν μεθ' ὕβρεως ἀπωθουμένην, ἢ τὴν μεγάλως καταπατουμένην. In Iuntinis et Francof. a. 1555. ac Brub. huic scholio λεωπάτητον praefixum. Scholion ipsum utriusque scripturae explicationem continere videtur. Ad alteram spectat hoc: ἀντρέπων χαράν. τὴν χαρὰν λὰξ πατήσας. Hanc scripturam, λεωπάτητον, tuebatur Seidlerus, ut id significaret τελέως πατητόν, afferebatque Photium in v. λεωκόρητος, et quae iisdem syllabis incipientia alia apud Hesychium vocabula leguntur: in antistrophico autem versu τάλας δὲ τύνδ' ἔναντα scribi volebat: in qua re non assentior, tum quia languida ista oratio foret, tum quod metri caussa non opus est mutatione, si λεωπάτητον quattuor syllabis pronunciatur. Caeterum perineptum est, λέως ex τελέως syllaba abiecta ortum esse, quod placet grammaticis, ipsique Apollonio in libro de pronomine p. 334, 1. Neque enim recte eo loco codicis scripturam a Bekkero sublatam esse, docet Etym. M. p. 560, 31. Ionibus usitatum fuisse videtur λέως, quo Archilochum usum esse auctor est Photius: quam vocem eamdem esse ac λείως, ex Hesychio cognoscitur. Est illud adverbium a λεῖος formatum, significatu ad eumdem modum deflexo, ut Latini plane,

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ δέσποθ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος,
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις

---

nos in vulgari sermone **glatt weg** dicimus. In quo significatu quum etiam facilitatis quaedam et celeritatis notio insit, λεωργός, de quo vocabulo portenta commenti sunt grammatici, dictus est, qui alio consimili nomine ῥᾳδιουργὸς vocatur. La. Vat. λακπάτητον. Lb. λαξπάτητον, quod servandum duxi.

V. 1263. Huic versui, ut 1267. in Aldina praefigitur *Οἰ.* i. e. *Οἰκέτης*. Erf.

V. 1264. In Aldina sic leguntur hi versus:

τὰ μὲν, πρὸ χειρῶν· τὰ δὲ, φέρων· τάδ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν, καὶ τάδ' ὄψεσθαι κακά.

In quibus nec caput est nec pes. In membr. καὶ τάγ' ὄψεσθαι. Recte in E. καὶ τάχ' —. Sententia flagitante φέρεις rescribo et ἥκων. Ordo est, ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος, τὰ μὲν κακὰ πρὸ χειρῶν φέρεις τάδε, τὰ δὲ κακὰ ἔοικας ἥκων τάχα ὄψεσθαι ἐν δόμοις. Brunck. Coniecturis h. l. plane abstinendum esse videtur. Poeta quum scribere vellet, φέρων ἥκεις, mutata constructione subiecit ἔοικας ἥκειν. Sensus itaque est: **o here, quam, et habens et** nunc ipsum **nactus** res adversas, **haec** (filium Haemonem) **manibus fers, quaeque intus sunt, venire videris et mox conspecturus esse mala.** τάδ' ὄψεσθαι praebent etiam Dresd. a. et August. b. Erf. Seidlero vulgata servanda videbatur, hoc sensu: o here, quam et habens et nactus mala videris venisse, altera prae manibus haecce ferens, altera intus, haec quoque ut conspicias. Non nego, posse haec ita explicari: attamen non modo plane otiosa sunt verba καὶ τάδε,

ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά.

ΚΡΕΩΝ.

τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἐκ κακῶν ἔτι;

---

sed etiam valde durum est, verba καὶ τάδ' ὄψεσθαι κακά ex infinitivo ἥκειν ita pendere, ut si ὥςτε ὄψεσθαι dictum esset. Accedit quod futuri infinitivus non aptus est: non enim adest, ut visurus sit, sed ut videat. Futuro utendum erat, si participium adhibuisset. Quare veram puto scripturam esse, quam Erfurdtius exhibuit, una tantum littera a vulgatis diversam. Livineii liber p. τάχ' pro τάδ' habet v. 1264. liber v. autem v. 1265. In Vat. est τάγ' ὄψεσθαι. In La. Lb. τάχ' ὄψεσθαι. Wexius, qui hunc versum ut a grammatico fictum explendae orationis caussa uncis inclusit, non videtur reputasse, hoc genus interpellatae orationis non usitatum esse tragicis. Recte illi indecorum in poesi esse existimabant, modum in imitanda vitae consuetudine excedere. Quare si interrumpi faciunt dicta alicuius, faciunt id cum ratione quadam, et fere sic, ut intercepta oratio ad finem perducatur.

V. 1266. κάκιον ἢ κακῶν. Particulam ἢ interdum post comparativos praeter necessitatem poni, plures fuerunt, qui animadverterent. Vide praeter eos, quos Matthiae in Gramm. Gr. §. 450. not. 2. laudavit, H. Stephanum de dial. Att. p. 28., et Toupium ad Longin. p. 321. [v. ad v. 1077.] Brunckius aliique Canteri coniecturam, κάκιον ἐκ κακῶν, probaverunt. Erf. Erfurdtius, ut vulgo: τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι; Et sic etiam La. Lb. Vellem, qui nuper docte de comparativis disputavit, Greg. Guil. Nitzschius, hoc quoque genus attigisset. Κάκιον ἢ κακῶν quum non possit ullo modo defendi, in mentem mihi venerat, τί δ' ἔστιν αὖ; κάκιον ἢ κακῶν ἔτι. Sed displicet id iam et mihi, et displi-

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ,
δύστηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.

ἀ ν τ ι σ τ ρ. α΄.

ΚΡΕΩΝ.

ἰὼ
ἰὼ δυςκάθαρτος Ἅιδου λιμήν,

---

cuit Faesio in Seebodii Miscell. crit. vol. II. part. IV. p. 710 veri simillimam esse indicanti Canteri emendationem. Eamque nunc exhibui, quum non minus facilitate quam elegantia commendetur: non tamen ut plane certam esse contendam. Potuit enim etiam scriptum esse, τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ὂν κακῶν ἔτι, ex quo, quum ὂν perisset, nata fuerit correctio non optima inserto ἤ.

V. 1267. παμμήτωρ, quae plane se matrem probavit, quum filio nollet superstes esse. Erf. Monuit iam scholiastes. De falsa cod. Aug. scriptura παμμήτηρ conf. Lobeck. ad Phryn. p. 659.

V. 1268. ἄρτι. gl. τοῦτο τὸ ἄρτι πρὸς τὸ τέθνηκε συναπτέον. Brvnck.

V. 1269. Hi versus in Aldina male tribuuntur Choro. Brvnck. Creontis sunt in ed. Turn. et hinc derivabis.

V. 1270. δυςκάθαρτος Ἅιδου λιμήν, inexpiabile Orci receptaculum. Non adsentior Musgravio Ἅιδου λιμὴν de sepulchro intelligenti, quo inclusa fuerat Antigona, δυςκάθαρτον autem referenti ad labem exinde contractam, quae expiari non potuerit. Erf. Eustath. p. 1691, 46. (Od. 444, 45.) ὅτι ἁγνὴν Περσεφόνην λέγει, ὡς ἁγνισμοῦ δεομένων τῶν θνησκόντων κατὰ τὸ, π υ ρ ὶ κ α θ ή γ ν ι σ τ α ι δ έ μ α ς. Σοφοκλῆς δὲ ἄλλως λαβὼν ἐντεῦθεν,

τί μ' ἄρα, τί μ' ὀλέκεις;
ὦ κακάγγελτά μοι
προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
αἰαῖ. ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω.
τί φῄς; τίνα λέγεις νέον μοι λόγον;

δυσκάθαρτον Ἅιδου λιμένα φησί. Portum necis difficilem ad purgandum dicit poeta, quia caedes caedi succedat, neque usquam finis occidendi inveniatur. Frequens in huiusmodi rebus metaphora a portu. Alio modo in re simili Aeschylus Suppl. 479. *ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὔπορον τόδ' ἐσβέβηκε, κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν.*

V. 1273. Dresd. a. Turn. Steph. Cant. *τίν' αὐδᾷς λόγον.* Erf.

V. 1275. *παῖ.* Hoc nomine pariter servus compellatur apud Aeschylum Choeph. 649. 50. Libri omnes *ὦ παῖ*, quod retineri fortasse poterat. Vid. ad strophicum versum. — *Λέγεις νέον μοι λόγον.* Sic Turn. Steph. Cant. non ex codd., opinor, sed ex emendatione propter metrum necessaria. August. b. et Aldus exhibent *τίνα λέγεις μοι νέον λόγον*, itemque Dresd. a. et Brunckius, omisso tamen pronomine. Erf. Libri veteres: *τί φῄς ὦ παῖ; τίνα λέγεις μοι νέον λόγον:* Turnebus et quae hunc sequuntur edd. *τί φῄς ὦ παῖ; λέγεις νέον μοι λόγον.* Ex pluribus Seidleri coniecturis una memoratu dignissima est, *τί φῄς, ὦ παῖ; τίν' αὖ λέγεις μοι νέον*, ut, deleto *λόγον*, iungantur *τίνα νέον μόρον.* Sed quamvis haec elegans coniectura sit, tamen ego quidem illud *ὦ παῖ* eiiciendum, et *μοι* ita collocandum duxi, ut est in recensione Triclinii. Perinepta enim ista servi appellatio foret, sive *ὦ παῖ*, sive *παῖ* scribas, hic praesertim, ubi Creontem hac voce utentem nemo non suum appellare filium Haemonem putaret. Nusquam istam e communi privatorum vita

αἰαῖ, αἰαῖ,
σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ
γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον;

ΧΟΡΟΣ.

ὁρᾶν πάρεστιν. οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.

ἀ ν τ ι σ τ ρ. β'.

ΚΡΕΩΝ.

οἴμοι·
κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.
τίς ἄρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει;
ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,

---

petitam servorum compellationem in tragoedia reperias, nisi in tali loco, qualis est, quem ex Choephoris Erfurdtius attulit, ubi ianitor fores aperire iubetur. Caeterum si aliquis antiquus liber λόγον omitteret, valde placeret hoc: τί φῄς; τίνα λέγεις νέον μοι, νέον — ἀμφικεῖσθαι μόρον.

V. 1277. Caedem dicit ob filii interitum perpetratam.

V. 1279. Vulgo haec loquitur Ἐξάγγελος vel Ἄγγελος. Choro tribuenda esse, cui et conveniunt melius, ex eo intelligitur, quod hae strophae atque antistrophae, quibus Σύστημα στροφῶν Α. praefixi, personarum ratione accuratissime sibi respondent. Erf.

V. 1282. Male Aldus ἆρα, quum ex metri lege ἄρα penultima brevi legi debeat. Animadvertit iam Brunckius. Erf. Vide ad v. 1259.

V. 1283. Lobeck. ad Ai. p. 327. Erf. Libri ἔχω μὲν — in sequente autem versu τὸν δ' Tricliniani, veteres autem τόν δ'. Non intellexerunt huius loci difficiliorem constructionem interpretes, qui τὸν ver-

τάλας, τὸν δ' ἔναντα προςβλέπω νεκρόν.
φεῦ, φεῦ μᾶτερ ἀθλία, φεῦ τέκνον.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ

* * *

---

terint illud. At hic nullo modo τὸν pro τοῦτον vel τόνδε poni potuit. Neque vero τὸν ἔναντα sic temere coniungi potest, quia tum inepta oppositio foret, hunc teneo, quae autem in conspectu iacet, conspicio. Non minus enim, quem manibus tenet, conspicit. Sed hoc dicere debet, illam se ex adverso intueri. Ex quo patet ἔναντα προςβλέπω iungenda esse. Hinc facile quis coniiciat, scribendum esse, ἔχων μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον τάλας, τόνδ' ἔναντα προςβλέπω νεκρόν. De ea constructione vide ad Viger. p. 841. Nihil tamen mutandum, sed observanda potius attractio, quae est in secundo versu. Idem est enim ac si dixisset τὸν δ' ἔναντα νεκρὸν ἔναντα προςβλέπω. Sic in Electra v. 135. ἀλλ' οὔ τοι τόν γ' ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας πατέρ' ἀνστάσεις: ubi vide adnotata. Confer etiam infra ad v. 1325. et Heind. ad Plat. Cratyl. p. 89. Caeterum scholiastes: τάδ' ἐναντία. γράφεται, τὸν δ' ἔναντα. La. τάδ' ἐναντία. γρ. τόνδ' ἐναντία.

V. 1284. ἔναντα. Sic Brunckii membranae et pro var. lect. scholiastes. Aldus et duo codices ἐναντία. Triclinius ἔναντι. Aristoph. Equit. 341. scr. ἐμοῦ λέγειν ἔναντα. Erf.

V. 1286. Huic versui Aldus Χο. ἢ Ἄγ., August. b. Οἰκέτης praefigit. — ὀξύθηκτος, furibunda. Eurip. Orest. 1625. λῆμ' ἔχων τεθηγμένον. Conf. etiam Hippol. 689. Aeschyl. S. Th. 717. In simili re dixit Noster ὀργῇ χρωμένη Oed. T. 1241. βωμία πέριξ dictum pro περιβωμία. Erf.

λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν

V. 1287. Verba, λύει κελαινὰ βλέφαρα, recte scholiastes interpretatur, ἀπόλλυται. Diverso significatu leguntur Eurip. Hippol. 290. Rhes. 8. Erf. Scholiastes: λύει κελαινά. ἀπόλλυται. Sic etiam Triclinius intellexit, neque aliter Musgravius, Brunckius, alii. Omninoque hoc dici debuisse videtur, quum infra Creon, quomodo se interemerit, narrari sibi iubeat. At λύειν βλέφαρα vereor ne nusquam ita dictum reperiatur. Quin in Rhesi v. 8. λῦσον βλεφάρων γοργωπὸν ἕδραν significat, aperi oculos. Praeterea quomodo illa omnia in unam notionem atque imaginem coniungi possunt, ὀξύθηκτος, βωμία, πέριξ, λύειν βλέφαρα, nisi quis dicat, quid furibunda ad aram et circa aram fecerit, priusquam clauderet oculos? Deinde quae illa est ara, quum non in templo, non in loco sacro, sed ipsis in regiis aedibus manum sibi intulerit? Denique quid sibi vult ἢ δ' ὀξύθηκτος ἥδε, vel, ut in antiquis libris legitur, ἥδ' ὀξύθηκτος ἥδε? Itaque non dubitavi Brunckium sequi, qui lacunae signa ante hunc versum posuit. Miror, hic dissensisse a Brunckio Erfurdtium. Illud non miror, quod Boeckhius in dissertatione prima de Antigona p. 41. nullam hic lacunam esse pronunciavit. Fecit enim aperte mei reprehendendi cupiditate, qui me huius sententiae auctorem, non etiam Heathium, Musgravium, Brunckium nominaverit. Ego quidem libenter ei suffragabor, ubi quae nunc habemus ita vel explicata vel emendata videro, ut et sensum praebeant aptum, et Graece dicta esse videantur. Et tamen etiam hoc si quis effecerit, non omnem sustulerit dubitationem. Nam etiam ratio carminis antistrophica hunc locum lacunae suspectum reddit. Describi potest totum carmen duobus modis, qui quo facilius unicuique pateant, strophas α. β. cum trimetris, qui ad eas pertinent, una littera *A*, pariterque strophas γ. δ. lit-

τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λάχος,

---

tera *B.* notabo. Inter eas medii sunt trimetri, qui pro mesodis tum utriusque systematis, tum amborum haberi possunt. Has quasi mesodos, diversas illas inter se, si litteris *μ. M. μ.* notamus, totum carmen ita erit divisum: *A. μ. A. M. B. μ. B.* mesodique illae erunt, prima sex trimetrorum nuncii et Creontis v. 1263—1268. secunda, media totius carminis, quinque trimetrorum nuncii, v. 1286—1290. tertia duum trimetrorum chori, v. 1315. 1316. Sic, propter metra quidem, non opus erit lacuna. Alter modus autem simplicior est, isque necessario unius trimetri accessionem hoc ipso, de quo disputamus loco efflagitat. Est autem talis: *A. A. B. μ. B.* stropha *A* comprehendente versus 1246—1268. antistropha autem versus 1269—1290. Ei rationi nihil obiici potest, nisi quod in sex illis trimetris, qui in stropha *A* ultimi sunt, quartus Creontis est, in antistropha autem nuncio tributi sunt omnes. At id idoneam ab re ipsa excusationem habet, quia in stropha, quae solius nuncii oratio esse debebat, recte a Creonte novi mali fama perterrito interrumpitur. Praeterea vero etiam scholiastae adnotatio omissionis alicuius indicium facit: ὡς ἱερεῖον περὶ τὸν βωμὸν ἐσφάγη παρὰ τὸν βωμὸν προπετής. Non credo quidem illi lectum esse versum, qui excidit: sed quod ad hanc interpretationem confugit, argumento est, aliquo saltem modo eum se expedire ex his salebris studuisse. Vt nunc scripta habemus poetae verba, certum est vel in ἥδ' vel in ἥδε aliquid vitii latere: latet fortasse etiam in πέριξ. Quod si tali in loco licet aliquid coniicere, crediderim ego quidem de cultro vel mucrone loqui nuncium, quo se interemerit mulier, dixisseque tale quid, ἥδ' ὀξύθηκτος οἶδε βωμία πτέρυξ, monstrantem ferrum illud, adiacens mortuae corpori.

V. 1288. Μεγαρέως. Recte iudicat Heathius, eun-

αὖθις δὲ τοῦδε· λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς
πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ.

---

dem esse quem Euripides in Phoenissis Menoecei nomine celebrat. — *κλεινὸν λέχος.* Interpretatur Heathius de specu Dracontis, in quem Menoeceus, ense per corpus traiecto, praecipitem se dederat. Eurip. Phoeniss. 958. et seq. Nec diffitendum est, vocem cognatam *εὐνὴν* sepulchrum aliquando significare: vid. Nostri Electr. 436. et quae praeterea dedit Dorvillius in Chariton. pag. 97. Mvsgr. De Megareo quae a scholiastis allata sunt, nullo teste nituntur, nec liquet, quam potissimum historiam poeta spectaverit. Illud propter *τοῦδε* v. 1289. quod necessario de Haemone intelligi debet, certum esse videtur, non maritum Eurydices, sed filium fuisse Megareum. Post *λέχος*, quod Bothius haud male in *λάχος* mutat, Creontis verba excidisse, dubitare non sinit strophicorum versuum comparatio. Erf. Scholiastes: *ὡς αὐτῆς προγαμηθείσης Μεγαρεῖ τινὶ πρὸ τοῦ Κρέοντος. οἳ δέ φασι, τοῦ Μενοικέως τοῦ ἀποσφάξαντος ἑαυτόν. πρότερον γὰρ Μεγαρεὺς ἐκαλεῖτο. ἐν δὲ τῷ τυράννῳ Οἰδίποδι καὶ αὐτὸς Μενοικέα αὐτὸν καλεῖ.* Eadem refert Triclinius. In Oedipo Rege qui aliquot locis nominatur Menoeceus, pater Creontis est, non filius. Quod de marito quodam Eurydicae Megareo narrat scholiastes, ipsa eius verba docent a grammaticis inventum esse. Quum res ipsa dubitare non sinit, filium Creontis et Eurydicae illum, qui se pro patria devovit, intelligendum esse, tum etiam nominis diversitas tantum abest ut repugnet, ut confirmet etiam hanc interpretationem. Quum enim, ut alibi ostendimus, nomina, quae sunt in antiquis Graecorum fabulis, non sint temere inventa, sed ita, ut quod cuique fabulae convenit significent, facile existimari potest, eum, qui ab aliis Menoeceus dictus est, aliis Megareum

σ τ ρ ο φ ὴ γ΄.

ΚΡΕΩΝ.

αἰαῖ, αἰαῖ,
ἀνέπταν φόβῳ. τί μ' οὐκ ἀνταίαν
ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;

---

audivisse, utrisque domi manentem intelligentibus, sed his nomen formantibus ex *μέγαρον*, illis ex *μένειν* et *οἶκος*. Bothii igitur emendatio *λάχος* merito recipienda erat: idque feci. Erfurdtius post hunc versum lacunam notaverat unius versus, qui Creontis esset, de qua re dictum ad v. 1287.

V. 1291. Inde ab hoc versu alterum sequitur systema stropharum, quod a priore avellendum esse vidit Hermannus. Eius ratio talis est:

S t r o p h. I. Creon. Internuntius. Creon. Internuntius.
S t r o p h. II. Creon.
D u o s e n a r i i. Chorus.
A n t i s t r. I. Creon. Chorus. Creon. Chorus.
A n t i s t r. II. Creon.

Versus 1315. 16. et 1318. 19. vulgo Internuntio vel Nuncio vel Vernae (*Οἰκέτῃ*) tributos, Choro, qui sic monere hortarique solet, adsignaverat iam Buttmannus apud Bothium. Qui medium tenent systematis locum, duo senarii ad mesodorum instar interpositi, non opus est, ut habeant, quod iis respondeat. Male igitur Brunckius post v. 1327. lacunam notavit. Erf.

V. 1292. *τί μ' οὐκ ἀνταίαν*. Spondiaca forma dochmiaci est, quae, praesertim apud Euripidem, frequentissime reperitur. Sic infra v. 1322. *σέ τ' αὐτάν. ᾤ μοι.* 1323. *ἴδω, πᾶ καὶ θῶ.* Oed. Col. 1568. *σῶμά τ' ἀνικάτον.* 1570. *φασὶ πολυξέστοις.* 1575. *ἐν καθαρῷ βῆναι.* Pro *ἀνταίαν* margo Turn. et scholiastes *καιρίαν*, quod suppositum videtur ab

δείλαιος ἐγώ, φεῦ, φεῦ,
δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.

---

aliquo, qui versui timeret. Ceterum in ἔπαισεν latet nomen πλαγάν. Vid. Hermann. in Museo antiqu. stud. V. I. p. 102. Erf.

V. 1294. Hunc versum in mai. ed. sic constitui: δείλαιος ἐγώ, αἶ αἴ, secundam in δείλαιος syllabam cum Porsono ad Phoen. 1319. corripi posse arbitratus. Quae correptio ut locum habet in Aristophane, ita numquam, opinor, apud Tragicos. Versus enim Euripidis Phoen. 1302. Pors. uti Seidlerus meus observavit, dochmiacus est sic digerendus:

ἔλεος ἔμολε ματέρος δειλαίας,

molossi vicem in autistropha tenente cretico. Nostrum locum non male forsitan hunc in modum corrigas: δείλαιος, ἒ, ἒ, ἐγώ. Erf. Non video, quid impediat, quo minus etiam in tragoedia δείλαιος mediam possit correptam habere. Habet certe in Oed. Col. 515. et Suppl. Eurip. 278. Neque enim facile quis adducetur, ut id vocabulum in duas syllabas contrahi potuisse credat, quae Elmsleii coniectura est ad Med. 1232. Apud Sophoclem omnia sana. Versus est iambicus ischiorrhogicus.

V. 1295. συγκέκραμαι δύᾳ. Noster Ai. 895. οἴκτῳ συγκεκραμένην. Pindar. Olymp. X. in fin. ὥρᾳ τε κεκραμένον. Aristoph. Plut. 854. πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι. Musgr. Pindar. Ol. I. 34. κράτει προσέμιξεν δεσπόταν. Erf.

V. 1296. ὡς αἰτίαν γε. Eurip. Hecuba 350. Pors. ὡς ἕψομαί γε. Erf.

V. 1297. Perperam Aldus ἐπισκήπτου μόρῳ. In membr. et in E. [La.] ἐπεσκήπτου μόρῳ. Ceteri

ΚΡΕΩΝ.

ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ;

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτήν, ὅπως
παιδὸς τόδ' ᾔσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.

σ τ ρ ο φ ὴ δ'.

ΚΡΕΩΝ.

ὤ μοί μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν

---

emendate μόρων. Brunck. Dresd. a. ἐπεσκήπτου μόρων. Erf. Sensus est: affirmabaris a mortua hacce utriusque necis culpam habere. Videtur autem non Haemonis et Antigonae, sed utriusque filii mortem dicere.

V. 1298. ἀπελύσατ', discessit, ᾤχετο. Vid. v. 1254. Polybius lib. VI. c. 58. καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθέν, πάλιν ἀπελύετο. Crinagoras Anthol. p. 51. πνεῦμα — ἀπελύσατο. Fragm. Plutarch. Wyttenbach. p. 135. ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὸν θάνατον ἀπόλυσιν καλοῦσι. Athenaeus p. 507. E. ἡ ψυχὴ — κατὰ τὴν ἀπόλυσιν χωριζομένη τοῦ σώματος. Musgr. Eustathius p. 548, 42. (416, 26.) ἰστέον δὲ ὅτι ἐξ Ὁμήρου λαβόντες οἱ ὕστερον καὶ αὐτὸ δὴ μόνον τὸ λυθῆναι ἀντὶ τοῦ θανεῖν ἔφρασαν· ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ ἔθανες, ἀπελύθης, καὶ ἐν τῷ ποίῳ ἀπελύσατο τρόπῳ.

V. 1301. Scholiastes: οὐδεὶς ἀνθρώπων ταῦτα ἐπὶ ἄλλον ἀπὸ τῆς ἐμῆς αἰτίας μεθαρμόσει· ὅ ἐστι, τοῦ σοῦ φόνου οὐδεὶς ἂν εἴποι ἕτερον τῶν ἀνθρώπων αἴτιον, ἀλλ' ἐμέ. Hic igitur τὶς intellexit. At eo non opus. Proprie: hoc a mea culpa numquam in alium conveniet: i. e. numquam mea haec culpa in alium transferetur.

ἐμᾶς ἁρμόσει πότ' ἐξ αἰτίας.
ἐγὼ γάρ σ', ἐγώ σ' ἔκανον, ὢ μέλεος,
ἐγώ. φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόςπολοι,
ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδών,

V. 1303. ἐγὼ ἔκτανον. Sic August. b. et Aldus. In membr. et in E. ἐγὼ ἔκανον. Brunck. ἔγωγ' ἔκανον, hiatus vitandi caussa, qui sic fere in dochmiacis occurrit, et excusationis aliquid habeat. Vid. Seidlerus meus in Epist. critica ad v. 1259. laudata. Possis etiam reponere, ἐγὼ γάρ σ' ἐγὼ 'κτανον. ἰὼ μέλεος. — ὢ μέλεος. (August. b. ὁ μέλεος.) Vltimam longam dochmiacorum saepissime in duas breves solvi, primus et ipse observavit Seidlerus meus. Sophoclea haec enotavi exempla: nostrae fab. v. 1304. ἐγώ. φάμ' ἔτυμον. 1323. ὅπα, πρὸς πότερον. Oed. R. 661. Ἄλιον· ἐπεὶ ἄθεος, ἄφιλος ὅτι πύματον. 690. ἴσθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα. 1313. νέφος ἐμὸν ἀπότροπον ἐπιπλόμενον ἄφατον. 1321. σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος. ἔτι γάρ. 1340. ἀπάγετ' ἐκτόπιον. 1344. τὸν καταρατότατον. 1364. εἰ δέ τι πρεσβύτερον. El. 1246. ἀνέφελον ἐπέβαλες. 1247. οὔποτε καταλύσιμον. 1248. οὔποτε λησόμενον. 1266. τᾶς πάρος ἔτι χάριτος. Erf. Quamvis veteres libri ἔκτανον habeant, tamen ex altera recensione magis poeticum ἔκανον iam in Elem. d. m. p. 248. praetuli. Atque etiam La. ἔκανον ὢ. Non recte Erfurdtius interpunctionem post μέλεος deleverat. Neque enim ὢ μέλεος ἐγὼ iungenda esse, locus gravior ostendit, quo positum est ἐγώ. Hiatum in ἐγὼ ἔκανον, quem non puto a poeta admissum esse, adiecto pronomine σ' expuli.

V. 1304. Defectum supplevit Brunckius iterata voce πρόςπολοι. Erf. At nihil deest: quare lacunae signa ab Erfurdtio post hunc versum posita delevi. Vide ad v. 1323.

V. 1306. De ultima brevi dochmiorum vid. ad

τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα.

ΧΟΡΟΣ.

κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς·
βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά.

ἀντιστρ. γ'.

ΚΡΕΩΝ.

ἴτω, ἴτω,
φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἁμέραν
ὕπατος· ἴτω, ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰςίδω.

ΧΟΡΟΣ.

μέλλοντα ταῦτα. τῶν προκειμένων τι χρὴ

---

v. 1259. Fortasse τάχιστ' pro τάχος rescribendum. Erf.

V. 1308. s. Fallitur scholiastes, quum scribit: κέρδος μέγα φωνεῖς τὸν θάνατον. Non enim de morte, sed de introitu Creontis in domum loquitur chorus. Sequentis versus quinque interpretationes affert. Sensus planus: τὰ ἐν ποσὶ κακὰ βράχιστα κράτιστά ἐστι. Praesentia mala optimum est si quam brevissima sunt: i. e. optimum est, praesens malum quam primum missum facere.

V. 1311. κάλλιστα. Neutrum plurale pro adverbio καλλίστως. Ordo est: φανήτω μόρων ἐμῶν ὕπατος, ὁ κάλλιστα ἄγων ἐμοὶ τερμίαν ἡμέραν. Brunck. I. e. veniat caedium per me factarum suprema, exoptatissime mihi ultimum diem adducens.

V. 1315. Aldus cum interrogatione τί χρὴ πράσσειν; Brunck. Brunckius hos versus nuncio tribuerat. In libris omnibus chori sunt.

πράσσειν. μέλει γὰρ τῶνδ᾽ ὅτοισι χρὴ μέλειν.

ΚΡΕΩΝ.

ἀλλ᾽ ὧν ἐρῶμεν, ταῦτα συγκατηυξάμην.

ΧΟΡΟΣ.

μὴ νῦν προσεύχου μηδέν· ὡς πεπρωμένης
οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.

ἀντιστρ. δ΄.

ΚΡΕΩΝ.

ἄγοιτ᾽ ἂν μάταιον ἄνδρ᾽ ἐκποδών,
ὅς, ὦ παῖ, σέ τ᾽ οὐχ ἑκὼν κάκτανον,

V. 1317. Chori admonitionem nihil curans Creon, „at certe, inquit, quae cupio, precari licuit.“ Pro συγκατηυξάμην malim ex Atticorum more συγκατευξάμην. Erf. Recte interpretatur Erfurdtius, ut multo ante scholiastes: ὧν βούλομαι τυχεῖν, ταῦτα ηὐξάμην. Quo magis mirum est neque ab ipso Erfurdtio, neque ab ullo alio editore sublatum esse apertissimum mendum ἐρῶ μέν, quod libros invasit.

V. 1318. μὴ νῦν προσεύχου μηδέν. Virgil. Aen. VI. 376.

Desine fata Deûm flecti sperare precando.

Brvnck.

August. b. κατεύχου. Erf. Hic vero et sequens versus male in libris tributi erant nuncio.

V. 1321. Aldus et veteres codd. [etiam La.] κατέκτανον, contra metrum. Triclinius κατέκτα. Brvnck. Non debebat Erfurdtius Brunckii coniecturam ἔκτανον recipere, quum multo facilior emendatio sit κάκτανον.

σέ τ᾽ αὐτάν. ἰὼ μέλεος, οὐδ᾽ ἔχω
πᾷ θῶ, ὅπᾳ πρότερον ἴδω. πάντα γὰρ

V. 1322. Quod libri omnes ante σέ τ᾽ addunt, ὅς delendum esse monuit Hermannus de metris p. 440. μοι omittunt Dresd. a. Turn. Steph. Cant. Erf. Pro vulgato ὤ μοι dedi ἰώ. Non veri simile est enim non exaequatos ab Sophocle esse numeros.

V. 1323. Dresd. a. ὅπα πρὸς πρότερον. August. b. ὅπη πρότερον. Gl. in utroque: εἰς τὸν παῖδα ἢ εἰς τὴν γυναῖκα. — πᾶ καὶ θῶ. August. b. πᾶ καὶ τιθήσομαι. πᾶ h. l. dictum pro ὅπα. Sic Plat. Phaedr. p. 248. Heind. πῇ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. καὶ autem et ipsum in obliqua interrogatione saepius reperitur, ut Xenoph. Hist. Graec. 3, 3, 11. ἤροντο, τί καὶ βουλόμενος ταῦτα πράττοι. Ad sensum quod attinet, hoc voluit poëta: quid faciendum sit, si omnino aliquid faciendum est. Vid. Hermann. ad Vig. p. 796, 320. Metro sine caussa timens Brunckius cum Cantero dedit πᾶ δὲ θῶ. Erf Patet hunc locum penitus corruptum esse. Veterum librorum scriptura, ὅπᾳ πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ καὶ θῶ. πάντα γάρ, quae duos per se bonos dochmios et Creticum praebet, hoc Cretico excedit mensuram strophicorum. Itaque Brunckius in stropha geminavit πρόςπολοι. Sed veri similius est, recidendum aliquid esse in antistrophicis. Ac Bothius delevit πάντα γάρ, quod etiam Erfurdtio aliquando placuerat. In ed. Turnebi ex Triclinii prava recensione non solum πάντα γὰρ omissa sunt, sed etiam qui sequitur versus ita scriptus, τά τ᾽ ἐν χεροῖν γάρ, τάτ᾽, ἐπὶ κρατί μοι. Horum quidem nihil probari potest. Antiqua scriptura tribus potissimum laborat vitiis. Primo, quum in stropha qui praecedit versus ultimam solutam habeat, non est credibile in antistropha hiatu in verbis ἔχω ὅπᾳ interruptam esse perpetui-

λέχρια τἀν χεροῖν· τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι

---

tatem numeri. Tolleret hoc vitium, qui ἔχομεν scriberet: sed aptior videtur hoc in animi motu numerus singularis. Aliud vitium est in verbis πᾷ καὶ θῶ, quae sic leguntur etiam in La. Ea si essent ab Sophocle scripta, non potuisset ille non scribere πᾷ δὲ θῶ, ut Brunckius ex Canteri emendatione edidit, neque id metri caussa, sed ut cohaereret oratio. Nam καὶ ita collocatum non est copula, sed significat e t i a m, quod non alienum quidem est ab hac formula, sed animi est tranquilli et motu vacui: ut hic non possit non ineptum iudicari. Nihil adnotavit scholiastes: sed agnoscit Triclinius, ita explicans: ἤγουν τί ποιήσω. οὐ γὰρ ἔχω πότερον θρηνήσω πρότερον, πότερον τὸ τῆς γυναικὸς πάθος, ἢ τὸ τοῦ παιδός. Haec interpretatio auget suspicionem tertii vitii, quod est in verbis ὅπᾳ πρὸς πότερον, suspectis illis quum per se, quia re bis dicenda speciem vix dubiam glossae continent, tum propter lectionem cod. Aug. ὅπη πρότερον. Hinc veri simillimum est, ex his aliquid delendum esse. Quumque interpretatio Triclinii invertat ordinem sententiarum, vix poterit, si quid in ista perturbatione loci dispicio, simul et orationi commodius consuli, et versus exaequari strophico, quam ita scribendo: οὐδ' ἔχω, πᾷ θῶ, ὅπᾳ πρότερον ἴδω. πάντα γάρ. Id igitur reposui.

V. 1325. λέχρια, τά τε χεροῖν. Sic metro postulante scribendum. Aldus τάδ' ἐν χεροῖν τάδ' ἐπὶ — August. b. Dresd. a. Turn. Steph. Cant. τά τ' ἐν χ. τά τ' ἐπὶ. Brunckius τἀν χ. τά τ' ἐπὶ. Erf. At valde durum est, quod dedit Erfurdtius τά τε χεροῖν, τά τ' ἐπὶ κρατί μοι, propter omissam particulam ἐν. Itaque quod probabilius videbatur, dedi. Tenet τάδ' ἐν χεροῖν etiam La. Sensus est: o m n i a m i h i i n c l i n a t a i a c e n t p r a e s e n t i a: q u a e

πότμος δυςκόμιστος εἰςήλατο.

ΧΟΡΟΣ.

πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δὲ τά γ' εἰς θεοὺς

---

imminent autem, intolerabile in caput meum irruit infortunium. Attractio hic similis, ut supra v. 1283. Sic enim verba accipienda: τὰ δ' ἐπὶ κρατί, πότμος δυςκόμιστός μοι κρατὶ ἐνήλατο. Aeschylus Sept. ad Th. 223. ἀλλ' οὖν θεοὺς τοὺς τῆς ἁλούσης πόλεος ἐκλείπειν λόγος, ubi ad ἐκλείπειν repetendum τὴν ἁλοῦσαν πόλιν.

V. 1326. εἰςήλατο. Similem metaphoram vide Oed. T. 263. et 1300. Aeschyl. Pers. 516. Mvsgr. εἰςάλλεσθαι h. l. est irruenda advehere, uti κυκᾷν, ταράττειν, τυρβάζειν saepius dicitur pro, turbando concitare. Vid. Schaefer. ad L. Bos. p. 324. [Perperam Heumannus in Symbol. Literar. Bremens. I. 4. pag. 405. s. Schaefer.] Erf.

V. 1328. πρῶτον Musgravius pro πρότερον positum censet, magna exemplorum copia hunc usum adstruens. Propriam, inquit, vim obtineret, si τὸ φρονεῖν species esset εὐδαιμονίας. Atqui ut haec revera est, ita Graecorum quoque iudicio fuit. Supra v. 1037. habuimus:

ὅσῳ κράτιστον κτημάτων ἡὐβουλία.

Eurip. Heracl. 746.

οἰόμεσθα γάρ,
τὸν εὐτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.

Eiusd. fragm. incert. CCIV.

τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.

Vnde factum, ut ἄνολβος et σχέτλιος pro μωρός, ἀνόητος diceretur. Vid. ad v. 1013. et quae Corayus monuit ad Isocr. T. II. p. 78. seq. Erf. Veteres libri cum La. τά τ' εἰς θεούς. Tricliniani τά γ' εἰς θεοὺς, recte. Brunckius et Erfurdtius ἐς pro εἰς.

μηδέν' ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες,
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

V. 1329. Libri *μηδέν*. Quod etsi dici potuit, tamen, si diceretur, potius *τῶν εἰς θεοὺς* exspectares. Sed est etiam in sententia, quod displiceat. Non enim hic, ut nihil impie fiat, sed ut non impie fiat, quod quis faciat, curandum dicit chorus; nec loquitur universe de hominum erga deos pietate, sed de illis potissimum, qui opibus suis, qui potentia, qui virtute freti superbos et feroces spiritus alunt, exemptosque se putant legibus, quibus caeteri constricti teneantur.

INDEX GRAECUS.

A

E

Θ

I

K

Λ

M

N

O

Π

P

Σ

Ω

INDEX LATINUS.

A

C

I

L

M

N

O

P

R

S

T

INDEX SCRIPTORUM.

130-487

180 — 25 255

191

219

227

237

247

248

263 A 785

266